



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 07438875 6



M N E M O S Y N E.

BIBLIOTHECA PHILOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, J. J. CORNELISSEN, ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.

VOLUMEN UNDECIMUM. ✓))

LUGDUNI-BATAVORUM


E. J. BRILL.

LIPSIAE,

O. HARRASSOWITZ.

1883. ✓

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY



15084-

NEW YORK
MAY 1952
15084

INDEX.

	Pag.
Hecataei Milesii scripta <i>ψευδοπτερυγαφα</i> . C. G. COBET . . .	1— 7.
Suidas. C. G. C.	7.
Ad Pseudo-Platonis Theagen	8— 14.
Ad Pseudo-Platonis Hipparchum	14— 15.
Ad Pseudo-Platonis Rivales	15— 16.
Ad Pseudo-Platonis Alcibiadem secundum. C. G. COBET . . .	17— 20.
Diodorus Siculus. C. G. C.	20.
Observationes Criticae in Aristophanem, scripsit S. A. NABER, (<i>Contin. e pag. 385.</i>)	21— 46.
Platonis Legum liber sextus. C. BADHAM	47— 58.
Paralipomena Thucydidea, scripsit H. VAN HERWERDEN . . .	58— 68.
Suidas. C. G. C.	68.
Herodotea. (<i>Continuantur ex X pag. 413.</i>) C. G. COBET.	69—106.
Suidas. C. G. G.	106.
Ad Apollonii Rhodii Argonautica scripsit H. VAN HERWERDEN . .	107—121.
Longinus. C. G. C.	121.
Herodotea. (<i>Continuantur ex X pag. 106.</i>) C. G. COBET.	122—160.
De Aristophanis Nubibus, scripsit S. A. NABER	161—189.
Ad Platonis librum VIII. De legibus. C. BADHAM	190—202.
Emendatur Thucyd. II. 16. H. VAN HERWERDEN	202.
Nova studia ad Antiphontem, scripsit H. VAN HERWERDEN. . . .	203—231.
Ad Cornelium Nepotem. J. J. CORNELISSEN	232—236.
Thucydides. Sophocles. C. BADHAM	236.
Paralipomena in Platonis libris de legibus I, II, III, IV. cum iis conferenda quae Convivio praemisi. C. BADHAM.	237—245.
Ad scriptores historiae Augustae. J. J. CORNELISSEN	246—259.
Gravis Athenaei error in loco Timaei historici. C. G. COBET. . . .	260—261.
Herodotea. (<i>Continuantur ex XI pag. 160.</i>) C. G. COBET.	262—302.

De Aristophanis Nubibus, scripsit S. A. NABER. (<i>Continuantur ex IX pag. 189.</i>)	303—322.
Thucydidea. H. W. VAN DER MEY.	323—331.
Suidas. C. G. C.	331.
Ad Platonis libros de republica, scripsit H. VAN HERWERDEN.	332—350.
Olympiodorus. C. G. C.	350.
Diodorus Siculus. C. G. C.	350.
Ad Iulianum. (<i>Continuantur ex Tom X pag. 336.</i>) C. G. COBET	351—373.
Ad Ciceronis Palimpsestos. C. M. FRANCKEN	374—386.
Suidas. C. G. C.	386.
Olympiodorus. C. G. C.	386.
Epistula Critica ad Allardum Piersonum de Iuliano scripsit S. A. NABER	387—410.
Ad Velleium Paterculum. J. J. CORNELISSEN	411—420.
Diodorus Siculus. C. G. C.	420.
De locis nonnullis apud Porphyrium ΠΕΡΙ 'ΑΠΟΧΗΣ ΤΩΝ 'ΕΜΨΥΧΩΝ. C. G. COBET.	421—432.
De locis quibusdam in Aeliani Varia Historia. C. G. COBET.	433—448.
Sallustius. T. P. POSTGATE	448

HECATAEI MILESII

SCRIPTA ψευδεπίγραφα.



Duo sunt Galeni quantivis pretii testimonia de libris spuriis in bibliothecam Alexandrinam et Pergamenam illatis, quae primus omnium Bentleius in lucem protraxit in Phalarideis, deinde ea omnes usurpant. Scribit Galenus Tom. XV. pag. 105. Kuhn: πρὶν τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας· οὐδέπω ψευδῶς ἐπευγέρητο σύγγραμμα. λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιῶ τινος ἀνδρὸς οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον. et iterum pag. 109: ἐν τῷ κτὰ τοῦ Ἀτταλικῆς τε καὶ Πτολεμαϊκῆς βασιλείας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφὰς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίνεσθαι ῥαδιουργία τοῖς ἐνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλέας ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα. In fine prioris loci vocabulum unum intercidit, nam sic legendum: οὕτως ἤδη ΠΟΛΛΟΙ πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον, et pro ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον restituendum est ἐπιγραφέντα.

Addit his tertium testem Bentleius in *Respons. ad Boyleum* pag. 5: „est is Ammonius Comment. in *Aristotelis Categ.* pag. 10. edit. Venet. 1546. Πτολεμαῖον, inquit, τὸν Φιλάδελφον πάνυ ἐσπουδακέναι Φασὶ περὶ τὰ Ἀριστοτελικὰ συγγράμματα, ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπὰ, καὶ χρήματα δίδοναι τοῖς προσφέρουσιν αὐτῷ βιβλίου τοῦ Φιλοσόφου· ὅθεν τινὲς χρηματίσασθαι βουλλόμενοι ἐπιγράφοντες συγγράμματα τῷ τοῦ Φιλοσόφου ὀνόματι προσῆγον.”

Insigne huiuscemodi fraudis exemplum Galenus l. l. protulit. Duo erant exigui libelli alter Polybi, qui Hippocratis discipulus fuerat, *περὶ τῆς τῶν ὑγιαίνοντων διαίτης*, alter ipsius Hippocratis *περὶ φύσιος ἀνθρώπου*. Audi nunc Galenum pag. 108: *ἐν ἐστὶ μικρὸν βιβλίον ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν ὑγιαίνοντων διαίτης γέγραπται καὶ δοκεῖ Πολύβου εἶναι σύγγραμμα τοῦ Ἴπποκράτους μαθητοῦ, τὸ δὲ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου διεσκεύασαι παρεγγεγραμμένον ὑπὸ τοῦ πρώτου συνθέντος ἐς ταῦτὸ τὰ δύο ταῦτα βιβλία, et post pauca: μικρῶν οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν βιβλίων τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ τοῦ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς εὐκαταφρόνητον ἐκάτερον τοῦτο εἶναι τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα συνέθηκεν ἐς ταῦτὸ ἀμφω. καὶ τις ἴσως ἄλλος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ πρῶτος αὐτὰ συνθεῖς παρενέθηκε τινα μεταξὺ τῶν δύο. Deinde Galenus operose et verbose, ut solet, errores τοῦ διασκευαστοῦ et in rebus et in verbis commissos redarguit additque pag. 164: καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν παρεγγεγραμμένων ἐνδείκνυται σαφῶς αὐτὰ μὴ Ἴπποκράτους εἶναι μῆτε Πολύβου.*

Plato in *Phaedro* pag. 270. c. laudat Hippocratis sententiam, quam Galenus saepius satagit demonstrare ex libro Hippocratis *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* esse sumtam, id quod neque Ermerinsio, idoneo iudici, neque aliis, credo, probare potuit. De ea re ita scribit pag. 104: *ἀλλὰ ταῦτα Πλάτωνος οὕτως γράψαντος ἐπιδειξάτω τις ἡμῖν ἐν τίνι βιβλίῳ τοῦ Ἴπποκράτους ἐτέρω παρὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τὴν μέθοδον ταύτην ἔστιν εὐρεῖν, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχει μηδένα, ζητεῖτω Πλάτωνος ἀξιοπιστότερον μάρτυρα τοῦ γνήσιον εἶναι τὸ βιβλίον τοῦτο. τὰ τε γὰρ ἄλλα καὶ τοῖς χρόνοις ἐγγυτάτω γέγονεν ὁ Πλάτων τοῖς Ἴπποκράτους μαθηταῖς, ὧν εἴ τις ἦν τὸ βιβλίον ἐπεγγράπτο ἂν τοῦ γράψαντος αὐτὸ τοῦνομα. deinde postquam dixit reges Aegypti et Pergami in emendis scriptis veterum studiis et pretiis certasse καὶ ὅτι οὕτως ἤδη πολλοὶ πολλὰ ψευδῶς ἐπιγραφέντα ἐκόμιζον, ita pergit: ἀλλ' οὗτοι μὲν εἰ βασιλεῖς μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου γεγύνασι θάνατον, ὁ δὲ Πλάτων ἀνωτέρω τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας ἐγεγράφει ταῦτα μηδέπω πεπανουργημένων τῶν ἐπιγραφῶν ἀλλ' ἐκάστου βιβλίου τὸν ἴδιον γραφέα (συγγραφέα) διὰ τοῦ προγράμματος δηλοῦντος. Erat autem hoc genus fraudis multiplex: alii enim ex laciniis et centonibus nobilissimi scriptoris vel*

oratoris nova scripta consuebant, ut fecit ille quisquis est qui Demosthenis orationem quartam κατὰ Φιλίππου consarcinavit, alii recentiorum et obscuriorum libros pro scriptis antiquorum supponebant.

Luculentum huius fraudis exemplum est apud Galenum Tom. XVIII. 1. pag. 379. Hippocrates dixerat: ἐν ἄλλῃ λόγῳ περὶ ἀδένων οὐλομελῆς γεγράφεται. Galenus annotat: οὐ — διασώζεται βιβλίον Ἰπποκράτους περὶ ἀδένων οὐλομελῆς, ἀλλὰ τις τῶν νεωτέρων Ἰπποκρατείων ἔγραψε μικρὸν βιβλίδιον ἘΠΙΓΡΑΨΑΣ Ἰπποκράτους περὶ ἀδένων οὐλομελῆς, ὃ καὶ τῇ λέξει καὶ τῇ διακειάσει λείπεται πάμπλου τῶν γνησίων Ἰπποκράτους συγγραμμάτων, οὐ μὴν οὐδὲ ἐμνημόνευσέ τις περὶ αὐτοῦ τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν ἀλλ' οὐδὲ οἱ τοὺς πίνακας ποιήσαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.

Idem ego factum esse suspicor in Hecataei Milesii libris, qui in doctorum manibus ferebantur. Quia reges cupide emebant συγγράμματα παλαιῶν τινος ἀνδρός (Galen. p. 105) et ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα (pag. 109) ἔρμαιον erat nobilissimi viri et antiquissimi historici Ἐκαταίου τοῦ Μιλησίου τοῦ λογοποιῦ libros possidere. Sed ipsius Hecataei scripta ab Herodoto obscurata et obruta olim perierant et quidquid sub Hecataei nomine ferebatur erat ψευδεπίγραφον et Hecataei nil praeter nomen habebat. Si quis mihi dederit *id fieri potuisse* videbit insuperabiles difficultates, quibus nunc Hecataei testimonia premuntur, omnes plane esse remotas. Subierat aliqua de ea re suspicio criticos veteres. Athen. pag. 70 a: Ἐκαταῖος ὁ Μιλησῖος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον, Καλλιμάχος γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει, ὅστις οὖν ὁ ποιήσας λέγει οὕτως. idem pag. 410 e: Ἐκαταῖος ἢ ὁ γεγραφὼς τὰς περιηγήσεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένη. Argrian. *Expred. Alex.* V. 6: Αἴγυπτον Ἡρόδοτος τε καὶ Ἐκαταῖος οἱ λογοποιοί, ἢ εἰ δὴ τοῦ ἄλλου ἢ Ἐκαταίου ἐστὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῆ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα, δῶρον τοῦ ποταμοῦ ἀμφοτέροι ὡσαύτως ὀνομάζουσιν. Callimachus nactus exemplum, in quo verum auctoris nomen Νησιώτης erat in fronte scriptum, in indicem retulit cum reliquis libris eiusdem argumenti. Περιόδους γῆς, περίπλους, περιηγήσεις, sine ulla fraudis suspitione neque ulla fraus suberat. Νησιώτης erat auctor, non *Inculanus* (ut vertunt), sed nobili statuario cognominis. Callimachi discipulus et successor Eratosthenes has περιηγή-

σεις, quas impense admirabatur, antiquo Hecataeo tribuebat non ulla monumenti auctoritate sed sua coniectura fretus. Audi diligenter Strabonem pag. 7 Casaub.: "Ομηρος τῆς γεωγραφίας ἤρξεν — Φανεροὶ δὲ καὶ (οἱ del.) ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι — ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὀμηρον δύο Φησίην Ἐρατοσθένης Ἀναξίμανδρόν τε Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἐκαταῖον τὸν Μιλήσιον· τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἐκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα ΠICTOT-MENON ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς.

Eratosthenes igitur ex oratione et stylo, qualis esset in reliquis Hecataei libris, colligebat τὰς περιηγήσεις quoque Hecataeum habere auctorem. Non videtur cogitasse fieri posse ut reliqua quoque, quae Hecataei nomine ferebantur, essent ψευδεπίγραφα.

Praeter Hecataei περιηγήσεις et γενεαλογίας doctorum manibus terebantur Hecataei Milesii Ἴσoriαι. Stephan. Byz. v. Οἶνη, πόλις Ἄργους. Ἐκαταῖος ἰσoriῶν πρώτη. et v. Φάλαννα — Ἐκαταῖος ἰσoriῶν πρώτη Ἰππίαν αὐτὴν καλεῖ. Schol. ad Apoll. Rhod. l. 551: Ἐκαταῖος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἰσoriῶν. Demetrius περὶ ἐρμηνείας § 2 et 12: Ἐκαταῖός Φησίην ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἰσoriῆς. „Ἐκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται. τὰδε γράφω ὧς μοι ἀληθέα δοκεῖ εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοὶ τε καὶ γελοῖοι, ὧς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσί.”

Ex eodem libro sumtum est quod legitur apud Longinum περὶ ὕψους cap. 27: — ὧς καὶ παρὰ τῷ Ἐκαταίῳ· „Κῆϋξ δὲ ταῦτα δεινὰ ποιούμενος αὐτίκα ἐκέλευε τοὺς Ἡρακλείδας ἐκχωρεῖν· σὺ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν. ὅπως μὴ ὧν αὐτοὶ τε ἀπολέσθε καὶ μὲ τρώσετε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθε.” Non est admodum mirandum eruditorum vulgus in eo opinionis errore versatum fuisse ut crederent eas ipsas se legere ἰσoriῆς, quas ab antiquo λογοποιῷ scriptas Herodotus legisset et in suos usus convertisset.

Praeclarus vir fuit Ἐκαταῖος ὁ Ἠγησάνδρου ἀνὴρ λογοποιός (Herod. V. 125, VI. 137); nobilissimo loco natus (Herod. II. 143), qui principem obtinebat in rep. locum et summa apud suos auctoritate florebat antequam Herodotus nasceretur (Herod. V. 36, V. 125, VI. 137). Scriptas edidit ἰσoriῆς, quas Herodotus λόγους appellat, unde ὁ λογοποιός dicitur. Est Herodotus

in Hecataeum animo iniquiore et eum saepius sine nomine, interdum nominatim reprehendit, ut alio loco ostendam. Historiae Hecataei ab Herodoto lectae (VI. 137) aetatem non tulerunt. Herodotus enim Graecis erat instar omnium et sua laude et gloria Hecataeum obruit; sed quo tempore scripta veterum impenso pretio emebantur et multi multa ψευδῶς, ἐπιγραφέντα protulerunt, ecce Hecataeus quoque veluti ex inferis in lucem rediit. Apparebant Hecataei περιηγήσεις, γενεαλογίαι, ἰστορίαι, omnia ψευδεπίγραφα et magnam partem ex ipso Herodoto desumpta: quod quum viderent eruditi satis inepte opinati sunt Herodotum quae Hecataeo sublegisset edidisse pro suis. Audi Porphyrium apud Eusebium in *P. E. X.* 3. pag. 166 ὁ: Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ ΠΟΛΛΑ Ἐκκαταίου τοῦ Μιλησίου ΚΑΤΑ ΛΕΞΙΝ μετέηνευκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως ΒΡΑΧΕΑ ΜΕΤΑΠΟΙΗΣΑΣ τὰ τοῦ Φοίνικος ὄρνέου καὶ περὶ τοῦ ποταμίου Ἴππου καὶ τῆς θήρας τῶν κροκοδείλων. Tam diserta quam atrox haec criminatio est: *nulla — ad verbum — paucis mutatis* ex Hecataeo in suos libros *transtulit*: poterat uno verbo dicere *furatus est*, incertum stultius an impudentius, nam furtum erat manifestum. C. Mullerus, qui *Fragmenta Historicorum Graecorum* collegit, ita scribit: „*quamquam non dubitandum est quin ipse etiam haec audiverit Herodotus, in describendo autem itinere suo commodum ei visum est uti scriptis Hecataei narrationibus.*” Si quis contenderet Mullero *commodum visum esse uti scriptis alienis tacito auctoris nomine*, in barbam, credo, homini involaret. Ut quisque harum rerum peritissimus est ita maxime admiratur Herodoti artificium, quo animalium formas et figuras verbis quasi depingit, veluti II. 71: οἱ ἵπποι οἱ ποτάμιοι — Φύσιν παρέχονται ἰδέης τοιήνδε· τετράπους ἐστὶ, δίχηλον, δπλαὶ βόες, σιμόν, λοφιὴν ἔχων ἵππου, χαυλιόδοντας φαῖνον, οὐρὴν ἵππου καὶ φωνήν, μέγαςθος ὅσον τε βοῦς ὁ μέγιστος. Haecce igitur Herodotus *ad verbum paucis mutatis* in suum opus *transtulit* ediditque pro suis! Nugae! Sed cogitanti facile apparebit plane contra esse: qui furti insimulatur ipse ab improbo fure suis spoliatus est. Non Herodotus ea ab Hecataeo furatus est, sed Pseudo-Hecataeus ab Herodoto. Ad hanc lucem similes fraudes facili negotio deprehenduntur. Arrian. *de exped. Alexandri* V. 6: Αἰγυπτὸν Ἡρόδοτός τε καὶ Ἐκκαταῖος οἱ λογοποιοὶ — δῶρον τοῦ ποταμοῦ ἀμφότεροι ἀσχύτως ὀνομάζουσι. Scite

et pereleganter dictum est Aegyptum esse δῶρον τοῦ ποταμοῦ. Herod. II. 5. neque ambo idem dixerunt, sed alter ab altero „*transtulit*”. Uter transtulerit non est obscurum.

Herod. II. 77: ἀρτοφαγέουσι δὲ (Aegyptii) ἐκ τῶν δλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήσις ὀνομάζουσι, οἶνω δὲ ἐκ κριθῶν πεποικημένῳ διαχρέωνται. Athen. pag. 114. c: Αἰγύπτιοι τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κύλλασιν καλοῦσιν. — μνημονεύουσιν αὐτοῦ καὶ Ἐκαταῖος καὶ Ἡρόδοτος. Id. pag. 418 e: Αἰγυπτίους Ἐκαταῖος ἀρτοφάγους Φησὶν εἶναι κυλλήσιας ἐσθίουσας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλέοντας. et pag. 447 c: Ἐκαταῖος ἐν δευτέρῳ Περιγηγέως εἰπὼν περὶ Αἰγυπτίων ὡς ἀρτοφάγοι εἰσὶν ἐπιφέρει· τὰς κριθὰς εἰς τὸ πῶμα καταλέουσι. Haec quoque non ab Hecataeo sumsit Herodotus, sed ab Herodoto personatus Hecataeus.

Steph. Byz. v. Χέμμισ — Ἐκαταῖος ἐν περιηγῆσει Αἰγύπτου „ἐν Βουτοῖς (leg. Βουτοῖ) περὶ τὸ ἱρὸν τῆς Λητοῦς ἔσι νῆσος Χέμμισ οὖνομα ἱρὸν τοῦ Ἀπόλλωνος· ἔσι δὲ ἡ νῆσος μεταρσίη καὶ περιπλεῖ (leg. ἐπιπλέει) ἐπὶ τοῦ ὕδατος καὶ κινεῖται ἐπὶ (leg. ὑπὸ) τοῦ ὕδατος.” Herodotus II. 156: — νῆσος ἡ Χέμμισ καλυμένη· ἔσι μὲν ἐν λίμνῃ βαθῆ καὶ πλατῆ κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρὸν. λέγεται δὲ ὑπ’ Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσιν οὔτε κινηθεῖσιν εἶδον. Ad Hecataei locum Mullerus annotavit: „*ad haec verba manifesto respexit Herodotus II. 156.*” Imo vero Herodotea in suum usum *transtulit* quicumque haec multis post Herodotum annis conscripsit idque tenuiter admodum quae apud Herodotum copiose et ornate scripta videmus.

Apud Steph. Byz. v. Χερσόνησος ita legitur: — ἔσι δευτέρῃ πόλις ἐν τῇ Θράκῃ Χερσόνησος, περὶ ἧς Ἐκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ „ἐν δὲ αὐτοῖσι πόλις Χερσόνησος ἐν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερσονήσου.” καὶ τὸν πολίτην Χερσονησίον Φησιν. „Ἀψινθίοισι πρὸς μεσσαμβρίην ὀμουρέουσι Χερσονησίται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημνην τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός.”

Est in hoc loco mendum et lacuna, utrique malo medeberis scribendo: καὶ τὸν πολίτην Χερσονησιτὴν Φησιν. „Ἀψινθίοισι πρὸς μεσσαμβρίην ὀμουρέουσι (Χερσονησίται καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ

ένάτη) „Χερσυνησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός” quae verba leguntur apud Herodotum IX. 118.

Nemo mirari debet doctissimos Grammaticos et Criticos ita caecutire potuisse ut crederent se antiquissimi historici Ionici scripta legere quum recentioris nescio cuius libros multis post Herodotum aetatibus scriptos in manibus haberent. Nempe

πουλυμαθημσύνη, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν,

et sanae rationi officit et obtundit iudicium.

Diu et multum in hac palaestra exercitatum esse oportet eum qui antiqua ab recentioribus, genuina a spuris discernere posse velit: et quia plerique multa quam multum malebant legere factum est ut non haberent (ut Galeni verbis utar Tom. XV. pag. 901) *ἐπισήμην κριτικὴν τῶν γεγραμμένων.*

C. G. COBET.

SUIDAS.

v. Κορεῖν, κοσμεῖν βιβλους ἢ σαίρειν.

Emenda: — κοσμεῖν ΒΕΛΤΙΟΝ ἢ σαίρειν.

v. Κραιπαλώδης: — Φιλῆδονος καὶ ἐν τοῖς αἰδοίοις ἔχων τὸν ἐγκέφαλον.

Frigide imitatur frigidum locum oratoris nescio cuius apud Demosthenem pag. 88: εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρυγαις καταπεπατημένον φορεῖτε. Agnosco stilum Aeliani.

v. ἐσυκῶς· οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐσυκῶς ἀνὴρ.

Stulta oratio. Vera forma est apud Photium:

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐσυκῶς ἀνὴρ.

in apographis est *ἐσηκῶς*, quod fuit qui serio interpretaretur.

C. G. C.

AD
PSEUDO-PLATONIS
THEAGEN.

PLATONIS opera.
editiit MARTINUS SCHANZ.
Lipsiae 1882.

Pag. 121. a: ὦ Σώκρατες, ἐδεόμην ἄττα σοι Ἰδιολογῆσθαι,
εἰ σχολή.

Non uno nomine ἰδιολογῆσθαι mendosum esse arguitur.
Sed non procul abest vera lectio, quae haec est: ἐδεόμην ἄττα
σοι ΔΙΑΛΟΓΙΣΘΑΙ, id est *disceptare tecum*. Διαλογίζεσθαι eo
sensu positum non est mihi, credo, exemplis stabiliendum.

Impedita sunt et mendosa quae continuo sequuntur: — εἰ
σχολή· κἄν εἰ ἀσχολία δὲ μὴ πάνυ τις μεγάλη, ὅμως ἐμοῦ ἕνεκα
ποιήσται σχολήν.

Intelligerem locum sic scriptum: κἄν ΗΙ ἀσχολία ἀλλὰ μὴ
πάνυ τις μεγάλη.

Plato dixisset ἐμὴν χάριν, namque ἐμοῦ ἕνεκα est *per me licet*.

Post pauca sic est interpungendum: ἴωμεν δὴ. ὦ Σώκρατες,
πάντα τὰ φυτά κτέ.

Pag. 121. c: τὰ μὲν οὖν ἄλλα πολλὰ ἂν εἶη λέγειν.

Repone id quod Atticis in tali re usitatum est dicere: πολὺ
ἂν ἔργον εἶη λέγειν. Lysias XXXII. 11: πολὺ ἂν εἶη ἔργον λέ-

γεν, X. 7. et XI. 4: πολὺ γὰρ ἂν ἔργον εἶη — γράφειν. et XIII. 65: πολὺ ἂν εἶη ἔργον λέγειν, et alibi passim.

Pag. 121. *d*: δοκεῖ γὰρ μοι — τῶν ἡλικιωτῶν τινες — διαταράττουσιν αὐτόν.

In Bodleiano est: δοκῶ γὰρ μοι. Usus dicendi postulat: δοκεῖν γὰρ μοι. Exempla huius formae ubique sunt. Proferam unum ut emendem. In *Euthydemo* legitur pag. 273. *a*: δλίγω ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτω — καὶ ἄλλοι μαθηταὶ ἅμα πολλοί, ἐμοὶ δοκεῖν. Transpone: καὶ ἄλλοι ἅμα πολλοί, μαθηταί, ἐμοὶ δοκεῖν.

Pag. 121. *d*: ἐμοὶ δὲ τῶν μὲν χρημάτων [καὶ] ἔλαττον μέλει. Exprunge importunam copulam.

Pag. 122. *a*: σὺ οὖν ἡμῖν εἰς καλὸν παρεφάνης, ᾧ ἂν ἐγὼ μάλις ἐβουλόμην περὶ τῶν τοιούτων μέλλων Πράξειν συμβουλεύσασθαι.

Lege: ᾧ ΔΗ ἐγὼ, et μέλλων ΤΙ πράξειν.

Pag. 122. *b*: μὴ πολλάκις ἐγὼ μὲν ἄλλο τι αὐτὸ ὑπολαμβάνω, σὺ δὲ ἄλλο κάπειτα πόρρω που τῆς συνουσίας αἰσθώμεθα γελοῖοι ὄντες.

Emenda: ὑπολαμβάνων.

Pag. 122 *c*: ἐννοῶ γὰρ μὴ καὶ ὁ μειρακίσκος οὗτος οὐ τούτου ἐπιθυμῆι.

Revocandum ex Bodleiano Codice ἐπιθυμῆι. At sequitur, dixerit aliquis, (μὴ) ἡμεῖς ἔτι ἀτοπώτεροι ὤμεν. At tu confer Euripidem in *Phoenissis* vs. 92:

ἐπίσχεσ ὡς ἂν προὔξερευνήσω σίβον
μὴ τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φωντάζεται,
καὶ μοὶ μὲν ἔλαθι φαῦλος ὡς δούλω ψόγος,
σοὶ δ' ὡς ἀνάσχη.

Pag. 122. *e*: οὐκ ἐδιδάχτο σε ὁ πατήρ [καὶ ἐπαίδευσεν] ἄπερ ἐνάδε οἱ ἄλλοι πεπαίδευνται.

Spuria sunt verba καὶ ἐπαίδευσεν, quae cum loci sententia pugnant: namque ἐδιδάχτο est per alios docuit, ἐπαίδευσεν

docuit ipse. Sed neque γράμματα neque κιθαρίζειν neque παλαίειν filius a patre docebatur.

Pag. 124. δ: τῶν πριζόντων καὶ τρυπώντων καὶ ξεόντων καὶ τორνεύοντων.

Scribe τῶν πριόντων. Haec est enim antiqua forma, ut apud Aristophanem:

μὴ πρῖε τοὺς δδόντας.

et in lepido Theocriti versiculo;

μὴ 'πιτάμης τὰν χεῖρα διαπρίων τὸ κύμινον.

Pag. 126 c: ἀκήκοα γάρ, ὃ Σώκρατες, οὐς σέ Φασι λέγειν τοὺς λόγους.

Ad Sophoclis *Antig.* vs. 404:

ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπειπας,

scholiasta annotavit: οὕτω χρώνται οἱ παλαιοί, ὡς δύο ἄρθρα προτακτικὸν τε καὶ ὑποτακτικὸν κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος παραλαμβάνειν. Κρατῖνος·

ὄνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν.

Pag. 127. c: παρέχειν ὅτου ἂν δέη ἔμβραχου.

„ἔμβραχου *delevit Asl*”. SOHANSZ. Locus est Crotone sanior. Cf. *Var. Lectt.* pag. 208, ubi et alia attuli et versiculum Cratini:

ἔδει παρασχεῖν ὅ,τι τις εὔξαιτ' ἔμβραχου.

Pag. 127. d: ὀπόθεν δὲ ἔδοξέ σοι τοῦτο ὡς ἐγὼ ἂν μᾶλλον τὸν σὸν υἷον οἶός τε ἦν ὠφελῆσαι — τοῦτο πάνυ θαυμάζω.

In Bodleiano est οἶός τ' ἦν, in quo latet οἶός τ' ΕΙΗΝ. Itaque deleto ἂν emendandum est: ὡς ἐγὼ μᾶλλον τὸν σὸν υἷον οἶός τ' εἶην ὠφελῆσαι. In *Charmide* pag. 161 δ: ἤκουσά του λέγοντος ὅτι σωφροσύνη [ἂν] εἶη τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, rectissime Bekker ἂν delevit.

Pag. 128. a: τούτους πείθουσιν ἀπολιπόντας τὰς ἐκείνων συνουσίας αὐτοῖς συνεῖναι.

Imo vero ἀπολιπόντας. Idem mendum obsidet locum in *Protagora* pag. 316: ξένον ἄνδρα — πείθοντα τῶν νέων τούς

βελτίστου; ἀπολείποντας τὰς τῶν ἄλλων συνουσίας — ἑαυτῷ συνείναι — χρὴ εὐλαβεῖσθαι (τὸν del.) ταῦτα πράττοντα.

Perspicuum est illum locum ex hoc sumtum esse.

Continuo sequitur: — κείθουσιν — αὐτοῖς συνείναι προσκατατιθέτας ἀργύριον πᾶν πολὺν μισθὸν καὶ χάριν πρὸς τούτοις εἶδέναι.

Schanz expunxit ἀργύριον. Sed quomodo, quaeso, alicui in mentem venire potuit ad verba προσκατατιθέτας πᾶν πολὺν μισθὸν adscribere ἀργύριον? quasi esset et aliud mercedis genus. Corrigendum esse censeo: προσκατατιθέτας ἀργύριον ΠΑΜπολυμισθὸν. Obversabatur homini, quisquis est, locus in *Αρολογία* pag. 20 a: — τούτους κείθουσι τὰς ἐκείνων ξυνουσίας ἀπολιπόντας τφίσι ξυνείναι καὶ χάριν πρὸς εἶδέναι.

Pag. 128. b: τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὄντινου ὄμομαι δεινὸς εἶναι.

Pro ὄμομαι in Bodleiano est ποιούμαι. Languidum est et iners in hac asseveratione ὄμομαι. Reponendum videtur ἠΓΟΤΜΑΙ δεινὸς εἶναι.

Pag. 128. b: ὄρᾳς, ὦ πάτερ, ὅτι Σωκράτης οὐ πᾶν μοι δοκεῖ τι θέλειν ἐμοὶ συνδιατριβεῖν.

Insanientis oratio est: ὄρᾳς ὅτι μοι δοκεῖ. Submota erit omnis difficultas si rescripseris: ὄρᾳς, ὦ πάτερ; Ὁ Σωκράτης οὐ πᾶν μοι δοκεῖ θέλειν κτέ. Delendum est τι, namque οὐ πᾶν τι rectissime dicitur, sed οὐ πᾶν μοι δοκεῖ τι θέλειν ineptum est.

Ὁρᾳς; sic positum est in Attica perfrequens.

Euripides *Androm.* vs. 87:

ὄρᾳς; ἀπαυδᾳς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς.

Sophocles *Electr.* 628:

ὄρᾳς; πρὸς ὄργην ἐκφέρει.

Aristophanes *Avib.* 1616:

ὄρᾳς; ἐπαινεῖ χούτος.

Nub. 355:

καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὄρᾳς; διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναικες.

Thestorh. 497:

ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὄρᾳς; Εὐριπίδης.

cf. omnino Dawesium in *Misc. Crit.* pag. 318 sq.

In hoc ipso Dialogo sic legitur pag. 125. *a*: ἀλλὰ νῦν, ὄρᾳς ἰκοινη βουλευώμεθα.

Pag. 128. *d*: Χαριμίδην γὰρ τουτονὶ γινώσχετε τὸν καλὸν Γε-
νόμενον τοῦ Γλαύκωνος.

Quid hoc est ὁ καλὸς γενόμενος? An ex formoso turpis factus est? Corrige: τὸν καλὸν ΛεΓόμενον.

Pag. 128. *e*: γυμνασάμενος τοῦτον τὸν χρόνον ὠφελήσομαι.
Plato et Platonis imitatores dicebant ὠφελήσομαι.

Pag. 129. *a*: ἐγὼ μέντοι ἔρχομαι ἀποθανούμενος νυνί.

Non erat a Platonis lectione recens Elmsleius quum ad Euripidis *Medeam* vs. 1024 ἔρχομαι διαφθεροῦσα et sim. negaret ab Atticis usurpari. Agnovit deinde errorem et hunc ipsum ex *Theage* locum protulit in Addendis. Poterat melioribus testibus uti. Plato in *Euthyphr.* 2. *c*: ἔρχεται κατηγορήσων μου ὡς πρὸς μητέρα (πρὸς del.) τὴν πόλιν. et pag. 3. *c*: διαβαλῶν ἔρχεται εἰς τὸ δικαστήριον. *Theaet.* 198. *e*: ὅταν ἀριθμῶσων ἴη ὁ ἀριθμητικὸς πᾶσι τι ἀναγνωσόμενος ὁ γραμματικὸς. *Protag.* 311. *e*: ἐρχόμεθα τελοῦντες (fut.) τὰ χρήματα, et pag. 313. *a*: οἶσθα εἰς οἶδόν τινα κίνδυνον ἔρχει ὑποθήσων τὴν ψυχὴν; Nondum me poenitet in Platonis *Ione* pag. 533. *c*. correxisse: ἔρχομαι ἀποφαινόμενος pro ἄρχομαι ἀποφαινόμενος. in *Var. Lectt.* pag. 286. Antiphane in *Fragm. Com.* III. 150:

τίς δ' οὐχὶ θανάτου μισθοφόρος, ὦ Φιλτάτη.

ὅς ἔνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος;

ubi poëtam dedisse suspicor:

τίς δ' οὐχὶ θαναταί,

id est θανατᾶ, θανάτου ἐπιθυμεῖ.

Pag. 129. *d*: ἐγὼ οὖν οἶσμι ἐκεῖνον ἢ ἀποθανεῖσθαι ἢ ὁμοῦ τι τούτῳ γ' ἔλᾶν καὶ περὶ γε τῆς ΠΡΑΓΜατείας τῆς ἄλλης πάνυ φοβοῦμαι.

Novis mihi semper indicis confirmatur vetus sententia fidem et auctoritatem textus Platonici ab uno Codice Bodleiano pendere. Martinus Schanz recte abiecit reliquos, sed praeterea ac testimonium dicendum producit et audit Marcianum librum

quem litera T notavit. Is liber ex eodem fonte manavit unde vetus Bodleianus, a quo ubicumque discedit habemus Graeculi satis acuti et mediocriter docti pro captu illorum temporum aut διάρθρωσιν aut παραδιάρθρωσιν. Correctiones hominis sunt ut plurimum leves et exiles et versantur in rebus tenuibus et minutis, quales quilibet qui hoc agat facili negotio reperire possit, veluti Κλειτόμαχε pro Κλιτόμαχε. et ἀνισάμενος pro ἀνισαι...μενος, Νεμέαν pro Νεμαίαν, βούλεσθε pro βούλεσθαι et sim.

Quod erat in archetypo:

ΟΜΟΤΤΙΤΟΤΤΩΙΓΕΛΑΝ.

Bodleianus legit: καὶ ὁμοῦ τι τούτῳ γελαῖν. Graeculus quum sentiret inepte risum hic commemorari deleta literula ἐλαῖν substituit. Vera lectio ab Hermanno reperta est: ὁμοῦ τι τούτῳ γ' ἐλαῖν.

In fine eiusdem loci est perabsurda παραδιάρθρωσις, quae (quod miror) Editori imposuit, a quo inconsiderate in textum recepta est. In Bodleiano recte legitur: καὶ περὶ γε τῆς ΣΤΡατειᾶς (leg. στρατιᾶς) τῆς ἄλλης πάνυ Φοβοῦμαι. Nescio quo modo Graeculo in mentem venerit pro στρατειᾶς (στρατιᾶς) de suo πραγματειᾶς substituere.

Notum est Thrasyllum in ea expeditione gravem cladem accepisse et multos de suo exercitu amisisse. cf. Xenoph. *Hellen.* I. 2. 9: ἔφυγον δὲ κακεῖ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἀπώλοντο αὐτῶν ὡς τριακίσιοι. *Ighias* κατὰ Διογεΐτονος § 7. ὄψετο στρατευόμενος μετὰ Θρασύλλου. ἀποθανόντος δ' ἐν Ἐφέσῳ Διογεΐτων τὴν θυγατέρα ἐκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός. Socrates igitur, qui praedicit ea quae dudum facta essent, ita dixit: ἐγὼ οὖν οἶομαι ἐπειθὸν ἀποθανεῖσθαι — καὶ περὶ γε τῆς ΣΤΡατιᾶς τῆς ἄλλης πάνυ Φοβοῦμαι.

Pag. 129 e: ἡ δύναμις αὕτη — τὸ Ἄπαν δύναται.

Imo vero τὸ πᾶν.

Pag. 130. h: τί δέ; οὐκ οἶδεν, ἔφη, πρὶν σοὶ συγγενέσθαι εἶον ἢν [τὸ] ἀνδράποδον; οὐκ ἔοικέν γε, ἔφην ἐγὼ, ΝΗ τοὺς θεούς.

Primum expunge molestum articulum. Dixerat: οὐκ οἶδεν — εἶον ἢν ἀνδράποδον; Menander in *Fragm. Com.* IV. 244:

οἶον δὲ καὶ τὴν ὄψιν εἶναι Φαίνεται
ἀφ' οὗ τοιοῦτος γέγονεν, οἶον θηρίον.

Deinde repone necessarium: οὐκ ἔοικέν γε ΜΑ τοὺς θεούς.

Pag. 130. c: ὅποτε παρ' αὐτόν σε καθοἶμην.

Barbara haec forma est pro καθήμην, ut μεμνήμην, κεκλήμην, βεβλήμην, et in aoristo ἐμπλήμην.

Pag. 131. a: καὶ ἐὰν μὲν παρείκη ἡμῖν, ταῦτα βέλτισα, εἰ δὲ μή, τότε ἤδη παραχρῆμα βουλευσόμεθα.

Est qui verba ταῦτα βέλτισα deleri iussit. Possunt haec omitti et ut plurimum omittuntur, sed nonnumquam talia apud optimum quemque scriptorem interponuntur. cf. Casaubonum ad Athenaeum V. 2. pag. 333, qui et alia attulit et ex Hippocrate *de mulierum morbis*: ἦν μὲν δυνατὸν ἢ εἰσω ἀπῶσαι ἀμφω — ταῦτα ἄρισα, εἰ δὲ μή κτέ.

Similia his leguntur apud Herodotum et Thucydidem, de quibus alio loco dicam.

AD

PSEUDO-PLATONIS
HIPPARCHUM.

Pag. 225. c: τίς οὖν ἐπισήμων περὶ φυτῶν τῆς ἀξίας, ἐν ὁποῖα ἄξια φυτευθῆναι καὶ ὈΡΑΙ καὶ ΧΩΡΑΙ, ἵνα τι καὶ ἡμεῖς τῶν σοφῶν ῥημάτων ἐμβάλωμεν, ὧν οἱ δεξιοὶ περὶ τὰς δίκας καλλιποῦνται.

Aristophanes in *Vesp.* vs. 479:

οὐδὲ μὲν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ σοῦστίν οὐδ' ἐν πηγάνῳ,
τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν τῶν τριχοίνικων ἐπῶν.

cf. *Aviocl.* pag. 370. d: οὐκέτι γὰρ μοι θανάτου δέος ἔνεστιν ἀλλ' ἤδη καὶ πόθος, ἵνα τι καὶ γὰρ μιμησάμενος τοὺς ζήτορας περιπτὸν εἶπω.

Pag. 226. a: — οἶσθαι ἀπὸ τούτου κερδαίνειν.

Lege κερδανεῖν, et sic in sqq. οἶεται κερδανεῖν passim.

Tralicio errore in Bodleiano ubique scriptum est κερδαίνειν.

Pag. 225. a: ἀγνοεῖν αὐτὸν οἶει ὅτι τὸν ἵππον διαφθείρει.

Emenda διαφθερεῖ, ut recte post pauca legitur: ἀγνοεῖν οἶει ὅτι ζημιώσεται; leg. ζημιώσεται.

Pag. 227. c: ποτέρῳ οὖν ἂν τις ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ χρώμενος οὐκ ἂν ἐξαμαρτάνοι;

Corrigendum: ποτέρῳ — ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ.

Pag. 229. b: τρί' ἔτη ἐτυραννέυθησαν Ἀθηναῖοι ὑπὸ — τοῦ Ἴππιου καὶ πάντων ἄν τῶν παλαιῶν ἤκουσας ὅτι ταῦτα μόνον τὰ ἔτη τυραννίς ἐγένετο ἐν Ἀθήναις.

Pro verbis absurdis πάντων ἂν ἤκουσας restitue πάντων ΔΗ ἤκουσας.

AD

PSEUDO-PLATONIS
RIVALES.

Pag. 134. a: in Bodleiano est: ὥμην τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο καὶ νῦν γινῶναι. Memorabilis est Hermanni et Badhami emendatio καὶ νῦν (KANTN) γινῶναι. cf. *Lach.* pag. 196. d: κατὰ τὴν παροιμίαν — οὐκ ἂν πᾶσα ὕς γνοίη, ubi Scholiasta: καὶ νῦν καὶ ὕς γνοίη. ἐπὶ τοῦ βῆθου καὶ εὐγνώστου.

Post pauca receptam oportuit Hirschigii correctionem: ἡ διαμαχεῖ δυοῖν δυτοῖν νῶν; pro διαμάχει.

Pag. 135. a: βούλεσθε, ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐν ἀπορίᾳ ἐσμέν, ἐρώμεθα ταυτὶ τὰ μειράκια; ἢ ἴσως αἰσχυρόμεθα, ὥσπερ ἔφη τοὺς μνηστῆρας; Ὁμηρος, μὴ ἀξιούντας εἶναι τινα ἄλλον ὅσις ἐντενεῖ τὸ τῶρον;

In Bodleiano prima manus dedit ἀξιούτων, corrector substituit ἀξιούτ cum compendio (ut Gaisfordo videbatur) syllabae -ας. Quidquid huius rei est emendandum ἀξιούτ€C, nai coniuncta sunt: αἰσχυρόμεθα μὴ ἀξιούντες εἶναι τινα ἄλλον - serio addere debuerat „qui id quod nos non possetus efficere sed lepide admodum ob mentionem procorum dixit: „qui arcu tendere posset.”

Inspiciat mihi aliquis Bodleianum Codicem folio 274, an form compendiolum syllabae -ας in eo reperiatur.

Pag. 136. c: Φέρε δὴ σύ, εἰ τύχοις ἢ αὐτὸς ἀσθενήσας ἢ τῶ φίλων τις τῶν σῶν — πότερον ὑγίειαν βουλόμενος κτήσασθαι τὸ ὕπακρον ἐκείνον [Φιλόσοφον] εἰσαγάγοις ἂν εἰς τὴν οἰκίαν ἢ τὸ ἱατρὸν [λάβοις];

Inficete admodum additur Φιλόσοφον, quum paullo ante demonstrasset: γίγνεσθαι περὶ πάντα ὕπακρόν τινα ἄνδρα τὸν πε φιλοσοφηκότα — μηδὲ εἰς τὴν ἀκρίβειαν μηδὲν διακεπονηκέναι — ἀλλὰ πάντων μετρίως ἐφῆσθαι.

Multo etiam inficetius interpolatum est λάβοις. Rectissimum dicitur γυναῖκα λαμβάνειν et sim. sed ἱατρὸν λαμβάνειν risu movet. Expuncto emblemate coniuncta sunt εἰσαγάγοις ἂν τὸ ἱατρὸν, et quid notius est quam ἱατρὸν εἰσάγειν? Aristophane in *Pluto* vs. 406:

οὐκ οὐκ ἱατρὸν εἰσάγειν ἐχρῆν τινα;

Similiter dicuntur medici ad aegrotantes εἰσιέναι. Notum est illud:

πολλῶν ἱατρῶν εἴσοδοί μ' ἀπάλεσαν.

Pag. 137. b: ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτως, ὦ φίλε, ἔχωσι μὴδ' ἢ τοῦτ φιλοσοφεῖν περὶ τὰς τέχνας [ἐσπουδακέναι οὐδὲ πολυπραγμονοῦντα κυπτάζοντα ζῆν οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλ' ἄλλο τι.

Rarum et exquisitum verbum περὶ τὰς τέχνας κυπτάζειν reperiri frigida sciolorum additamenta. Aristophanes *Lysistr.* vs. 17:

ἢ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν.

ubi vide interpretes et veteres et novos. Ἐσπουδακέναι summi homo ex vicino loco: ἐγὼ ὦμην — βαναύσουσ κλεῖσθαι τοῦ περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακότα.

AD

PSEUDO-PLATONIS
ALCIBIADEM SECUNDUM.

Pag. 141. e: ταῦτα γὰρ οὐκ ἄλλων ἀκηκόαμεν, ἀλλ' αὐτοὶ παρόντες ΟΙΔΑΜΕΝ.

Indigne spernitur certa emendatio εἶδομεν. Perpetuo enim in tali re inter se opponuntur ἀκούειν et δρᾶν, ὥτ' et δφθαλμοί, οὐλοῦσι testes et αὐτίκα et sim. Putidum est huius rei exempla afferre.

Pag. 142. δ: εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ κίνδυνοί τε καὶ πόνοι φέροντες εἰς ἀφελίαν εἶχον ἂν τινὰ λόγον.

Corrigendum εἶχον ἂν τινὰ λόγον, nempe οἱ κίνδυνοί τε καὶ πόνοι, id est: εὐλογον ἂν ἦν, aut εἰκός ἂν ἦν, τοὺς κινδύνους τε καὶ πότους ὑπομείναι. cf. *Apolog. Socrati*. pag. 31. δ: καὶ εἰ μὲν τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυνον — εἶχον ἂν τινὰ λόγον, id est εὐλογον ἂν τι ἐπόλουν, et sic apud Platonem passim.

Pag. 143. a:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν.

[κελεύει] perinepte additum sine mora delendum. Credebat homo infinitivum ἀπαλέξειν fulcro indigere.

Pag. 143. c: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό σου καταγνώσομαι, ἐθέλειν ἂν σε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ (leg. σαυτοῦ) μητέρα διαπεπρᾶχθαι ἄπερ Ὀρέην Φασίν.

Lege ἐθέλειν ἂν COI — διαπεπρᾶχθαι, ut post pauca emendate scribitur: οὐκ ἂν ἐθέλοις σοὶ ταῦτα πεπρᾶχθαι. Sic solent Athenienses (et eorum imitatores) dicere βεβίωται μοι pro βεβίωκα, πεπολίτευται μοι, εἶρηται, γέγραπται, κατηγόρηται μοι et alia sexcenta et in his πέπρακται et διαπέπρακται μοι.

Pag. 145. c: ἄλλο τι τῶν τοιούτων ὅσα τέχνη ΟΙΔΑΜΕΝ.

Sunt hi Dialogi leves opellae, confabulationes non illepidae, sed inanes nullo certo consilio institutae et exitum non habentes. Qui ista scriptitarunt Platonem volebant imitari videri et utuntur quantum possunt lingua Platonica, ut plurimum satis tersa et nitida. Itaque οἶδαμεν pro ἴσμεν non poterant dicere neque ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι neque aliis sordibus ἐκ τῆς συνηθείας uti.

Pag. 145. d: δοκεῖ οὖν σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν [περὶ] τούτων ἐπισήμονα ὄντα ἌΡΑ καὶ ἄνδρα Φρόνιμον εἶναι;

Locus est male mulcatus sed facile sanabilis. Emenda ex puncto περὶ in hunc modum: — εἶναι τὸν τούτων ἐπισήμονα ὄντα ἌΜΑ καὶ ἄνδρα Φρόνιμον εἶναι.

Pag. 147. a; in libro Bodleiano est: ὅσω περ ἂν μὴ πρότεροι ἐπουρήσῃ (corrector Codicis Marciani ἐπουρίσῃ) τὸ τῆς Ψυχῆς.

Vera lectio est: ὅσωπερ ἂν ΛΑΜπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς Τύχης — τοσοῦτῳ μείζω ἀμαρτήματα ἀναγκαῖόν ἐστι γίγνεσθαι

Λαμπρότερον debetur Lennepio ad Phalar. Epist. 87, τὸ τῆς Τύχης feliciter Schanz. repperit. Quis nescit τύχης et ψυχῆς sexcenties inter se permutari? cf. *Nov. Lectt.* pag. 74. Quem admodum dicitur ἡ τύχη ἀντιπνεῖ, ut in illo:

τοῖς εὐπλοῦσιν ἀντιπνεύσασ' ἡ τύχη
ἅπαντα συγχεῖ.

(vid. *Var. Lectt.* pag. 2) sic et τὸ τῆς τύχης ἐπούρισεν splendidum dictum est pro *fortuna secunda est*.

Pag. 147. c: αἰνίττεται οἶμαι παράγων τὸ κακῶς μὲν ἀντὶ τοῦ κακοῦ, τὸ δὲ ἠπίσατο ἀντὶ τοῦ ἐπίσασθαι.

Lege ἀντὶ τοῦ κακόν. Affert homo versiculum ex Margiti (quod carmen Homero tribuit) hunc:

πῶλλ' ἠπίσατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίσατο πάντα.

deinde ita disputat: fieri non potest ut Homerus poetarum sapientissimus ignoraverit ὡς οὐχ οἶδόν τε ἦν ἐπίσασθαι κακῶς." sed „κακῶς, inquit, posuit pro κακόν, et ἠπίσατο pro ἐπίσασθαι." Permirum est homines haud illepidos his nugis et argutiis tantum opere delectari. Si ioco dicunt, frigidus et insulsus iocus est si serio, stultus et stolidus,

Pag. 148. *δ*; — ὅπως μὴ λήσῃ τις αὐτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ [τὰ] ἀγαθά.

Dele articulum. cf. pag. 138. *δ*: εὐχόμενος μεγάλα κακά, δοκῶν δ' ἀγαθά. et 141. *α*. 150. *δ*.

Pag. 148. *d*: βούλομαι δέ σοι καὶ ἕτερόν τι διηγῆσασθαι, ὅποτε ἤκουσα τῶν πρεσβυτέρων τῶΝΩΝ.

Lege τῶν πρεσβυτέρων τῶΝΟC. In vulgata lectione articulus τῶν perperam additus arguit fraudem.

Pag. 148. *d*: „*Athenienses, inquit, cum Lacedaemoniis bellum gerentes semper terra patrique vincebantur.*” τοὺς οὖν Ἀθηναίους ἀγνακτοῦντας τῷ πράγματι καὶ ἀπορουμένους τίνι χρῆ μηχανῆ τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὐρεῖν, βουλευομένοις αὐτοῖς δοκεῖν κρείττον εἶναι κέμψαντας πρὸς Ἀμμωνα ἐκείνων ἐπερωτᾶν.

Qui haec interpretari volet perdet oleum et operam. Lacuna est post εὐρεῖν in hunc ferme modum supplenda: — ἀποτροπὴν εὐρεῖν (βουλευῶσασθαι περὶ σωτηρίας), βουλευομένοις Δ' αὐτοῖς δοκεῖν κτέ.

Continuo sequitur; — ἐπερωτᾶν. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τάδε [καὶ] ἀπ' οὗτο Λακεδαιμονίοις οἱ θεοὶ μᾶλλον νίκην διδάσιν ἢ σφίσιν [αὐτοῖς].

Aufer molestum καὶ. Turpe mendum est σφίσιν αὐτοῖς, id est τοῖς θεοῖς, pro σφίσιν, id est τοῖς Ἀθηναίοις. Recta oratio est: διὰ τί τοῖς Λακεδαιμονίοις μᾶλλον νίκην δίδετε ἢ ἡμῖν; non ἡμῖν αὐτοῖς.

Statim ita pergit: ἢ σφίσιν, οἳ πλείους μὲν θυσίας καὶ καλλίσας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν, — πομπάς τε πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας Ἐδωρούμεθα τοῖς θεοῖς ἀν' ἕκασον ἔτος καὶ Ἐτελοῦμεν χρήματα ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξύμπαντες Ἑλληνες.

Estne perspicuum bis deleto augmento scribi oportere: Δωρούμεθα et Τελοῦμεν? ut recte praecedat ἄγομεν et de Lacedaemoniis dicit: δλιγῶρος διάκεινται — ἀνάπηρα θύουσιν et ἐνδεεστέρας τιμῶσιν. „Haec omnia, inquit, quotannis facimus,” non faciemus.

Pag. 149. *δ*: ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν προφήτην.
 Turpis error pro ἀποκρίνασθαι. Quod verbum est in dialogis
 frequentius quam ἀποκρίνασθαι?

Pag. 149. *ς*: εὐχονται ἄττ' ἂν τύχη [ταῦτα] ἂν τε ἀγαθὰ ἂν
 τε κακά.

Vitiose abundat ταῦτα.

Pag. 149. *ε*: οὐ γὰρ οἶμαι τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν ὥστε ὑπὸ
 δῶρων παράγεσθαι οἶον κακὸν τοκισήν.

Non memnerat homo, quisquis est, se apud Hesiodum legisse:

δῶρα θεοῦς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας.

unde Medea apud Euripidem vs. 960 dixit:

πείθειν δῶρα καὶ θεοῦς λόγος.

Haereo in κακὸν τοκισήν. Solentne foeneratores donis corrumpi?
 Suntne etiam ἀγαθοὶ τοκισαί? Fuit qui δικασήν substitueret, sed
 κακὸς δικασῆς eo sensu non dicitur.

Quaerant acutiores.

Pag. 151. *δ*: ἀλλὰ δέχομαι καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλο δὲ ἂν τι
 τῶν παρὰ σοῦ δοθέντων ἠδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἑμαυτόν.

Absurda haec sententia est: ἠδέως ἂν ἴδοιμι ἑμαυτόν δεξάμενον
 pro ἠδέως ἂν δεξαίμην. Fieri potest ut homo dixerit: καὶ ἄλλο
 δὲ ἂν — ἠδέως ἴδοις ΜΕ δεξάμενον, omisso ἑμαυτόν.

C. G. COBET.

DIODORUS SICULUS.

XXXIV. 2. 35: ἀναγωγὸς γὰρ καὶ ἀπαιδευτότροπος — κέρην
 ἐγέννησεν εἰθ' ὕβριν.

Turpe vitium pro ἀπαιδευτος τρόπος.

C. G. C.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ARISTOPHANEM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(Contin. e pag. 385.)



Pergo ad Aristophanis *Aves*, in qua fabula offendor ad vs. 28:

οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐστὶν ἡμᾶς δεομένους
ἐς κόρακας ἐλθεῖν καὶ παρεσκευασμένους
ἔπειτα μὴ ἔξευρεῖν δύνασθαι τὴν ὁδόν;

Eodem modo participium *παρεσκευασμένους* usurpatum est Plut. 77:

δεῖ γὰρ ὡς ἔοικέ με

λέγειν ἂν κρύπτειν ἢ παρεσκευασμένος,

sed hoc ipsum *παρεσκευασμένους* post *δεομένους* mirifice languet
et cum noverim senes supellectilem secum attulisse, vide vs. 43
et 359, suspicari coepi poetae manum esse: εὖ *παρεσκευασμένους*.

Vs. 48:

εἴ που τοιαύτην εἶδε πόλιν ἢ ἔπετετο,

non sperni debuerat quod Tyrwhittus coniecit et Elmsleius
commendavit: ἢ ἔπετετο. Eodem modo scribitur in Chori can-
tico vs. 1470:

πολλὰ δὴ καὶ καινὰ καὶ θαυ-
μάς' ἐπεπτόμεσθα καὶ
δεινὰ πράγματ' εἶδομεν.

Haud raro apud Aristophanem dualis numerus in pluralem ab librariis mutatus fuit; veluti in Avibus poeta paucissimis fortasse locis exceptis de duobus senibus semper *δυϊκῶς* dixit, adeo ut parum absit quin suspicer corrigendos esse locos qui repugnant. Legitur vs. 81:

*οἷσθ' οὖν ὁ δρᾶσον, ὦ τροχίλε, τὸν δεσπότην
ἡμῶν κάλεσον.*

Collato autem Pluto 1103:

ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχύ,
fere malim: *νῶν ἐκκάλεσον.* Similiter correxit Cobetus Lysistr. 851. Restat in hac fabula vs. 875:

Κι. ἐμοῦ καλοῦντος οὐ καταβήσει, Μυρρίνη;

Μυ. Οὐ γὰρ δεόμενος οὐδὲν ἐκκαλεῖς ἐμέ.

Hic primum necessario reponendum est: *Σὺ γὰρ δεόμενος* idque plurimum miror nemini in mentem venisse; deinde novi quidem post compositum verbum haud raro simplex verbum iterari, qua de re nuper dixi ad Euripidem, *Mnem.* XXI. 278, sed quum *ἐκκαλεῖς* sequatur, haud recte praecedat simplex *καλοῦντος*, nec potuit uxor *ἐκκαλεῖς* dicere, nisi maritus dixerit: *ἐμοῦ ἑκκαλοῦντος*. Vide praeterea Bergkium ad Lysistr. 871 et Blaydesium ad Av. 642.

Rogat upupa Euelpidem, qualem sibi urbem cupiat; senex tunc describit vitae genus deliciis affluens, quo audito ridens upupa: *νῆ Δία ταλαιπώρων γε πραγμάτων ἔρῃς*, deinde ad sodalem rex conversus, *τί δαὶ σύ;* interrogat. Respondet Pisthetaeus: *τοιούτων ἔρῳ καὶ γῶ*, vs. 136, quae verba neutiquam ferri possunt, quum upupa continuo pergat interrogare: *τίνων*, deinde significat lepidus senex se lepide amare velle atque hinc upupa:

ὦ δειλακρίων σὺ τῶν κακῶν οἶων ἔρῃς.

Hoc autem non perspicio, quomodo upupa exclamare potuerit, nisi senex ante dixerit: *τοιούτων ἔρῳ κακῶν*.

In *Mnem.* XV. 350 demonstrare volui cur vs. 240 *τά τε κωτινοτράγα τά τε κομαροφάγα* corrigendum ducam: *κομαροτράγα*. Itidem de vs. 542 dixi *Mnem.* XII. 318.

Haud satis eleganter scribitur vs. 614:

πρῶτον μὲν γ' οὐχὶ νεὼς ἡμᾶς
οἰκοδομεῖν δεῖ λιθίνους αὐτοῖς,
οὐδὲ θυρῶσαι χρυσαῖσι θύραις.

Malim: οὐδ' ἐχυρῶσαι, sed vide vs. 1158, ubi πεπύργω-
ται fortasse verum est, nam πεπύλωται πύλαις vix cuiquam
placere potest.

Inde a versu 1133 legimus quomodo sublimia moenia novae
urbis aedificata fuerint, qua in re poeta cogitavit exemplum
eius urbis quam Semiramis coctilibus muris cinxisse dicitur;
voluit enim Pisthetaerus totum intervallum quod est inter coe-
lum et terram περιτειχίζειν μεγάλας πλίνθοις ὀπταῖς ὥσπερ Βα-
βυλῶνα, vs. 552, sed in ea descriptione non una difficultas
remanet. *Die Schilderung*, inquit Kockius, *beobachtet nicht die*
Reihenfolge der Wirklichkeit; diese würde sein: 1. πηλὸν ἐμβάλ-
λειν 1143—1146. 2. πηλοφορεῖν 1142. 3. πλινθοποιεῖν 1139—
1141. 4. πλινθοφορεῖν 1148. 5. *Das οἰκοδομεῖν τὸ τεῖχος fehlt;*
nur die Vorbereitungen dazu 1149 f.; *und dabei 6 das Zutragen*
des Mörtels 1150 f. Hoc quam vere dictum sit, ambigi pote-
rit; sed verissimum est quod pergit scribere de vs. 1150,
ubi quaedam excidisse videntur. *Irgend welche andern Vögel*,
nam lacunam planissime agnoscimus, *fliegen als die eigentlichen*
Maurer mit dem ὑπαγωγέως zur Arbeit, und diesen tragen die
Schwalben τὸν πηλὸν zu, nicht denselben, der 1142 von den
Reihern gebracht und 1139 zu Ziegeln verarbeitet wurde, sondern
*den Mörtel, welchen sie — und sie verstehen das von ihrem Nes-
terbau her — erst in Munde dazu geschickt machen.* Itaque ma-
cerant τὸν πηλὸν ἐν τοῖς σόμασιν αἱ χελιδόνες, quem πηλὸν poeta
itidem commemoravit vs. 839: χάλικας παραφέρει, πηλὸν
ἐποδὸς ὄργασον, qui locus utiliter conferetur cum Thucyd. I 93:
ἐπὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν. Recte Dobraeus inter-
pretatur. „Hirundines lutum in ore prius subactum τοῖς πλι-
θοφόροις dabant, quomodo nutrices puerulos ψωμίζουσι.” Πηλὸς
nunc *lutum* est, quo parietes oblinuntur aut avium nidi con-
struuntur, uti ait Henricus Stephanus, qui praeterea apposite
laudavit Plutarchum de Sollert. Anim. p. 966 D, ubi de hiru-
dinibus legimus: καὶ πηλοῦ τινος ἐχεκόλλου δεομένην αἰσ-

θωνται τὴν νεοττίαν, λίμνης ἢ θαλάττης ἐν χρῶ παραπετόμενοι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς, ὅσον νοτεράι μὴ βαρεῖται γενέσθαι τῇ ὑγρότητι, συλλαβοῦσαι δὲ κοινορτὸν ἐπαλείφουσιν οὕτως καὶ συνδοῦσι τὰ χαλῶντα. Eaedem p. 983 B πηλὸν Φυρᾶν dicuntur. Etiam Virgilius conferri potest, qui Georg. IV. 45 *limum* appellavit.

Diversum est *lutum*, unde lateres conficiuntur, de quibus Aristophanes paulo supra dixerat. Singula expendamus. Primum *lapides* afferuntur, quibus utuntur ad muri substructionem, vs. 1136:

ἐκ μὲν γε Λιβύης ἦκον ὡς τρισμῦριαι
γέρανοι θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους·
τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν.

Superne murus *latericius* erat; vs. 1139:

ἕτεροι δ' ἐπλινθούργουν πελαργοὶ μῦριοι·
ὕδωρ δ' ἐφόρουσιν κάτωθεν ἐς τὸν ἄερα
οἱ χαραδριοὶ καὶ τᾶλλα ποτάμι' ὄρεα.

Quorsum autem *aqua* affertur? Nempe πρὸς τὸ ὀργάσαι τὸν πηλόν, uti opinor, etiamsi de ea re in sequentibus nihil legatur. Interrogat senex: ἐπηλοφόρουσιν δ' αὐτοῖσι τίνες et nuncius respondet: ἐρωδιοὶ λεκάναισι. Deinde de aqua praeterea nihil, sed quaerit Pisthetaerus: τὸν δὲ πηλὸν ἐνεβάλλοντο πῶς; quasi hoc imprimis difficile factu debuerit esse. Respondet tamen nuncius:

τοῦτ', ὦγάθ', ἐξεύρητο καὶ σοφώτατα·
οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες ὥσπερ ταῖς ἄμαις
ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον αὐτοῖς τοῖν ποδοῖν.

Itane σοφώτατα, quasi hoc prae ceteris ingeniose excogitatum sit? Deinde ὑποτύπτειν quid sit, satis novimus ex Herodot. II 136 et III 130, sed imprimis in censum venit VI 119: ἀντλέεται μὲν κηλωνηῶ, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ ἡμισυ ἀσκοῦ οἱ προσδίδεται· ὑποτύψας δὲ τούτῳ ἀντλέει καὶ ἔπειτεν ἐγχεῖ ἐς δεξαμενὴν. Nullo negotio intelligimus τοὺς ὀργάζοντας aqua superinfusa ὑποτύπτειν materiem quam subigunt. Ad eam rem utiles sunt ἄμαι, quarum vicem nunc anserum pedes sustinent. Proprie ἄμη est ἐργαλεῖον ἐν ᾧ ὀρύττουσι τὴν γῆν, ut legimus Anecd. Bk. p. 206 idque confirmatur poetae testimonio in Pace 299 et 426, sed apud Plutarchum invenio p. 963 C: παραδείγματα ἄμαις καὶ σκάφαις ἡμῖν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύσασθαι θεάτρων

ἡ καλὴ ῥώμη παρέσχηκε. Multiplicem usum non miror. Secundum Crawfordum I. 349 Javani instrumentum habent quod usurpant *as a hoe, as a spade, as a shovel, and as a pick-axe*. Verum ὑποτύπτοντες ἐνέβαλλον intelligi nequit. Quid igitur faciemus? Intritam ipsam laterum, priusquam fingantur *macerari* oportet, ut scribit Plinius XXXV 14. Dixeris reponendum esse verum ὀργάζειν, de quo abunde satisfaciet Cobetus *Mnem.* IX 33, sed frustra tentabimus rescribere verbum, quod metro tam aperte repugnat et servatarum literarum ductibus. Bene factum quod synonymum verbum est *μαλάττειν*. Legendum est;

Πισθ. τὸν δὲ πηλὸν ἐμαλάττοντο πῶς;

Ἄγγ. τοῦτ', ὄγᾶθ', ἐξεύρητο καὶ σοφώτατα·

οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες ὥσπερ ταῖς ἄμαις

ἐς τὰς λεκάνας ἐμάλαττον αὐτοῖς τοῖν ποδοῖν.

Animadvertisne nunc in narratione omnia *ordīne* procedere? Sic demum ad callide inventum recte exclamat senex:

τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίαιτο;

Proverbium fuit τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίαιτο, quod Sophoclis poterit videri, si contuleris cum Pandoraë fragmento, quod Erotianus servavit:

καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.

Sed non intercedo quominus hoc postremum nimis videatur esse incertum.

Pisthetaeri verba sunt ad Iridem vs. 1212:

ἤκουσας αὐτῆς, ὅλον εἰρωνεύεται;

πρὸς τοὺς κοινοάρχους προσῆλθες, οὐ λέγεις;

σΦραγιδ' ἔχεις παρὰ τῶν πελαργῶν;

Hic reposuit Herwerdenus: οὐκ ἐρεῖς, quod Blaydesius recepit, sed coll. vs. 1273 et 1677 rectius fortasse conjicies: τί σὺ λέγεις;

Vs. 1308:

οὐ τᾶρα μὰ Δι' ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἐσάναι,

multo numerosius erit: ἔτ' ἔργον ἡμῖν.

Non concoquo vs. 1620:

ἐάν τις ἀνθρώπων ἱερεῖόν τῳ θεῶν

εὐξάμενος εἶτα διασοφίζεται λέγων
 μενετοὶ θεοί, καὶ μάποδιδῶ μισητῆ,
 ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα.

Equidem scripserim: μενέτω θεός. Etiam Thuc. I.
 jectivum μενετός miro modo usurpatum est.

Herculem Pisthetaerus alloquitur vs. 1652:

ἢ πῶς ἂν ποτε
 ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς
 οὔσαν θυγατέρ', ὄντων ἀδελφῶν γνησίων.

Sed Minervae nunc non est locus; fingit poeta Jovi
 esse filiam τὴν Βασίλειαν, quae post patris mortem, ἡ
 mundi imperium dotis nomine transferet in Pisthetae-
 domum. Hinc senex, vs. 1753, παρέδρον Βασίλειαν εἶ-
 Etiam Euphronius scripsit hanc esse Iovis filiam, Schol.
 1536, et cf. Wieselerum apud Blaydesium ad vs. 175
 Aristophanem scripsisse credo: ἐπίκληρον εἶναι τὴν Βασ-
 δοκεῖ, vel simile quid. Relege locum et vide quam
 eiusmodi correctio sit.

In *Lysistrata* miror verborum trajectionem vs. 14:

βουλευσομέναισιν οὐ περὶ Φαύλου πράγματι.

Memini quidem me legere in Phoen. 526:

οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς.

Sed in comoedia malim:

βουλευσομέναισιν πράγματος οὐ Φαύλου πέ-

Similiter Herwerdenus correxit vs. 984.

Articulus excidisse mihi videtur vs. 18:

ἢ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν,
 ἢ δ' οἰκέτην ἤγειρεν, ἢ δὲ παιδίου
 κατέκλινεν, ἢ δ' ἔλουσεν, ἢ δ' ἐψάμισεν.

Necessarium est scribere: ἢ δὲ τὸ παιδίον κατέκλινεν.

Lysistratae verba vs. 91:

χαῖτα νῆ τὸν Δία
 δήλη 'ς ἐν οὔσα ταυταγὶ κἀντευθενί,

multo rectius Calonicae dabuntur et vehementer miror, hoc fugiase Hamakerum quum *Mnem.* V. 17 ageret de vs. 193. Lysistrata semper serio rem tractat, sed iocos adspergit Calonica.

Intelligi nequit id quod legimus vs. 108:

Ἄλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται Φεψάλυξ.

Ἐξ οὗ γὰρ ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι,

οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον.

Non convenit certe Scholiastae interpretatio: σκάπτει δὲ συνεχῶς Μιλήσιους καὶ κωμῶδεϊ ὡς μοιχοῦς. Mutata interpunctione malim:

Ἄλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται Φεψάλυξ,

ἐξ οὗ περ ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι,

οὐδ' εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον.

Ἐξ ὅπερ apud Aristophanem legitur Av. 1515 et Lysistr. 866.

Rogat Lysistrata velintne mulieres secum καταλύσαι τὸν πόλεμον, respondet Myrrhina vs. 114:

νῆ τῷ θεῷ

ἔγωγε τᾶν, κἄν εἴ με χρεῖη τοῦγκυκλον

τουτὶ καταθεῖσαν ἐκπιεῖν αὐθημερόν.

Hic primum audiamus recentissimum interpretem Blaydesium, ut appareat luculento exemplo quam absurda sint, quae etiam hodie in hac literarum luce a viris doctis interdum lectori proponuntur. „Ἐκπιεῖν praeter expectationem illatum pro μάχεσθαι sec. Schol. Imo pro ἐξαργυρίσαι dictum opinor.” Deinde laudato Thucyd. VIII 81. Blaydesius docet, quid sit illud ἐξαργυρίσαι, quod apud Batavos satis notum est et pergit quasi ex cathedra docere: „Ambiguo sensu etiam καταθεῖσαν dicere videtur, ut significet vel *deponere*, quo facilius pugnare possit exuto pallio, vel *oppignerare*, ut pecunia inde quaesita vinum bibendum emat.” Quid attinet ostendere quam inconsiderate haec disputata sint? Abjicerem equidem Blaydesii commentarios, nisi hoc incredibile παράμα aliis locis redemisset et abunde compensavisset. Verum quid cesso emendam scripturam proponere? Legendum:

κἄν εἴ με χρεῖη τοῦγκυκλον

τουτὶ καταθεῖσαν περιπατεῖν αὐθημερόν.

Pristini literarum ductus in ἐκπιεῖν quodammodo pellucet, sed vera scriptura per se satis agnoscitur.

Vs. 137 ferri nequit:

ὃ παγκατάπυγον θήμέτερον ἅπαν γένος,
et melius est sane quod Blaydesius edidit: ὡς παγκατάπυγο
sed elegantius corrigi poterit:

ὃ παγκατάπυγον θηλύτερον ἅπαν γένος.

Vs. 153: εἰ γὰρ — ἡμεῖς δὲ μὴ προσίοιμεν, ἀλλ' ἀπεχί
μεθα, simplicissimum est reponere προσέχοιμεν.

Multi iam quaesiverunt quae esset vera scriptura vs. 156:

ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλ᾽ ἀπα
γυμνᾶς παρενιδῶν ἐξέβαλ', οἶῶ, τὸ ξίφος.

Equidem transpositis literis corrigam:

γυμνὰ παριδῶν ἐξέβαλεν, οἶῶ, τὸ ξίφος,
sicuti vs. 998: ἄρχεν, οἶῶ, Λαμπιτώ. Quod ad verbum παρορ
attinet, conferri iubeo Ran. 815 et 409:

καὶ γὰρ παραβλέψας τι μειρακίσκης
νῦν δὴ κατεῖδον, καὶ μάλ' εὐπροσώπου,
ξυμπαιστρίας χιτωνίου
παραραγέντος τιθθίου προκῦψαν.

Ceterum γυμνὰ iam Ahrentis est. Praeterea cf. Bakhuyzenii
de parodia p. 103.

Vs. 249:

οὐ γὰρ τοσαύτας οὔτ' ἀπειλάς οὔτε πῦρ
ἤξουσ' ἔχοντες ὡς' ἀνοῖξαι τὰς πύλας.

Collato Eur. Phoen. 1162 commendo: οὔτε δικέλλας οὔτε πῖ

Admirabiles mulieres sunt vs. 362:

καὶ μὴν ἰδοὺ παταξάτω τις· ἡἴσ' ἐγὼ παρέξω,
nam convenit iis cum Matthaeo Evangelista V 39, sed tam
malo:

ἡἴσ' ἐγὼ παρέξω
κού μήποτ' ἄλλη σου κύων τῶν ὄρχεων λάβηται.

Non satis video quid συλλαβεῖν significet vs. 540:

Ἄπαίρετ', ὃ γυναῖκες, ἀπὸ τῶν καλπιδῶν, ὅπως ἂν
ἐν τῷ μέρει χήμεῖς τι ταῖς Φίλαισι συλλάβωμεν.

Propter vs. 627: *καὶ λαλεῖν γυναῖκας οὔσας ἀσπίδος χαλκῆς*
τίμῃ, licebit fortasse emendare: *συλλαλῶμεν*.

Ad *Thesmophoriazuarum* vs. 80:

ἐπεὶ τρίτῃ ἐὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση,

mira sunt quae viri docti adnotarunt; veluti Dindorfius scribit:
 „Quattuor fuerunt Thesmophoriorum dies, quarum prima festi
 quasi prolusio quaedam fuit: quo factum est ut tribus reliquis
 modo annumeraretur modo omitteretur, ideoque eadem et tertia
 et media dici posset.” Hoc quidem vere dictum est ipseque
 Aristophanes vs. 375 iterum memoravit *τὴν μέσῃ τῶν Θεσμο-*
Φορίων, quo scilicet die aguntur quae in scena repraesentantur.
 Sed pergit Dindorfius: „Poetae autem verba manifestum est sic
 esse capienda ut *Θεσμοφορίων ἡ μέση* tanquam explicandi causa
 ad illud *ἐπεὶ τρίτῃ ἐὶ* adiectum cogitetur.” Facile intelligimus
 tali explicatione minime opus esse et poeta *ἡμέραν τρίτην* vel
μέσῃ appellare potuit, sed utrumque coniungere non potuit.
 Iam Nauckius hoc sensit, quem correxisse video: *ἐπέπερ ἐς*
Θεσμοφορίων ἡ μέση. Equidem incideram in:

ἐπεὶ τρίτῃ ἐὶ Θεσμοφορίων τῆμερον.

Constat autem *νησεῖαν* agi, cf. vs. 949 et 985. In Nauckii
 lectione Graecorum usus nisi fallor violatur.

Subdubito de iis quae Euripides respondet vs. 81:

τοῦτ' αὐτὸ γὰρ τοι κάπολεῖν με προσδοκῶ,

paulo enim rectius mihi videtur *προσδόκα*. Eadem fortasse
 correctione opus est *Lysistr.* 46:

ταῦτ' αὐτὰ γὰρ τοι κάσθ' ἂ σῶσειν προσδοκῶ,

nam ibi quoque, si *προσδόκα* praecessit, paulo convenientius
 Calonice in sequentibus utetur prima persona et exclamabit:
κρεκωτὸν βάψομαι et *κιμμερικὸν ἐνδύσομαι* et *κτῆσομαι περιβαρι-*
δα. Ceterum discrimen non est magnum.

Euripidis verba sunt vs. 182:

μέλλουσί μ' αἱ γυναῖκες ἀπολεῖν τῆμερον

τοῖς Θεσμοφορίοις, ὅτι κακῶς αὐτὰς λέγω,

sed posterior versiculus spurius videtur, quum praesertim precesserit vs. 85: *ὅτι γὰρ τραγωδῶ καὶ κακῶς αὐτὰς λέγω.*

Per se quidem nihil est cur reprehendamus vs. 192:

*σὺ δ' εὐπρόσωπος, λευκός, ἐξυρημένος,
γυναικόφωνος, ἀπαλός, εὐπρεπῆς ἰδεῖν,*

et *γυναικόφωνος* indidem habet Pollux 2. 112, sed quia Eurides loquitur, malim fere tragicum vocabulum: *γυναικόμιμος.*

Mnesilochus Euripides tradit Agathonis calceos, tum ille 263: *ἄρ' ἀρμόσει μοι;* et poeta respondet: *χαλαρὰ γοῦν χεῖρες Φορῶν.* itaque non Mnesilochus, sed ipse Agathon *νεῖταις ἐμβάσιν*, ut est Eq. 321 et reponendum est: *χαίρει.*

Vs. 506: *τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρῃ τὸ παιδίον, ἵνα βοῶν, κηρίῳ βεβυσμένον*, revocat mihi in memoriam Aen. Tactici locum c. 23 § 2, ubi iubet ducem in urbe obsessurum quo tempore copiae ex urbe exiturae sint, ut hostem non adoriantur, *τούς τε τῶν κυνῶν ὑλαγμοὺς καὶ τῶν ἀλεκτρύωνων ἰσχυρὰς ἀφανίζειν τόνδε τὸν καιρὸν, ἐπικαύσαντά τι τοῦ σματος*, quo nihil stultius excogitari potest, quod demiror Hercherum non vidisse, cum in Herme VII. 242 de eo loco agebat Contuli equidem Pac. 645: *χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποικούντων ἐβύνη τὸ σῶμα*, Cratinum apud Schol. Eq. 523: *εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύνη τις αὐτοῦ τὸ σῶμα*, alios locos. Longe diverso sensu dicuntur *τὰ καύματα τῶν προβάτων καὶ τῶν ἡγῶν* in inscriptione Boeotica apud Boeckhium n. 1569 et apparet corrigendum esse: *ἐπιβύνησαντα αὐτῶν τὰ σῶματα*, quod haud parum efficacius est quam ex igne remedium.

Blaydesius ad Thesm. 773 laudat Schol. Nub. vs. 828: *Δ γόρας γέγονέ τις βλάσφημος εἰς τὸ θεῖον καὶ ποτε, Φασίν, πανδοκείῳ εὐρεθεῖς καὶ μὴ εὐρῶν ξύλα, ἀλλ' ἄγαλμα Ἡρακλέους ἄγε, Φησί, τρισκαίδέκατον ἡμῖν ἐπιτέλει ἄθλον καὶ ἔψησον Φακόν:* et quaerit quid sit illud *εὐρεθεῖς*. Nemphe *εὐωχηθεῖς*

Vs. 781 Blaydesius *τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν*, ut anapaestici dimetrum efficeret, rescribere voluit *τουτὶ τὸ ῥῶ ὡς μοχθη*

vel τούτου τοῦ ῥῶ μοχθηροῦ, cuius correctionis causam non perspicio nec novi quid Blaydesius ad Acharn. 1146 disputaverit. Facile tamen est corrigere: *μοχθηρότατον*.

De vs. 857 videamus quid Bakhuyzenius afferat de parodia p. 123. Mnesilochi verba sunt:

Νείλου μὲν αἴδε καλλιπάρθενοι βοαί,
ὄς ἀντὶ διας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
λευκῆς νοτίζει μελανοσύρμαιον λεών.

Translata haec sunt ex Helena, in qua tamen fabula ipse Euripides paulo aliter: *λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραινει γύας*. De his verbis Bakhuyzenius ita disputat. „Est omnino ineolita dictio: *Αἰγύπτου πέδον ὑγραινει γύας*; nihil tamen in Euripide mutandum esse, docet Aristophanes, qui non modo *πέδον* legit sed consulto difficultatem auxit verbo *γύας* substituendo *λεών*. Consulto enim *λευκῆς* cum *Αἰγύπτου* junxit, quia Aegypto terra nigra nomen est.” Hoc quidem concedo conjecturis parum profici in loco impedito explanando; quid enim prodest *Αἰγύπτου πέδον* legere vel *μελανοσυρμαίῳ λεῶ*? Latet aliquid quod perpetuo ignorabimus; praestat nunc quoque id quod sexcenties praestat et fatebimur ignorantiam, nec tamen emendate scriptum esse putabimus, quod tam contorte enunciatum est, ut neque apud tragicum neque apud comicum poetam verborum constructio constet. Fac Euripidem obscure fuisse locutum — quamquam obscuritati non est locus in exordii exordio et Euripidea Musa antequam fertur sublimis, dum prodit in scenam, non repit quidem fortasse, sed tamen pedibus incedit — credemusne cum Bakhuyzenio Aristophanem *consulto auxisse difficultatem*? Imo risisset potius. Unum est quod in his tenebris diaspicere mihi videor. Scripsit Aristophanes *λευκῆς* · hinc opposuit *μελανοσύρμαιον λεών*, sed non mihi persuadeo Euripidem dedisse: *λευκῆς τακείσης χιόνος*. Epitheton in paucis otiosum sic demum ferri posset, si poeta substantivum *γύας* pariter adiectivo quodam ornavisset. Quis serio credet Horatium, ut hoc utar, potuisse scribere: *Vides ut stet nive candida Soracte?* Ne satis quidem eleganter dici ei videbatur: *Vides ut altum stet nive candida Soracte*, sed poeta id dedit quod novimus. Contendere ausim scripsisse Euripidem: *λευροῦς τακείσης χιόνος ὑγραινει*

γύας. Cf. Bacch. 982: *λευρᾶς ἀπὸ πέτρας*, Phoen. 836: *ἐς τὸ λευρὸν πέδον ἴχνος τιθεῖσα* et Aesch. Prom. 369:

τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροῦς γύας.

Praeterea mirum ni scripsit Aristophanes: *ποτίζει μελανοσύρμαιον λεών*, quod aliquanto melius intelligo quam *νοτίζει*. De ceteris, uti supra dixi, ampliandum censeo, donec Bentleius revixerit.

Quam formam *πεπλώκαμεν* Aristophanes habet vs. 878, vide an ea reddenda sit Helen. 461, cf. vs. 532, ubi codex Florentinus *πεπλακότα* exhibet.

Venio ad vs. 935:

νῆ ΔΓ, ὡς νῦν δῆτ' ἀνὴρ

ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἰσιορράφος.

Expendat mihi quis apud Blaydesium p. 232, quomodo viri docti tueantur nomen *ἰσιορράφος* et si forte ante non attenderit, statim intelliget locum alere vitium. „Facete dicitur *velorum sutor*, i. e. dolorum sutor per velorum intentionem.” Itane facete? Me iudice ineptis facetiis res ineptior nulla est. Potuit Menelaus fortasse *ἰσιορράφος* dici. Vides correctionis lenitatem.

De vs. 1009 dixi *Mnem.* XXI. 25.

In *Ranis*, cuius fabulae prima verba mihi excidisse videntur, Xanthias rogat: *εἶπω τι τῶν εἰωθότων. ὦ δέσποτα, ἐφ' οἷς αἰετὸν γελῶσιν οἱ θεῶμενοι*; cui Bacchus: *νῆ τὸν Δί', ὅ,τι βούλει γε, πλὴν πιέζομαι*. Pergit Xanthias: *μηδ' ἕτερον ἀσεῖδόν τι*; et Bacchus: *πλὴν γ' ὡς θλίβομαι*. Tum servus, quae verba mihi vitium concepisse videntur: *τί δαί;* τὸ πάνυ γέλοιον εἶπω; et deus respondet: *νῆ Δία, θαρρῶν γε*. Sunt haec omnia facillima intellectu, sed non fero articulum in τὸ πάνυ γέλοιον, vs. 6. Multo rectius sese habet: *μὴ δῆτα πάνυ γέλοιον εἶπω*; atque sic demum potuit Bacchus respondere: *νῆ Δία, θαρρῶν γε*, nam necessario praecessit: *Numquid* ridicule dicam? Haud dissimilis corruptela est quam notavimus *Mnem.* XX. 96.

Continuo sequuntur Xanthiae verba:

μηδ' ὅτι τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων,
εἰ μὴ καθαιρήσει τις, ἀποπαρήσομαι.

Nemo sic loquitur. Lego: ἐπὶ νώτῳ φέρων.

Duplex vitium est in Bacchi verbis vs. 49:

καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς
τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

Primum perfacile intelligitur esse scribendum δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα, non ἢ δώδεκα, sicuti vs. 506 recte editur: ἤψε κατερικῶν χύτρας ἔττους δὴ ἢ τρεῖς, non ἢ δὴ ἢ τρεῖς. Fieri potest ut naves demersae sint undecim vel etiam quattuordecim; si ripseris ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα non datur optio nisi inter naves undecim et tredecim, veluti in proverbio: ἢ τρεῖς ἐξ ἢ τρεῖς βροῖ vel ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Gravius est, si verbis auditis, exclamare Herculem: σφῶ; Unde tandem percipit Clisthenem cum Baccho fuisse qui illas naves demersisset, Xanthiam autem pugnae non interfuisse? Sensit hoc Heracles quum scriberet: *Herakles kann dies allerdings nicht sein, aber die bejahende Antwort des Dionysos, der den Sachhalt kannte, zeigt, dass Xanthias in σφῶ nicht mit gemeint ist.* Hoc quidem vere observatum, sed ut appareat verbum κατεδύσαμεν de duobus usurpatum esse, tuto rescribere licebit:

καὶ κατεδύσαμέν γε νῶ
τῶν πολεμίων ναῦς δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

Vs. 78:

οὐ, πρὶν γ' ἂν Ἴοφῶντ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον
ἄνευ Σοφοκλέους ὅτι ποιεῖ κωδωνίσω.

Prolo: ἀπολαβὼν μόνος μόνον, sicuti est v. c. in Eccl. 448: ἐβάλλειν μόνος μόναις καὶ μαρτύρων ἐναντίον, ubi cf. Blaydesius.

Vs 183: καῖσι γ' ὁ Χάρων οὔτοςί, si verum est quod Cobetus servavit Var. Lect. p. 229, scribendum est: καῖσι γε Χάρων οὔσι.

Vs. 415: παίζων χορεύειν βούλομαι, malo παίζειν propter
388: παῖσαι τε καὶ χορεῦσαι.

Quod Xanthias exclamat vs. 552: *κακὸν ἦκει τινί, π*
scribetur ἦξει, sicuti statim futurum sequitur: δώσει τις
 Contra Bacchus vs. 616, postquam Aeacus iam advenit, i
ἦκει τῷ κακόν.

Xanthiae verba sunt vs. 589:

δέχομαι τὸν ὄρκον καὶ πὶ τούτοις λαμβάνω.

Si quis meminit, quomodo Cobetus correxerit Luciani
 Dial. 20 in *Mnem.* III 319, difficile est non suspicari Xant
 dixisse: *δέχομαι τὸν ὄρκον* et Bacchum tunc porrexisse τῇ
 Ἑρακλέους γολήν, his verbis usum: *καὶ τ' ἐπὶ τούτοις λάμβ*
 Admonet me hic locus vitii in Procopii Epistola XI, p.
 in Editione Hercheri. Diodorus literas omiserat addere,
 calceos dono mitteret ad Procopium suum. Hic de
 taciturnitate queritur sic: *καὶ ταῦτα γραμμάτων ἔρημα π*
φας, μήτε τὸ δεῖξαι μήτε τὸ χαίρειν εἰπών. Interpre
 sibi intelligere videtur vertitque satis ridicule: *Nec ipso*
ornatos misisti, ut qui me nec monstrare eos nec salvare ius
 Satis tamen apparet quid Procopius scribere voluerit. Et
 fortasse satis, si Diodorus simpliciter scripsisset: *Accipe.*
 verum ne hoc quidem scripsit. Iam vides quid reponer
 sit: *μήτε τὸ δεῖξαι μήτε τὸ χαίρειν εἰπών.*

Vs. 609 advenit Aeacus cum *duobus* servis — nam du
 numerum usurpat — qui Xanthiam comprehendant; hic a
 defensionem parans, *οὐκ ἐς κόρακας*, exclamat, *μὴ πρό*
 Miratur Aeacus: *εἶεν*, inquit, *καὶ μαχεῖ*; Itaque *ne pugna*
 cum Xanthias numero victus statim se victum fateatur
 praeterea servos adesse iubet:

ὁ Διτύλας χά Σκεβλύας χά Παρδόκας

χωρεῖτε δεῦρο καὶ μάχεσθε τουτῷ.

Non hanc *μάχην* appellamus, quum quinque homines i
 eundemque inermem adoriuntur. Prodeunt tres robusti hon
 qui cum Xanthia non depugnent, sed eum sine mora cor
 hendant et manus post tergum revinciant. Itaque legen
λάβεσθε τουτοῖ. Nunc ipse Xanthias intelligit se vi
 proficere posse et recurrit ad dolos et fallacias, vs. 615. cf. I
 Menaechm. 953.

Vs. 761: νόμος τις ἐνθάδ' ἐς ἰ κείμενος, offensioni est praesens tempus nec video quomodo ab hoc praesenti tempore ullo modo pendere possit optativus ἕως ἀφίκοιτο, vs. 766. Cum itidem imperfectum usurpatum inveniam vs. 791: ἐμελλεν ἔφεδρος καθεδῆσθαι, hic quoque malo:

Ξανθ. ἐκ τοῦ; Αἴα κ. νόμος ἦν τις ἐνθάδ' ἡ μῖν κείμενος.

Si superior correctio fortasse haud satis evidens fuit, nunc vide vs. 788, de quo ne punctum quidem temporis dubitandum, quid poeta dederit:

μὰ Δῖ', οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔκυσε μὲν Αἰσχύλον,
ὅτε δὴ κατῆλθε, κἀνέβαλε τὴν δεξιάν
καὶ κείνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου.

Quis ὑπεχώρησεν; Sophocles, opinor, nam, quod fidem fere superat, ex Kockii adnotatione colligo, olim fuisse qui ea de re dubitarent. Quis ἐνέβαλε τὴν δεξιάν? Idem certe qui ἔκυσε. Verum si Sophocles hoc fecit, quorsum attinuit verbo ὑπεχώρησεν addere subjectum ἐκεῖνος? Kockius hoc sensit: *Durch ἐκεῖνος wird das Subject des vorhergehenden Satzes nochmals stark hervorgehoben, um das Benehmen des Sophocles mit dem des Euripides in starkem Contrast zu setzen.* Nihil horum; emenda: ἀλλ' ἔκυσε μὲν Αἰσχύλος et Kockii adnotationem una litura delere poteris. Advenam osculamur ut intelligat se amari et iucundum hospitem adesse, sed si advena anteverterit et osculum occupaverit, praesentiam suam obtrudere videbitur et odium pariet. Martialis sunt illa:

Tantum dat tibi Roma basiorum
Post annos modo quindecim reverso
Quantum Lesbia non dedit Catullo.

Natura hoc mortales docuit. Cf. Friedlanderus de Moribus Romanorum I p. 197. Ipse Iesus, quia Judas indecore osculum prior ipse rapuerat, cum accipere debuisset: Ἐταῖρε, ἐφ' ὃ πάμει, nec ferre poterat importunum hominem incivilter familiarum. Hoc est quod tanquam ne nomine quidem notum appellat eum ἐταῖρον. De Jacobo Patriarcha legimus: καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν ἐπτάκις, ἕως τοῦ ἐγγίσει τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Καὶ προσέδραμεν Ἰησαῦ εἰς συνάντησιν αὐτῷ καὶ περιλαβὼν αὐτὸν προσέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Hoc

recte, nam contrarium tunc non minus fuisset absurdum, quam si quis prior Imperatorem Romanum voluisset osculari et Domitianus Agricolam ex Britannia reversum brevi osculo exceperat, non contra. Adde Frontonis mei ampullas in epistula ad Imperatorem Verum p. 136. Si quis praeterea Graecum exemplum requirit eius moris quem dixi, quamquam putidum est docte illustrare velle, quae etiam sine ulla doctrina ab imperito vulgo intelliguntur, sed si quis tamen exemplum requirit, conferat Aeschylum Agam. 1560. Iphigenia apud inferos exosculabitur patrem:

ἀλλ' Ἴφιγένειά νιν ἀσπασίως
 θυγάτηρ, ὡς χρῆ,
 πατέρ' ἀντιάσασα πρὸς ὠκύπορον
 πρόθυμ' ἀχέων
 περὶ χεῖρε βαλοῦσα Φιλῆσει.

Itaque ἐν Ἄιδου iidem mores obtinent quos sub sole homines observitant et Aeschylus Sophoclem osculatus est, qui nuper illuc descenderat, non Sophocles Aeschylum.

Vs. 844:

παῦ'. Αἰσχύλε,

καὶ μὴ πρὸς ὄργην σπλάγχνα θερμῆν ἤς κότφ.

Nonne verius est θερμῆν ἤ? Vide Eur. Elect. 402: χαρῆ θερμαινόμεσθα καρδίαν et cf. Bachuzzenius vere iudicans de Eur. Cycl. 424.

Vs. 908 Euripides loquitur:

καὶ μὴν ἑμαυτὸν μὲν γε τὴν ποίησιν οἶός εἰμι,
 ἐν τοῖσιν ὑσάτοις φράσω· τοῦτον δὲ πρῶτ' ἐλέγξω.

Sed placet ὑσέροις.

Vs. 957:

νοεῖν, ὄραν, ξυνιέναι, σρέφειν, ἐρᾶν, τεχνάζειν,
 κάχ' ὑποτοπεῖσθαι, περινοεῖν ἅπαντα.

Non debuit poeta post νοεῖν iterare περινοεῖν et in hoc catalogo verborum quibus Euripides abutitur, Aristophanes non omisit verbum νοσεῖν.

Numquam concoquere potui vs. 1073:

οὐκ ἠπίσαντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι καὶ βυκπακαῖ εἰπεῖν.

Requiro κάψαι. Cf. Valckenaer. in Animm. ad Ammonium p. 20 et Cobetus *Mnem.* IV. 128. Scripserat Anaxilas Athen. XII 548 C: βολβοὺς τρώγων, τυροὺς κάπτων, neque raro hoc verbum invenitur. Quod ad corruptelae causam attinet, apud Photium invenies *τολόται* pro *τοξόται* scriptum et in Aesopi fabula 170 Fur. κάψαι abiit in *κατάξαι*.

Coniunctivum miror vs. 1163:

ἔλθειν μὲν εἰς γῆν ἔσθ', ὅτῳ μετῆ πάτρας.

Quidni scribitur μετῆν?

Inauditum est verbum ἀποπρίσθαι vs. 1227, pro quo ὑποπρίσθαι substituit *Mnem.* XII 317 et locum sic constituit:

Δι. ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ὑποπρίω τὴν λήκυθον

ἵνα μὴ διακναίσῃ τοὺς προλόγους ὑμῶν. Εὐ. τὸ τί;

ἐγὼ πρίωμαι; Δι. νή Δί', ἐὰν πίθῃ γ' ἐμοί.

In ὑποπρίσθαι servatur eadem analogia quae est in ὑποψωνεῖν *Acharn.* 842 et in nostro *ονδερῆυρεν*. *Praemercari* est in Plauti *Epidico* 3. 3. 25. De versu 1235 persuasit Hamakerus.

Bacchi verba minime intelligo vs. 1406:

δύ' ἄρματ' εἰσήνεγκε καὶ νεκρῶ δύο,

οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι,

nam centum Aegyptii duos currus et duo cadavera facillime tollere poterunt. Sed Euripidis ne centum quidem versus acquirare poterunt gravitatem, quae in uno Aeschyli senario inest:

οὓς οὐκ ἂν ἄραιτ' οὐδ' ἑκατὸν ἐπύλλια.

Est hoc in ea contentione imprimis idoneum. Τὸ καθέλκον αἵρεται illud quod in altera lance impositum est. Confirmant Aeschyli verba:

καὶ μηκέτ' ἔμοιγε κατ' ἔπος, ἀλλ' ἐς τὸν σαθμὸν

αὐτὸς, τὰ παιδί', ἢ γυνή, Κηφισοφῶν,

ἐμβὰς καθήσθω ξυλλαβῶν τὰ βιβλία.

ἐγὼ δὲ δύ' ἔπη τῶν ἐμῶν ἐρῶ μόνον.

Euripides autem ipse ἐπύλλια sua praedicarat vs. 942.

Legimus vs. 1523:

μέμνησο δ', ὅπως ὁ πανοὔργος ἀνὴρ
καὶ ψευδολόγος καὶ βωμολόχος
μηδέποτε ἔς τὸν θᾶκον τὸν ἐμόν
μηδ' ἄκων ἐγκαθεδεῖται.

Adnotavit Scholiasta: οἶον, μηδὲ εἴ τινες ἄκοντα τοῦτον λαβόντες καθίσαι ἐθελήσουσι. Non autem erat metus ne forte nollet πανοὔργος ἀνὴρ, sed vetat Aeschylus abiens, ne Euripides, etiamsi Sophocles absit vel nolit, interea suum locum occupet. Legendum est: μηδ' εἰ κενός, ἐγκαθεδεῖται. debet Sophocles τὴν θᾶκον τηρεῖν καὶ σώζειν, vs. 1517.

In *Ecclesiastusis* vs. 5:

μυκτῆρσι λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις,
multo elegantius erit λαμπροῖς.

Vs. 22:

καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἔδρας,
ἄς Φυρόμαχος ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,
δεῖ τὰς ἐτέρας πως κάγκαθεζομένας λαβεῖν,

Blaydesius non videtur attendisse, Gotzium iam emendasse, in quam correctionem ipse incidit et ego quoque incideram: τὰς προτέρας. Deinde malo: εἰ μέμνησθ' ὅτι, cf. Nub. 1175, Vesp. 1348, alios locos.

Graeca syntaxis violatur vs. 29:

Φέρε νυν ἐπαναχωρήσω πάλιν
μὴ καὶ τις ὦν ἀνὴρ ὁ προσίων τυγχάνη.

Planissime hoc sensu requiro indicativum: τυγχάνει.

Vs. 45:

Γλύκη κατώμοσε
τὴν ὑσάτην ἤκουσαν οἴνου τρεῖς χοᾶς
ἡμῶν ἀποτίσειν κᾶρεβίνθων χοίνικα.

Corrigit Meinekius ἢ μὴν. equidem malo ἡμῶν.

Pessime articulus semel usurpatur vs. 51:

καὶ τὴν Φιλοδωρήτου τε καὶ Χαιρητάδου.

et legendum est τὴν Χαριάδου, quod quum invenisset Blaydesius, sicuti ego quoque inveneram, postea tamen inventum suum inconsiderate abjecit, dum nimium tribuebat exemplis diversi generis quae undecumque corraserat. Quid enim ad hanc causam obtinendam attinet exscribere Ran. 773: καὶ τοῖσι πατραλοῖαισι καὶ τοιχωρύχοις vel Them. 491: ὑπὸ τῶν δούλων τε κῶρευκόμενων vel Nub. 103: ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρητῶν? Alii loci non magis apposite allati sunt, sed longum est omnes enumerare. In longa serie latent aliquot loci corrupti; unus est quem magno opere mirabor, si Euripidem ipsum auctorem habeat, Iph. Aul. 189 ἐν τῇ παρόδῳ· δὴ Αἴαντε — τὸν Οἰλέως Τελαμῶνός τε γόνον, sed hoc opinor constat apud peritos iudices τὴν Φιλοδωρήτου τε καὶ Χαιρητάδου dici non potuisse, nisi *μια* mulier *διωδύς* nupta fuerit.

In oratione Praxagorae vs. 172 ferri non debet femininum participium *κατορθώσασα*. Facile quidem est aliquid comminisci quod poeta haud plane indignum est, sed certam correctionem non invenio et subest fortasse gravius vitium.

Vs. 202 Dindorfius edidit:

σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ' οὐ ῥύσεται

Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.

Codex Ravennas ἀλλ' ὀρείζεται habet, Codices Parisini ἀλλ' οὐχ ὀρίζεται vel οὐ χρήζετε. Bentleius ὀσίζεται scripsit, Seagerus ἑμίζεται, Bothius et Dindorfius οὐ ῥύσεται. Consentiant omnes nihil horum sufficere itaque supervenit Meinekius coniecitque ὀρρίζεται. Hunc sequitur Blaydesius et ut tueatur illud ὀρρίζεται, scholion laudat de Thrasymbulo: οὗτος αὐθάδης καὶ δωροδόκος, ὑπερόπτης ὢν τοῦ δήμου, ἠβούλετο δι' αὐτοῦ πάντα πράττεσθαι. Humani aliquid doctissimo editori nunc accidit; equidem certe non exputo quo sensu scripserit: ἀλλ' ὀρρίζεται Θρασύβουλος ἐπὶ τὴν οὐχὶ παρακαλούμενος. Ipse interpretatur: *gives himself airs*; quorsum igitur pertinet accusativus αὐτήν, quem per coniecturam ultro in textum ipse intulit. Sed quasi ipsi sibi displicens affert praeterea Dindorfii suspicionem, lacunam nos ludificari: manifestum enim esse non Thrasymbulum dici ὀρίζεσθαι, sed

σωτηρίαν; sed confugere ad lacunae astericos tanquam ad ara hominis est de salute desperantis. Experiar equidem num *ten* possim τὴν Σωτηρίαν παρακύπτουσαν. Primum mordicus tenet etiamsi tunc temporis duo Thrasybuli fuerint cognomines, tan anno 389, quo anno haec fabula primum spectata fuisse videtur, ubi de communi salute sermo incidit, necessario esse intelligendum celebrem illum Thrasybulum, qui paucis annis a Atheniensibus rem restituisset. Quid autem dixit Praxago Totius orationis quasi summa haec est: etiam nunc faventi diis salvi esse poteritis, sed nisi bonis consiliis uti velitis, ipse quidem Thrasybulus vos servare poterit. Inest ea sententia in Graecis verbis:

Σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ' οὐχ ἔξεταί
Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.

Etiam sine commentario hoc commode intelligitur. Ipse videtur quam recte post illa addiderit oratrix:

Ἔμεῖς γὰρ ἐς, ὧ δῆμε, τούτων αἴτιοι.
Τὰ δημόσια γὰρ μισθοφοροῦντες χρήματα
ἰδίᾳ σκοπεῖσθ' ἕκαστος ὅ τι τις κερδανεῖ.
τὸ δὲ κοινὸν ὥσπερ Αἴσιμος κυλίνδεται.
Ἦν οὖν ἐμοὶ πίθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι.

Adhibito Phrynicho p. 145 Dindorfius vs. 227 ita edidit:

εὐζωρότερον φιλοῦσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.

Poterit debetque hoc fortasse probari, modo rescripserit φιλοῦσιν.

Aoristus miro modo usurpatus est vs. 255:

τούτῳ μὲν εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὄρᾶν.

Simplicissimum est: τούτῳ μὲν ἔργον. Operose Blaydesius locum corrigit.

Spurius est vs. 275, sed ut appareat quam vere hoc condamnandum, paulo plura describenda sunt:

ἤνικ' ἂν δέ γε
τούτους ἀκριβῶς ἦτε περιηρμοσμένοι,
καὶ θαϊμάτια τὰνδρεῖά γ' ἄπερ ἐκλέψατε
ἐπαναβάλεσθε.

Interpolator verba desumsit ex vs. 26: ἡ θαιμάτια τάνδρεϊα κλειψάταις λαθεῖν· res arguitur inepto usu particulae γε; nam sine fulcro senarius stare non poterat. Ἐπαναβάλεσθε absolute positum est, sicuti apud Platonem in Theaet. 175 E. Adde Vesp. 1152 et Eccl. 97.

Magno opere me offendit vs. 416: ἐπειδὴν πρῶτον ἥλιος τραπῆ, nam τραπέσθαι sol dicitur non τραπῆναι· qua de re si forte dubitas, cf. Xen. Mem. IV. 3. 8. Scribere potuit poeta: ἐπειδὴν πρῶτον ἡλίου τροπαί.

Vs. 461:

οὐδ' ἔτι σὺ θρέψεις οὐς ἔχεις, ἀλλ' ἡ γυνή.

Elegantius est: τρέψεις.

Vs. 502 prorsus non expedio et miror interpretes ad difficultatem non attendisse; Blaydesius certe nihil attulit quod admodum ad rem faciat. Canticum est mulierum e concione redeuntium, dum muliebrem vestem resumunt:

Ἄλλ' ἐπέιγου

ἅπαντα καὶ μίσει σάκον πρὸς τοῖν γνάθῳιν ἔχουσα.

Quis bene sanus imperativum μίσει pro *poli* umquam in tali sententia usurpabit? Coniicio:

ἅπασ' ὅπως λήσεις σάκον πρὸς τοῖν γνάθῳιν ἔχουσα.

Vides, uti spero, quam exigua mutatio sit.

Editur vs. 629:

κὺκ ἐξέσαι παρὰ τοῖσι καλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καταδαρθεῖν ταῖσι γυναιξίν πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται. Hoc quidem soloecum est et scribendum: καὶ μεγάλοισιν et καὶ μικροῖς ἂν χαρίσωνται, nam stultum est in tali re iterare articulum nec quisquam τοὺς καλοὺς κάγαθούς umquam appellarit τοὺς καλοὺς καὶ τοὺς ἀγαθούς neque abesse poterit particula ἂν, cf. Elmsl. ad Eur. Med. 215. Quod Blaydesius recepit: ταῖσι γυναιξί πρὶν ἂν τοῖς αἰσχροῖς, primum non sensit quam parum numerose illi numeri decurrerent, quos digitis, non auribus dinumerare poteris, deinde non satis intelligitur hodie in

Britannia, quod ad vs. 51 vidimus, quando in Graeca li-
articulus iterari debeat, quando non debeat.

Sine cuiusquam offensione hucusque legitur vs. 743:
θαλλοὺς καθίση πλησίον, nec tamen poterimus inter reli-
domesticam supellectilem numerare τοὺς θαλλοὺς. Effert
ille Atheniensis τὴν καμπησίαν, ut est vs. 868, potuitque
dicere:

τοὺς κάδους καθίση πλησίον
καὶ τὸ τρίποδ' ἐξένεγκε καὶ τὴν λήκυθον.

Saepe κάδος pro κάδος per errorem scribitur; hic error non
peperit errorem. Senes dicuntur in Panathenaeis ramos ole-
nos gestasse, ad quam rem demonstrandam provocatur ad V
544. Sed jam Dobraeus vidit, eum morem nihil huc perti-
itaque suspicatus est scopas e vimine oleagino intelligendas
verum, ut cetera taceam, non effert secum senex vilissimam
farraginem ipseque suos jubet τὰ χυτρίδι' ἤδη καὶ τὸν ὄ-
ἀφιέναι. Praeterea scopae non e vimine oleagino fiunt, sed
palmarum foliis. Sine controversia verum est, uti dixi,
κάδους et mirabor qui mihi contradixerint.

Vs. 793 senex senem iubet nondum sua bona in com-
conferre, sed ἐπαναμένειν, ἔπειτα διατρίβειν ἔτι,

σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις,
ἢ πῦρ ἀπότροπον, ἢ διέξιεν γαλή,
παύσαιντ' ἂν ἐσφέροντες, ὤμβρόντητε σύ.

- Aut plurimum fallor aut postremus versiculus spurius est,
expuncto iam recte respondet alter:

χαρίεντα γοῦν πάθοιμ' ἂν, εἰ μὴ "χοιμ' ὄποι
ταῦτα καταθείην.

Cui alter:

μὴ γὰρ οὐ λάβοις ὄποι.

Quae verba si minus intelligis, nec certe hucusque intelli-
fuerunt, rescribere poteris: μὴ μὲν οὖν σύ γ' ἀπολάβῃς
Satis hoc apertum est.

Etiam Blaydesius sensit vitium latere vs. 881:

ἐγὼ δὲ καταπεπρασμένη ψιμουθίῳ

ἔσηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφισμένη
 ἀργός, μινυρομένη τι πρὸς ἐμαυτὴν μέλος,
 παίζουσ', ὅπως ἂν περιλάβοιμ' αὐτῶν τινὰ
 παριόντα,

sed quod cum aliis quibusdam viris doctis dubitanter correxit,
 frustra fuit, neque intellexit ipsum participium suspectum esse,
 emendatio certe ei non successit. Repone:

αἰτοῦσ', ὅπως ἂν περιλάβοιμ' αὐτῶν τινὰ
 παριόντα.

Facile apparet vs. 1053 perperam repetitum fuisse e vs. 1070.

In *Pluto* vs. 38:

ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν,
 propter vs. 50 fere malim: ἐν τῷ βίῳ.

Itidem leve vitium agnoscere mihi videor vs. 54:

ἦν δ' ἡμῖν φράση
 ὅσις ποτ' ἐστὶν οὕτοσι καὶ τοῦ χάριν
 καὶ τοῦ δεόμενος ἦλθε μετὰ νῶν ἐνθαδί,
 nam praestat, opinor, ἢ τοῦ δεόμενος.

Dualis numerus apud Aristophanem haud semel periit. Veluti
 vs. 72:

ἀλλ' ἦν πύθησθέ μ' ὅσις εἴμ', εὖ οἶδ' ὅτι
 κακόν τί μ' ἐργάσεσθε κοῦκ ἀφήσετεν,

offendor plurali numero inter duales numeros interposito et
 reponam πύθησθον et ἐργάσεσθον οὐδ' ἀφήσετεν. Deinde
 vs. 75: μέθεσθέ νῦν μου πρῶτον, malim: μέθεσθον οὖν
 μου πρῶτον, sicuti paulo supra Plutus recte dixerat: ὦ τᾶν,
 ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. Praeterea vs. 417 Φεύγετον rectius
 scribetur quam Φεύγετε, vs. 449 πεποιθότε quam πεποιθότες et
 vs. 458 νομίζετον quam νομίζετε. Scrupulum iniicere poterant
 Peniae verba vs. 430:

ἄλθεις; οὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον
 ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν,

sed ibi quoque haud inepte corrigi poterit: δεδρακότε ζητ.
τον et vide quid librarii designaverint vs. 485.

Non tulerunt interpretes imperfectum tempus vs. 219:

πολλοὶ δ' ἔσονται χᾶτεροι νῶν ξύμμαχοι

ἄλλοις δίκαιοις οὔσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα,

itaque sunt qui Cobetum sequantur et edant: οὐκ ἔς' ἄλφι.
Verum nunc non intelligitur unde ea corruptela oriri potuit
et incidi equidem in: ἄλλοις δίκαιοις οὔσιν ἄλφιτ' οὐ πάρα.

Ψυχρὸν βίον miror vs. 263:

ὁ δεσπότης γὰρ Φησιν ὑμᾶς ἠδέως ἄπνυτας

ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας.

Si hoc sine exemplo dictum est, debet fortasse proba
λυπροῦ βίου.

Carion Plutum describit vs. 266:

ῥυπῶντα, κυφόν, ἄθλιον, ῥυσόν, μαδῶντα, νωδόν.

οἶμαι δὲ νῆ τὸν οὐρανὸν καὶ ψωλὸν αὐτὸν εἶναι.

Hic fieri potest ut unus versiculus exciderit, nam in se
descriptione Carion non debuit omittere eum esse *caecum*,
magis offendit adiectivum *ψωλόν*, nam non est hoc senil
proprium vitium idque non fugit veteres interpretes apud In
nizium, qui nihil non tentant ut probabilem signification
extendant. Fuit adeo qui coniiceret poetam et in νν. νῆ
οὐρανὸν et in ν. ψωλὸν respexisse ad Judaeos, iam tum
varias regiones dispersos. Adeo verum est, nihil esse tam
surdum quin aliquando ab aliquo dictum sit. Equidem sed
quaesivi veram lectionem et suspicor κωφόν reponendum es
Est hoc si quid aliud *πρεσβυτικὸν κακόν*. Hoc certe planissi
constat, corporis vitium hic latere de eo genere quod non
oculos incurrat.

In Carionis verbis vs. 273 pronomen τοιοῦτον non habet
referatur:

πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον εἰς τὰ πάντα
ἡγεῖσθέ μ' εἶναι κοῦδὲν ἂν νομίζεθ' ὑγιᾶς εἰπεῖν.

Satis bene convenit πανοῦργον.

Vs. 308 st 315: ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι, quam interiectionem Bergkii Aristophani reddere voluit Acharn. 800, eam maiore cum evidentiā hic fortasse restituere poteris: ἔπεσθε μητρὶ χύρρε. Conferantur loci quos olim congressi ad Photium in voce συβηνεύς.

Vs. 460:

τί οὖν ἰδικοῦμεν τοῦτό σε;

paulo convenientius iudico: τοῦτό γε.

Gravus est quod peccatur vs. 482:

τὸ γὰρ αὐτ', ἐὰν ἤττ᾿ ἄσθε, καὶ σφῶ δεῖ παθεῖν.

Verba sunt Peniae ad Chremylum praesente Blepsidemo, sed plurale ἤττ᾿ ἄσθε sensu caret. Certum est nisi fallor remedium: ἐὰν ἤττ᾿ σὺ. Nunc recte inter se opponuntur pronomina σὺ et σφῶ.

Vs. 573:

οἰτὶ ζητεῖς τοῦτ' ἀναπειθεῖν ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἀμείνων
πενία πλούτου,

in tali sententia praestat, uti arbitror, neutrum ἀμείνων.

Vs. 771 prodit Plutus in scenam et ita loquitur:

καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον,

sed γε particula mire, ne dicam inepte, hic interposita est.

Praefero: προσκυνῶ ἄνω.

Vs. 779 Plutus ita pergit:

ἀλλ' αὐτὰ πάντα πάλιν ἀνασρέψας ἐγὼ

δείξω τὸ λοιπὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι

ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐπέδιδουν.

Hic est Bentleii adnotatio: „αὐτὰ hic otiosum est. Lego proinde ἀλλ' αὐτὰ πάντα. Notum αὖ πάλιν et πάλιν αὐτὸν” Persuasit Bentleius Hemsterhusio, reliquis quantum comperi non persuasit. Mihi quoque ea lectio haud satis commoda videtur et cogitavi de: ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα πάλιν ἀνασρέψας. Satis crebra ea locutio est. Plat. Symp. 294 A: αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν

ἀμαθία et plurali numero Protag. 310 E: ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα καὶ
 νῦν ἤκω παρὰ σέ, ἵνα ὑπὲρ ἐμοῦ διαλεχθῆς αὐτῶ.

Dindorfius et Meinekius ediderunt vs. 972:

ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι;

sed iam effici potest ex Hemsterhusii adnotatione, cum Scho-
 liasta verisimiliter reponendum esse: ἀλλ' οὖν λαχοῦσ' ἔπινες.

Mire languet vs. 1001:

ἄμμητα προσαπέπεμψεν ὑμῖν τουτονί,

ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε μηδέποτε μ' ἔλθειν ἔτι

καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπτων ὅτι

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Superflua nocent. Locus multo elegantius sic scribetur:

ἄμμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί,

ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε μηδέποτε μ' ἔλθειν, ὅτι

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Ad vs. 1012 operae pretium est conferre Elmsleii adnotatio-
 nem ad Eur. Med. 416.

Ad vs. 1095:

ὡς εὐτόνως, ᾧ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γράδιον

ὥσπερ λεπὰς τῷ μεираκίῳ προσίσχεται,

Kappeynius simpliciter adnotavit: „Pro εὐτόνως sunt qui malint
 ἐντόνως.” Cuiuscumque haec suspicio est, vera ea mihi vi-
 detur. Nihil misera vetula εὐτόνως facere poterit, cum ipsa sit
 iamdudum ἄτονος, sed quas solas vires reliquas habet, eas
 omnes intendit et ἐντόνως iuveni adhaeret. Recte legitur Xen.
 Hell. 2. 4. 23: ὅσοι μὲν ἐφοβοῦντο, ἐντόνως ἔλεγον ὡς οὐ χρεῖη
 καθυφίσσθαι. Recte quoque Eur. Cycl. 609: λήφεται τὸν τράχηλον
 ἐντόνως ὁ καρκίνος. Supersunt tamen multi loci, de quibus am-
 bigas utra forma praestet.

Amstelodami,

d. 23 m. Sept. 1882.

PLATONIS LEGUM LIBER SEXTUS.

Ex hoc libro graviora quaedam errata nuper sustuli; unum omnium maxime portentosum nunc proferam. 774 c: *περὶ δὲ προικὸς εἶρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰρήσθω δὲ πάλιν, ὡς ἴσα ἀντὶ ἴσων ἐστὶ τῷ μήτε λαμβάνοντι μήτ' ἐκδιδόντι διὰ χρημάτων ἀπορίαν γηράσκειν τοὺς πένητας.* Codd. recentiores pro *γηράσκειν* habent *διδάσκειν*. Pro τῷ in libris A et Ω τό repertum est. Quid auctor scripserit ex sequentibus facile conicias τὰ γὰρ ἀναγκαῖα ὑπάρχοντά ἐστι πᾶσι τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὕβρις δὲ ἦττον γυναιξὶ καὶ δουλεία — διὰ χρήματα τοῖς γήμασι γίγνουσι' ἄν. Scribe παντὶ τῷ et (ἐν) γυναιξί. De virginum nuptiis agitur, quae si dotem poscentibus nubant periculum est ne propterea insolentiores fiant; sin iis qui ultro pecuniam dant, ne tamquam dominis serviant. Quamobrem, inquit, ἴσα ἀντὶ ἴσων ἐστὶ τὸ τῷ μήτε λαμβάνοντι μήτε διδόντι — γήμασθαι τὰς πένητας. Ex hoc immani errore plurima conicere licet. Primum librum illum, unde nostri derivati sunt, cursivis, ut vocant, litteris exaratum fuisse. nam ni ita esset, μ et ρ confundi non potuissent; deinde compendiis abundasse, quae qui ita descripsit, ut in plenas litteras converteret, quid singula significarent prorsus ignorare non potuit. Itaque ut nonnihil huius hominis socordiae tribuamus, ipsarum siglarum obscuris et prope evanidis ductibus magna pars errorum imputanda erit. Sed vide modo quae ad hos errores defendendos explicandosque Astius et Stallbaumius in omnibus fere paginis excogitant! ita ut mador, quem omnium rerum parentem esse

accepimus, novam etiam Graecitatem peperisse videatur. Ipsas autem tineas blattasque et quidquid est lucifugarum bestiolarum suam habere grammaticam diceres, nostra illa vulgari longe subtiliorem. Quam quidem Iowetto ceterisque lucifugis relinquendam censeo; quod utinam soli has sordes depascerentur, neque academiae nostrae talibus convivoribus miseram iuventutem nutriendam committi. Sed quoniam multa in hoc libro supersunt quae satis probabiliter corrigi posse arbitror, ab initio cursum instituum, vel potius ante initium, hoc est a capite libri superioris extremo, ubi pro diversitate regionum diversas hominum indoles progenerari docet — ὡς οὐκ (leg. οὐν Gallice *après tout*) εἰσὶν ἄλλοι τινὲς διαφέροντες ἄλλων τόπων (leg. τόποι) πρὸς τὸ γεννᾶν ἀνθρώπους ἀμείνους καὶ χεῖρους —. Itaque nonnulli διὰ πνεύματα — καὶ δι' εἰλήσεις ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ καὶ ἐναίσιοι αὐτῶν (hoc est *aut feri aut miles* et frustra sollicitatum est) οἱ δὲ δι' ὕδατα, οἱ δὲ καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν, ἀναδίδουσαν τοῖς σώμασιν ἀμείνω καὶ χεῖρω κτέ. Quoniam non ἡ τροφή ἀναδίδωσι, sed ἡ γῆ τὴν τροφήν, lege οἱ δὲ δι' αὐτὴν τὴν γῆν τροφήν ἀναδίδουσαν κτέ. vides ΓΗΝ a praecedente ΤΗΝ absorptum esse, deinde ἐκ τῆς γῆς ex coniectura invectum. Mox pro διαφέροιεν ἂν τόποι χώρας, ἐν οἷς — lege δ. ἂν τόπων χωῖραι ἐν αἷς, et pro οἷς ὃ γε νοῦν ἔχων — ἄς ὃ γεν. ε.

751. a: δύο εἶδη cum propter asyndeton, tum quia quae commemorantur non sunt εἶδη, lege δύο δή, et pro ταῦτα τὰ. Δύο δὲ τὰ περὶ πολιτείας κόσμον γιγνόμενα τυγχάνει. Ibid. b: παντί που δήλον τὸ τοιοῦτον, ὅτι μεγάλου τῆς νομοθεσίας ἔντος ἔργου, τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχαῖς ἀνεπιτηδείους ἐπιση-σαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις, οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων οὐδ' ὅτι γέλως ἂν πάμπολυς ξυμβαίνοι, σχεδὸν δὲ βλάβαι καὶ λῶβαι κτέ. civitas, quae bonis legibus instructa est, sic simpliciter εὖ παρεσκευασμένη dici non potest. Neque ad civitatem pertinet, sed ad νομοθέτας, magistratus praeficere. In sequentibus et forma manca est et sententia; forma quia οὐ μόνον οὐδ' ὅτι nusquam invenitur, sententia quia illud οὐδὲν πλέον ad nullo enuntiationis partem pertinet. Pro ἔργου τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην, lege ἔργου, εἰ πρασκευασαίμεθα — et mox οὐ νόμων οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων, οὐχ ὅτι γέλως κτέ.

d. c: vult τοὺς μέλλοντας αἰρήσεσθαι τεθράφθαι τ' ἐν ἤθεσι εὖ πεπαιδευμένους, ut possint dignos creare, indignos ere. Vel minus attentos lectores lacunosam esse sententiam admonere posset coniunctio τε sine apodosi. Sed quis am fando audivit τεθράφθαι πεπαιδευμένους? vel ἤθη νόμων? i hunc ad modum hiatus suppleveris τεθράφθαι τ' ἐν (ἐπιτηδείοις, ὑπάρχειν θ' ὑπὸ) νόμων εὖ πεπαιδευμένους, lubitare quin iuvenes, quos tam bene ornasti, tibi suffraferant.

l. ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαι. Noli e φασὶ „subaudiendum esse” vel a προφάσεις esse absorpsed pro οὐ πάνυ, quod ineptum est, lege οὐ φασι. Mox : τὰ νῦν.

l. a: πλανώμενος γὰρ ἂν ἀπάντη τοιοῦτος ἂν ἄμορφος Φαί- Piget commenta interpretum referre. Si quis sine capite posset quum oculos non haberet περίοι ἂν seu πλανῶτ' ἀντη. Hoc igitur dicit: „si paterer ut oratio alio quovis ret neque huic, quam nuper proposui, dubitationi occurrer capite carere videretur.” Igitur dele (ὡς ἄμορφος) et lege μινος Δ' AN ἀπάντη τοιοῦτος (scil. ἀκέφαλος) ἂν φαίνοιτο. Ω γὰρ omittunt.

l. b: περὶ τί βλέπων κτέ. imo περὶ τί καὶ ποῖ βλέπων, et ege μηδὲν (ἂν) προσδέξασθαι. Singularem praetulit propter

l. κατὰ ταῦτα ὡσπερ τὰ περὶ σοῦ νῦν λεγόμενα. Haec intelligere se profitetur. corrupta esse patet, sed quid in teat indagare non potui, nisi fortasse hoc lectori placebit: οἷς ἄλλοις οἰκισαῖς οἷσπερ ταῦτα ταῦτα ἄπερ σοὶ νῦν λέγο- Mox lege ἐν ταῖς τῆς σφετέρως αὐτῶν ἡλικίας δυνάμεσι.

l. pro καταζευγνυμέναις πόλεσι, quod quid sibi velit ignoro, enter suspicor scriptum fuisse κτιζομέναις, sed quae se- ir nemo umquam intelliget, prius quam verba quae exci- alicunde recuperabit. In antiquissimis codicibus duo

puncta post οὐκ ἔστιν posita sunt, quod si recte factum est, Cliniae hoc responsum fuerit necesse est. Idcirco tale quid in Atheniensis sermone supplere oportet: οἵτινες δ' ἂν εἶεν πρὸ πασῶν τῶν ἀρχῶν γεγονότες (οὐκ ἔστι πάνυ ῥᾶδιον εὐρίσκειν) ΚΛ. οὐκ ἔστι. ΑΘ. Δεῖ μὴν κτέ.

754. *a*: qui ξνιαι supplevit in apographo suo πολλαί non legebat; nec mirum nam antiquum ac genuinum πολλαί iam diu interciderat. Lege πολλαί πολλάκις γεγόνασι.

Ibid. *c*: τὴν δὲ νέαν πόλιν αὐτὴν αὐτὴν πειραῖσθαι σώζειν τε καὶ εὐτυχεῖν. Non possunt verba isto modo coniungi nisi utrumque ad eandem scripturam pertineat. Lege εὐθύνειν. Mox hiare orationem intelliget quicumque attente legerit illa, ἔπειτα τῶν γραμμᾶτων — et quae sequuntur. Nempe quae de triginta et septem viris dicenda erant non absolvuntur et τὰ περὶ τῶν τιμημάτων capite carent.

755. *a*: en aliam lacunam! quam tamen sine nimia audacia implere possis: ἐξήκοντούτης δὲ ἐνεχθεῖς δέκα μόνον ἀρχέτω ἔτη καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὅπως ἂν τις πλέον (προβῆ· ὁ δ') ὑπερβὰς ἐβδομήκοντ' ἔτη μηκέτι — διανοηθήτω.

Ibid. *b*: Revoca ὑπηρέτας et pro οἶον καὶ lege εἰ καὶ „etsi nonnulli hos ταξιάρχους vocant malim eos κοσμητὰς τῶν τάξεων dici.”

Ibid. *d*: post δοκιμασθέντων supple δέ.

756. *a*: recte Astius αὐτοῖς pro αὐ τοῦτοις. ibid. lege ἰππάρχων δ' ἢ κατάσασις. ibid. *b*: pro μέτρον lege μετόν. v. Phileb. 22. *e*. et Legg. X. 900 *d*. Mox post δωδεκάδε:, ὡσεῖ supplendum puto: ὡσθ' ἐξήκοντα καὶ τρικλῆσιοι γίγνοιτ' ἂν — et prius ἐνενήκοντα, quod orationem turbat eiecerim, mutato τούτων in τοῦτον, nam τοῦτον τὸν ἀριθμὸν idem est quod ἐνενήκοντα.

757. *a*: ἐν ἴσκις τιμαῖς διαγορευόμενοι. Stobaeus διαγενόμενοι. Olim scriptum fuisse suspicor διαγόμενοι, quod ex δὴ ἀγόμενοι ortum fuerit, idque ex ἂν ἀγόμενοι.

7. a: pro οἰκεῖ, quod ineptum est, lege οἴκοι. Quemadmodum navis sic etiam civitas δεῖται φυλακῆς. διαγομένην emenon potui.

8. d: τοὺς δ' ἐξηγητὰς τρεῖς φερέτωσαν μὲν αἱ τέτταρες φυ-
τέτταρας] ἑκάσων (leg. ἐκάσων) ἐξ αὐτῶν, τρεῖς δ' οἷς ἂν
γένηται ψῆφος δοκιμάσαντας ἑνὴν πέμπειν εἰς Δελφοὺς
ἐξ ἐκάστης τριάδος ἓνα. Miror quemquam sibi persuadere
se τρεῖς hic cum τέτταρας capiendum, ut sit idem quod
Iubentur quatuor classes ter comitia habere. Et quo-
in singulis comitiis quatuor creantur, tres quaterniones
Tum ex unoquoque quaternione tres legere, vel quod ad
redit unum reicere debent et sic ter tres, sive novem
mittere.

9. e: τὸν δὲ γε λιπόντα προαιρείσθωσαν αἱ τέτταρες φυλαί,
ἐκλίπη. Praeferendum videtur τὸν δ' ἐλλείποντα προσ-
ῖωσαν et fortasse ὅθεν ἂν τις ἐκλίπη, hoc est cuiuscumque
classis fuerit is qui demortuus est.

10. b: οἷον ἀγρονόμους τε καὶ φυλάρχους τούτοις δ' ἕξω
ἕξασθαι τῆς αὐτῶν φυλῆς ἐκάσῳ (leg. ἐκάσων) δώδεκα τῶν
ἐκ τῶν νέων μὴ ἕλαττον ἢ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότας
λεῖον δὲ ἢ τριάκοντα. Ἐκ τῶν νέων retrahendum ut κατα-
ίξει statim excipiat. τῶν πέντε variam illam lectionem pro
τε redde margini. Hic insigne exemplum habemus sup-
anti quod ipsum ex duabus annotationibus inverso ordine
sum est. Deinde lege φρουράρχους [τούτοις δ'] εἰς τό —.

11. e: τῷ τρίτῳ δὲ ἄλλους ἀγρονόμους αἰρεῖσθαι καὶ φρουράρ-
τῶν πέντε τῶν δώδεκα ἐπιμελητῶν. Suspicio τ. π. τ. δ. ε.
glossema. Mox scribendum τῶν τόπων ἐκάσων τὴν ἐπιμέ-
Mox libri omnes perquam ridicule ἐν οἰκοδομήμασιν —
ας. leg. ἐνοικοδομήμασιν.

12. a: τῶν οἰκείων ἔργων αὐτῶν ἀργίας ἐκλεγομένους. imo:
κείων ἔργων ὄντ' ἐν ἀργίᾳ ἐκλεγομένους, ne opus in agris
impant.

Ibid. *b*: oratio sic composita est: τὰ τε πηγαῖα ὕδατα εὐπρεπέσφρα ποιῶσι — καὶ ἄφθονα τῆς ὑδρείας. quamobrem tollendum censeo νάματα πάντα et τε in τῆς mutandum. mox leg. εἴτετι.

Ibid. *c*: malim (καὶ) γεροντικά λουτρὰ [θερμὰ] παρέχοντας ὕλην παρατιθέναι — ἐπ' ὀνήσει καμνόντων, τὰ νόσοις καὶ πόνοις τετρυμένα γεωργικῶς σώματα κτέ.

Mox Winckelmannus δέξιν (pro δ' ἕξιν) invenit.

Ibid. *c*: „de minimis” ait „iudicanto quinqueviri soli, de maioribus simul cum duodecimviris.” Stolidum fuisse oportet qui post τῶν δώδεκα addidit τοὺς ἑπτακαίδεκα. Infra valde suspicor nescio quem lectorem οἶον βασιλέων in margine appossisse; idem de v.v. τοὺς ἀγρονόμους τούτους fidentius pronuntio.

763. *a*: ὡς οἶόνπερ οἰκέται οὐχ ἕξουσιν αὐτοῖς ἄλλους οἰκέτας. Quid? servorumne id proprium est ut ipsi servos habeant? lege οἴκοι.

Ibid. *c*: alias monui haec ita corrigenda esse: τοῦτ' οὖν αὐτῶ τούπιτήδευμα εἴτε τις κρυπτοῦς [εἴτε ἀγρονόμους] εἴθ' ὅτι καὶ ἄλλοι χαίρει, τοῦτο προσαγορεύων κτέ. praeterquam quod nondum animadverteram verba εἴτε ἀγρονόμους insiticia esse. nam quodcumque de verbo κρυπτοῦς statueris, fieri non potest ut ipsum ἐπιτήδευμα illorum ἀγρονόμων nomen habeat, qui inter centum alia huic quoque rei operam dare iubentur.

Ibid. *e*: οἷς τούτων ἐπιμελές. Lege οἷς τοῦτ' ἐπιμελές. et remiscere eorum, quae supra de compendiis dixi.

764. *c*: παιδείας μὲν βούλεται λέγειν ὁ νόμος γυμνασίων καὶ διδασκαλείων ἐπιμελητὰς κόσμου καὶ παιδεύσεως ἅμα καὶ τῆ περὶ ταῦτα ἐπιμελείας τῶν φοιτήσεών τε πέρι καὶ οἰκήσεων ἀρρέων καὶ θηλειῶν κορῶν. Hac indigesta mole verborum paen obrutus tandem evasi vidique fontem mali fuisse ἅμα καὶ pr ἔνεκα male lectum. Hinc factum est ut ἐπιμελείας inferretur ut esset sententia ἐπιμελητὰς ἐπιμελείας τῆς περὶ ταῦτα, περ

Φιτήσεων! Lege παιδείας — παιδεύσεως ἕνεκα τῆς περὶ ταῦτα, τῶν Φιτήσεών τε πέρι καὶ ἀσκήσεων κτέ.

764 e: πρῶτον δὴ περὶ τὴν τῶν χορῶν παιδιὰν παίδων τε καὶ ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν κορῶν ἐν ὀρχήσεσι καὶ τῇ τάξει τῇ ἀπάσῃ γιγνομένη μουσικῇ τοὺς ἄρχοντας αἰρεῖσθαι που χρεῶν Incunctanter corrigo γιγνομένην μουσικὴν (μουσικὸν) τ. ἀ, αἰ. π. χ.

765 a: lege εἰσαγωγεύς [τ'] εἶναι [καὶ] τοῖς ἀμιλλωμένοις τὴν διάκρισιν ἱκανῶς ἀποδιδούς. Qui διακρίνει h. e. discernit quinam ligni sint qui ad certamen introducantur, hoc ipsum faciendo εἰσαγωγέως munere fungitur. Hoc si intellexisset Astius, non ea scripsisset quae nunc leguntur ad verba ὁ λαχῶν — τῶν ἐφοκόμενων εἰς κρίσιν μονοφιδῶν τε καὶ ξυναυλιῶν ἀρχέτω, εἰς τοὺς κριτὰς ἀποδιδούς [ὁ λαχῶν τὴν κρίσιν]. His locis inter se comparatis patet τὸν μὲν εἰσαγωγέα τὴν διάκρισιν ἀποδιδόναι τοῖς ἀγωνιζέσθαι βουλομένοις, τοὺς δὲ κριτὰς περὶ τῶν ἡγωνισμένων τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι. Mox pro ἐπιζήμιοι, quod est *damposi*, lege ἐπιζήμια ἂν μὴ ἴωσιν.

766. a: bene Astius supplevit ἀγριώτατον (τῶν) ὅποσα Φύει γῆ.
Ibid. d: ἐτῶν γεγρονῶς μὴ ἐλαττόνων ἢ πεντήκοντα.

766. a: sine sensu nunc legitur: πρῶτον δὲ ἄρξασθαι χρεῶν τὸν μέλλοντα αὐτῶν ἐπιμελήσεσθαι καλῶς αἰρεθῆναι τῶν ἐν τῇ πόλει ὅς ἄριστος εἰς πάντα ἢ. τοῦτον — — καθισάντα κτέ. Αἰρεθῆναι quidem omnes mecum damnabunt, nisi qui ἄρξασθαι αἰρεθῆναι Graece dici posse credunt. Praeterea *creari* (αἰρεθῆναι) et *creare* (καθισάντα) in eundem hominem non cadunt. Sed et τὸν μέλλοντα αὐτῶν ἐπιμελήσεσθαι vehementer suspicor ab homine grammatico invecata esse. In his tantummodo Platonis manum agnosco: πρῶτον δ' ἄρξασθαι (scil. τὸν νομοθέτην) χρεῶν καλῶς, τῶν ἐν τῇ πόλει ὅς ἂν ἄριστος εἰς πάντ' ἢ, τοῦτον κατὰ δύναμιν ὅτι μάλιστα αὐτοῖς (scil. τοῖς νέοις) καθισάντα προσάτην καὶ ἐπιμελητήν. Mox scribe, κρύβδην τῶν νομοφυλάκων, ὄντιν' ἂν τῶν περὶ παιδείαν ἄρξαι γενόμενον (si creatus fuerit). Tum interpungendum, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀρχόντων, τῶν ἐλομένων ἀρχέτω, delete τῶν νομοφυλάκων, qui inter τοὺς ἐλομένους non aderant.

767. *d*: ἀπάρξασθαι minus recte explicavit Astius. Redde „optima quaeque decerpere.” Hoc enim faciunt qui primitias Dis ferunt. Mox pro αὐτὸν τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν legerim: κατὰ τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν.

768. *d*: ἡ δικῶν ἀκριβῆς νόμων θέσις ἅμα καὶ διαίρεσις. Pro νόμων, quod haud dubie vitiosum, sententia vix aliam lectionem pati videtur praeter (σύν)θεσις.

Ibid. τὸ δὲ ὄλον καὶ ἀκριβῆς περὶ ἐνός τε καὶ πάντων τῶν κατὰ πόλιν καὶ πολιτικὴν πᾶσαν διοικήσεων οὐκ ἔστι γενέσθαι σαφές. Lege διοίκησιν. — Pro ἀπολαβοῦσα malim ἐπαναλαβοῦσα: et mox μέχρι deleverim. — Pro τὴν ἀρχὴν νῦν τελευτῆ προσάψας malim τῆ δ' ἀρχῆ νῦν τελευτὴν προσάψας.

769. *a*: tota haec comparatio legum latoris cum pictore et erroribus et emblematis inquinata est. Quae omnia quam brevissime percurram. Dele καθάπερ cui nihil respondet. Pro ἀλλ' ἢ τοῦ χραίνειν, lege ἢ τοῦ χραίνειν. Insere (καὶ) οὐκ ἂν ποτε. Lege εἴ ποτέ τις ἐπινοήσει γράψαι τι ὡς κάλλιστον ζῶον καὶ τοῦτ' αὖ μὴδέποτε τι φαυλότερον ἀλλ' ἔτι βέλτιον σχεῖν τοῦ ἐπιόντος αἰεὶ χρόνου, ξυνοήσει ὅτι θνητὸς ὢν εἰ μὴ τινα καταλείψει διάδοχον τοῦ ἐπανορθοῦν τε, ἐάν τι σφάλληται [τὸ ζῶον ὑπὸ χρόνων] καὶ τὸ παραλειφθὲν ὑπὸ τῆς ἀσθeneίας τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τέχνην [οἶδός τε εἰς τὸ πρόσθεν ἔσαι] Φαιδρῶν ποιεῖν ἐπιδιδόναι. σμικρὸν τινα χρόνον αὐτῷ πόνος παραμνεῖ πάμπολυς. — Mox in *d*. insiticia mihi videntur τινὰ οὕτως ἄφρονα γεγονέναι νομοθέτην ὡς. — in *e* lege ἔργῳ ἢ καὶ λόγοις τινὰ τρόπον διδάξαι.

780. *b*: ὧν τίθεμεν τοὺς λόγους. Haec suppositicia esse duco.

Ibid. *c* dele ἂν — ibid. *d* pro εἴτε ἄρρην τις τῶν ξυνοικούντων οὔσα ἢ φύσις εἴτε θήλεια, lege εἴτε ἄρρην τίς τῶ ξυνοικοῦσα ἢ φύσις εἴη εἴτε θήλεια ἢ νέω ἢ γέροντι. — malim τελευτῶν δὲ καὶν ἀνάστατον (omisso πόλεως) — — ὑπομείνας — — προλείπει. Mox dele insulsum emblemata [ἐπαινεῖτε καί].

771. *d*: θυσιῶν περὶ ξυνόδους ἐπ' αὐτοῖς ποιώμεθα δύο τοῦ μῆνός. nova haec concilia de sacris faciendis, quae melius popis

relinquantur. Erat in vetusto codice ΠΕΡΙΟΔΟΥΣ, quod quum esset imperite discerptum corrector ut aliqua sensus species loco inesset pro ἰδοῦς ξυνόδους dedit: περίοδοι θυσῶν sunt sacra solemnna. — in *e* dele absurdum additamentum καὶ ἄ. nam nec ἄ nisi perquam rustice de filia nubili dixeris, neque τοῦ ἐκιδδόντος est de illa quam collocat videre, sed de genere cui filiam despondet.

772. *a*: μετὰ λόγου τε καὶ ἡλικίας τινός (lege τινός) ἐχούσης αἰκίας προφάσεις. Illud μετὰ λόγου nec concoquo nec sanare potui. γυμνοὺς καὶ γυμνὰς μέχρι περ αἰδοῦς σώφρονος ἐκάσων. cur σώφρονος addidit? quasi non omnis αἰδῶς esset σώφρων. Et cur ἐκάσων, de re quam omnibus communem esse decet? Quare conicio σωφροσύνης δ' ἐκάσων τούτων ἐπιμελητάς, καὶ πάντων κομητάς κτέ.

772. *d*: pro δόξεις lege δόξει. *ibid. e*: ὁπότε τις — κατὰ νοῦν ἐαυτῷ καὶ πρέποντα εἰς παίδων κοινωνίαν καὶ γένεσιν ἐξευρημέναι πιεῖται γαμείτω. κτέ. *imo*: πρεπόντως εἰς παίδων γένεσιν κοινωνῶν ἐξευρημέναι.

773. *c*: si abesset πορεύεσθαι post κοινωνίᾳ multo elegantior esset oratio. — *ibid. d*: ἐπάδοντα δὲ πείθειν πειρᾶσθαι τὴν τῶν παιδῶν ὀμαλότητα αὐτῶν αὐτοῖς τῆς τῶν γάμων ἰσότητος ἀπλήσου χρημάτων οὔσης περὶ πλείονος ἕκασον ποιεῖσθαι. Iam dixit inutile esse de liberis ultra quaerere, et nunc de genere universo, non de singulis quaestionibus, praecipit. Tum quid sibi volunt illa, τῶν γάμων ἰσότης ἀπλήσου χρημάτων? Qui quantum ipse habet tantum a sponsa sibi dari postulat, non est idcirco ἀπλήσου χρημάτων. Non sunt, opinor, confundendi qui propter ἀπλησίαν ditiores virginem praeferunt. Sed ipsam ἰσότητα vocari ἀπλησῶν quis sine risu audiat? Perspicuum est ipsorum concinnitatem ex oppositis bene temperatis oriundam, cum vulgari conditionis aequalitate conferri (vid. ad pag. 557). Quamobrem delendum censeo τῶν παιδῶν et pro ἀπλήσου legendum ἀπλής, quod si concesseris χρημάτων οὔσης facessere iubebis.

774. *c*: περὶ δὲ προικός κτέ. Hoc de loco supra disputavi.

775 a: lege μὴ πλείους ἢ πέντε. — ibid. c: ἀνώμαλα καὶ ἄπιστα καὶ οὐδὲν εὐθύπορον ἦθος. Qui ἄνιστα proposuit pro ἄπιστα Faehsius laudabilior certe quam Astius qui vocem defendit et explicat. Equidem haereo inter ἀριστερά (propter εὐθύπορον) et ἀσύστατα, quod per se praetulerim. — Ibid. e: ἀρχὴ γὰρ καὶ θεὸς ἐν ἀνθρώποις ἰδρυμένη — an καθάπερ θεός?

776. b. c: Lege (ΟΤΙ) ΟΤΚ ὀρθῶς, et dele τὰ λεγόμενα. — Ibid. d: ἐλάττω δὲ ἢ τε Ἑρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαρριανδυνῶν κτηαδουλώσεως ἔριν ἂν ἔχοι. Sic libri, neque Athenaeus meliora praebet. Sed haec ferri non posse quivis idoneus iudex fatebitur. Ἑρακλεωτῶν δουλεία ut Λακεδαιμονίων εἰλωτεία est servorum genus sed hi servi sunt ex Mariandynorum gente in servitutem redacta. Igitur legendum (ἐκ) τῆς τ. Μ. κ. — Supra praeferenda videtur ab Athenaeo oblata lectio ἀποβλέψαντες. Mox facessat δοῦλοι inter ἀδελφῶν et υἰέων positum. Etenim dominorum servorumque discrimen iam factum homines turbulenti servare nolunt. Praeterea dele importunum supplementum καὶ ἐλεύθερον. Opponuntur non δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, sed δοῦλοι καὶ δεσπότες. Bene autem Astius ἐθέλει pro ἐθέλειν. — ibid. c: malim τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων. τῶν (τε) περὶ τὴν Ἰταλίαν γενομένων παντοδαπῶν (sic Athenaeus) κλωπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα, πρὸς ἃ τις ἂν ἀποβλέψας διαπορήσειε κτέ. Saltem quid sit κλοπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα non intelligo. Infra necessaria voce caret oratio: πλέον δὲ ΤΟ αὐτῶν προτιμῶντας. Caetera minus fidenter propono: ἀσυμφάνους δὲ εἰς δύναμιν, τρέφειν θ' ὅτι μάλισ' αὐτοὺς ὀρθῶς. Hae certe sunt τῶ δύο μηχανά. — ibid. e: ὁ περὶ τὰ τῶν δούλων οὖν ἦθη καὶ πράξεις γιγνόμενός τις ἀμείαντος τοῦ τε ἀνοσίου πέρι καὶ ἀδίκου σπείρειν εἰς ἀρετῆς ἔκφυσιν ἰκανώτατος ἂν εἴη. Satis superque verborum pro περὶ τοὺς δούλους δίκαιος ὢν κτέ. Sed quo attentius haec lego magis opinio crescit Platonem longe alia dedisse, quae quum in libro vetustate corrupto legi non possent grammaticus ex laciniis aliquid consarcinavit. Quid si nos idem experiamur? Suspicio οὗτος εἰς τὰ τῶν δούλων ἦθη πράξεις ἀμείαντους τοῦ ἀνοσίου τ. καὶ ἀδίκου σπείρειν εἰς ἀρετῆς ἔκφυσιν ἰκανώτατος ἂν εἴη.

778. c: lege δικασήρια.

779. a: Φρουρεῖν τινὰς ἐν αὐτῇ. Non intelligo ἐν τοῖς ἀγροῖς
 acubias agere debent — ibid. dele χρῆ post οἰκοδομίας et tolle
 punctum post εὐέρκειαν. — ibid. d. post οἰκοδομήματα insere
 ἠποδόμηται. — ibid. e: lege γίγνοιτ' ἄν, τὸ μετὰ τοῦτο δὲ τίνα
 τρόπον κτέ. Tum dele interrogandi signum post ἔσομένη.

780. a: misere corruptum locum sic fere corrigendum puto
 [τὰ δημόσια καὶ κοινὰ] προστάττοντας (sic bene Fachsius) ὅσον
 ἀπάγη, τῶν δ' ἰδίων οἶεται δεῖν ἐξουσίαν ἐκάστοις (ἐκάστην) ἡμέραν
 — ἂν (τις) [ἰδεῖν] — αὐτοὺς δρᾶν οὐκ ὀρθῶς διανοεῖται. ΔΡΑΝ
 male lectum est quasi esset ΔΙΑΝ, itaque ζῆν invectum est. —
 ibid. e: alias monui pro πέρι legendum esse πείρα. οὐ δὲ καὶ
 νῦν ἐφέστηκε πείρα, τὸ λεγόμενον.

781. b: pro ἀκοσμήτως lege ἀκόσμητον. — ibid. c. tolle em-
 blema δεδωγμένα κατὰ πόλιν εἶναι, et lege πόθεν δὴ τις γ' ἔργω
 [μὴ] καταγελᾷ ἐπιχειρήσει. Tum pro θεωρεῖσθαι necessario re-
 ponendum ποιεῖσθαι. Infra lege εἰ δὲ δεκεῖ et μὴ ἀτελεῖ, quae
 est Fachsii et Astii coniectura pro ἀτυχεῖ; mox ὅσ' ἀγαθὸν ἐστὶ
 pro ὡς, et in Cliniae responso θαυμασῶς (ὡς).

782. a: lege ἢ μῆκος τι [τῆς ἀρχῆς] ἀφ' οὗ γέγονεν ἀμήχαν-
 ον [ἂν χρόνον] ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Quae sequuntur iam attuli,
 et quod potui emendavi. Τί οὖν; πόλεων συσάσεις καὶ φθορὰς
 καὶ παντοίας τάξεις τε καὶ ἀταξίας βιώσεως, καὶ πωμάτων θ'
 ἄμικ καὶ βρωμάτων ἐπιτηδεύματα. Mox pro αὐτῶν lege αὐτά:
 „ipsa animalia, haud minus quam eorum cibus.”

Ibid. c: τὸ δὲ μὴν θύειν ἀνθρώπους ἀλλήλους κτέ. Lege τὸ γε
 μὴν. Et mox pro ἐτολμῶμεν, ἐτόλμων.

783. a: iam indicavi δεύτατος dittographiam esse vocum δε-
 ύτατος et legi oportere διαπυρώτατος δὲ — μανικούς. Deinde
 pro σβεννύτων quod exhibent A et Ω, lege σβεννύναι αὐτῶν.
 Astius ante σβεννύναι subintelligit ὥστε vel πρὸς τό, quod non
 est ferendum. Pendet a δεῖ πειρᾶσθαι.

Ibid. d: lege ἠνίκα δ' ἀφιξόμεθα — προσμῖξαντες αὐταῖς ἐγ-

γύθεν ἴσως μᾶλλον κατοψόμεθα. Post ἀνομοθέτητα insere εἰ et dele καὶ ante ὄπερ.

784. a: τρίτου μέρους [ῶρας]. Iam monui, unde vocem natam esse suspicarer. Sed in proximis πρὸς τὰ τεταγμένα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς γάμοις θυσιῶν τε καὶ ἱερῶν γενομένων, nullo alio modo me expedire possum quam μετὰ ante θυσιῶν inserendo.

Postquam haec scripsi librum percurri, ut si quid forte omissem nunc demum corrigerem. Et multa sane repperi quae correctoris indigerent, quibus tamen ipse impar sum. In paucis fortasse si non verum at partem veri videor mihi vidisse.

777. ὁ: τὴν μὲν ἑτέραν (scil. τὴν ἰσότητα τὴν ὑποδεεσέραν) εἰς τὰς τιμὰς πᾶσα πόλις ἰκανὴ παραγαγεῖν. Haec non intelligo; melius intelligerem si esset παρασχεῖν et περὶ τὰς τιμὰς. Mox dele ἑκατέροις et τό ante δίκαιον. Quae sequuntur nuperrime attigi, sed locum attentius relegenti quae prius scripsi non omni ex parte placent. Hodie ad hunc modum orationem refigam: καὶ τούτου τοῖς παρανόμοισι ποτε προσχρήσασθαι — κατέ τι μέρος. Μέρος γὰρ τὸ ἐπιεικὲς — ἔσι (τι) παρατεβραυμένον — et pro καὶ τότε, ἑκάστοτε.

769. a: non puto pictorem cupere Φανερώτερα γίγνεσθαι τὰ γεγραμμένα, sed Φανότερα.

774. d: καὶ ὁ μὲν πειθόμενος ἐν τῶν καλῶν δρῶν τοῦτ' ἄν. Quis umquam tam perversum verborum ordinem vidit? Sed et sententia manca est. Lege ἐν τῶν καλῶν δρῶν τοῦτ' ἄν δρῶν.

Haec habui quae de libro sexto scriberem.

SYDNEY.

C. BADHAM.

PARALIPOMENA THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Absoluta nuperrime editione Thucydidis, quam curavi ὡς *δυναμην, οὐχ ὡς ἐβουλόμην*, paucas Mnemosynae tradam observatiunculas e repetita lectione mihi subnatas, quae supplementum sunt ad *Addenda et corrigenda* inserta volumini quinto.

I, 7 extr. Coniectura mea *ἔφθειρον* pro *ἔφερον* assensum tulit viri doctissimi Philippi in Mus. Rhen. 1881, p. 245.

I, 8, 3 *οἱ τε δυνατώτεροι περιουσίας ἔχοντες προσεποιούντο ὑπηκόους τὰς ἐλάσσους πόλεις*. Verbum *προσποιεῖσθαι* usurpari solet de sociis atque amicis, quos nobis conciliamus, non de populis subiugandis. Sigla qua exarari solet praepositio *πρός*, ut saepe, errore nata videtur et scribendum esse *ἐποιοῦντο*, ut legitur v. c. I, 13, 6 de Polycrate: *ναυτικῶ ἰσχύων ἄλλας τε τῶν νήσων ὑπηκόους ἐποίησατο κτέ.*

I, 13, 4 *ἔτη δὲ μάλινα καὶ ταύτη ἐξήκοντα καὶ διακόσια ἐσι μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου*. In *Studiis Thucydideis* p. 5 scribebam: „Offensione non caret καὶ ante ταύτη. quia in praegressis „non de eodem sed diverso annorum numero fit mentio. Hinc „vide annon rectius vocabula καὶ ταύτη [nam etiam ταύτη com- „mode aberit] omittant boni codices.” Insuper expectes hunc verborum ordinem *ἔτη δ' ἐσι μάλινα*, ut est in praegressis, et mox I, 18, 1, *ἔτη γὰρ ἐσι μάλινα τετρακόσια καὶ ὀλίγη πλείω ἐς τὴν τελευταίην τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῆ*

αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. Nisi forte putas loco, quem nunc trahimus, propter praegressa variandae orationis causa scriptor de industria usitatioem structuram mutasse.

I, 22, 4 καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀπὸ πέπερον Φανεῖται, ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν [τε] γενομένων τὸ σφῆς σκοπεῖν, [καὶ τῶν] μελλόντων ποτὲ αὐθις κατὰ τὰνθρώπειοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτῶν ἀρκούντως ἔξει. Sic tantum, deletis voculis τὲ et καὶ τῶν positis virgulis post σκοπεῖν et ἔσεσθαι, locus impeditissimus obscurissimus clarus evadit et facilis. Offendit iam Kruegerum sed dubito num verum viderit expungens verba ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά, quae nemo erat additurus. Nisi fallor, vocula TE dittographia nata e sequenti syllaba ΓΕ causa fuit. cur in loco non amplius intellecto corrector aliquis de suo adderet καὶ τὰ ut vocabula τῶν τε γενομένων haberent, quod sibi responderet Sententia sic cohaeret, ὅσοι — σκοπεῖν, (τούτους) ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ ἀρκούντως ἔξει, ἐπεὶ μέλλει ποτὲ αὐθις κατὰ τὰνθρώπειοιούτων καὶ παραπλησία ἔσεσθαι. Potuerat etiam sic scriber ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφῆς σκοπεῖν, καὶ μελλόντων ποτὲ αὐθις κατὰ τὰνθρώπειον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφελῆσθαι ἐς τὸ κρίνειν αὐτά, ἀρκούντως ἔξει sed prior ratio lenitate magis commendatur.

I, 30, 2 ἐκράτουν τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία [οἱ Κερκυραῖοι] Deleatur putidum emblema, subiectum enim paullo ante § nominatum est, nec de aliis quam de Corcyraeis lector ul modo cogitare potest.

II, 19, 1 ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικὴν [ἡγεῖτο — βασιλεὺς καὶ καθεζόμενοι] ἔτεμνον πρῶτον μὲν Ἐλευσίνα κτέ. Corruptum oportuit καὶ ἐγ καθεζόμενοι, aut lenius per crasin καὶ γκαθεζόμενοι κτέ., ut recte scribitur III, 1 et IV, 2, 1, et sic aliter constanter.

II, 67, 2 πείθουσι τὸν Σάδοκον τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον Σιτάλκου υἱόν. Rectissime Cobetus proscripsit verum τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον ut petita ex II, 29, sed eadem littera simul delenda sunt verba Σιτάλκου υἱόν. Nempe ipso articulo Thucydides indicat hominem lectoribus suis satis cognitum esse.

II, 97, 3 τετρακοσίων ταλάντων ἀργυρίου μάλιξ δύναμις [χρυσὸς καὶ ἄργυρος εἶη]. Optimo iure ultima verba damnata

Dobree. Adscriptis olim nescio quis propter sequentia: καὶ δῶρα οὐκ ἐλάσσω τούτων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου προσεφέρετο, enim vellet significare ἀργυρίου non de solo argento accipiendum sibi videri. Thucydidis ea verba non esse ipse sermo declarat.

III, 1 extr. ἐμμεΐναντες δὲ χρόνον οὐ εἶχον τὰ σιτία ἀνεχώρησαν. Requiro χρόνον ὅτου, ut recte legitur II, 32, 2, quod Kruegero iam video placuisse.

III, 56, 2 πόλιν γὰρ αὐτοῦς (Thebanos) τὴν ἡμετέραν καταλαμβάνοντες ἐν σπονδαῖς καὶ προσέτι ἱερομηνία ὀρθῶς ἐτιμωρήσαμεθα. Non negant Thebani infra 65, 1 dicentes πικρανόμενος γὰρ ἔλθεῖν ἡμᾶς ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνία ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν. Permirum igitur est scriptorem tam diligentem de ea re ne verbo quidem monuisse initio libri secundi, ubi accuratissime narrat Plataeae occupationem a Thebanis Non magis tamen illic memoravit Plataeenses μεταλαβεῖν πολιτείας Atheniensium, ut dicunt ipsi Plataeenses III. 55, 3, consentientibus Thebanis III, 63, 2.

III, 22, 8 Φρυκτοὶ τε ἤροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμοιο· πικρανίαν δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους [Φρυκτοῦς] πολλοὺς πρότερον παρεσκευασμένους ἐς αὐτὸ τοῦτο. Vox seclusa melius aberit.

III, 79, 2 οἱ δ' ἐπὶ μὲν πόλιν οὐκ ἐτόλμησαν πλεῦσι [κρατοῦντες τῇ ναυμαχίᾳ]. Cum Kruegero suspecta habeo verba, quae saepe uncinis. Ipse scriptor saltem clarius dedisset καίπερ κρατοῦντες τῇ ναυμαχίᾳ. Sed verba plane supervacua lector addidisse videtur propter κρατοῦντες in capitis initio.

III, 104, 3. Quod dixi in nota, fortasse non iniuria God. Hermannum quae leguntur inde a δημοῖ usque ad Δήλῳ in § 6 Thucydidis abiudicasse. non reputabam verba ἃ ἐστὶν ἐκ προοιμίου Ἀπύλλωνος testari huius partis antiquitatem. Serus grammaticus dedisset ἃ ἐστὶν ἐν ὕμνῳ Ἀπόλλωνος, vel potius εἰς Ἀπόλλωνα.

IV, 25, 3, Requiro ἐπὶ δὲ [τὴν] Πελοπίδα τῆς Μεσσηνίας, i. e. agrī Messanīi, pro Μεσσηνίας, quod est urbis nomen, cuius promontorium Peloris dici nequit.

IV, 44, 3 οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς οὐκέτι αὐτοῖς ἐπῆσαν ἐς μάχην. Dicit solet ἰέναι ἐς μάχην τινί, aut ἐπιέναι τινί (s. πρὸς τινι; sed ἐπιέναι ἐς μάχην τινί multum vereor ut Graecum sit.

Quare aut ἦσαν corrigendum, aut, quod me iudice probabilius, ἐς μάχην expungendum esse videtur. Mox § 4 κοινορτὸν δ' ὡς εἶδον καὶ ὡς ἔγνωσαν (sc. τὴν μάχην) ἐβοήθουν εὐθύς alterum ὡς abesse malim. Non enim iterari solet coniunctio, nisi ubi modus variatur.

IV, 117, 2 locus est graviter corruptus, quem emendare non queo.

IV, 126, 4 διδασχὴ ἀληθῆς προγενομένη περὶ αὐτῶν ἐθάρσυνε μᾶλλον τοὺς ἀμυνομένους. Corrigatur ἀμυνομένους cum Kruegero.

IV, 127, 2 extr. καὶ προσιόντος [αὐτοῦ] ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ κυκλοῦνται ὡς ἀποληψόμενοι. Expungatur pronomen, medicina saepius factitanda.

IV, 128, 2 οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἐφοβήθησαν, τῆς τροπῆς αὐτοῖς ἐνταῦθα γενομένης σφῶν ἀπὸ τοῦ μετεώρου. Alterum pronomen admodum mihi suspectum est. Nisi fallor, Thucydides more suo proleptice scripserat τῶν ἀπὸ τοῦ μετεώρου (i. e. τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, ut paullo ante dixit). Ad τῶν cum librarii errore adhaesisset sigma praegressi participii γενομένης itaque legeretur CTΩΝ, nescio quis rem praeclare gerere sibi visus est corrigens scilicet CΦΩΝ, quod hodie ab interpretibus ingeniosius quam prudentius explicari assolet.

IV, 131, 3 καὶ [αὐτῶν] οὐ πολὺ ὕπερον, ἤδη ἐν ἔργῳ ὄντων, οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐν τῇ Μένδῃ πολιορκούμενοι ἐπίκουροι βιασάμενοι παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν Φυλακὴν νυκτὸς ἀφικνοῦνται (hinc obiter quaeso corrigas calami lapsum ἀφικοντο in adnot. mea ad h. l.). Deleto pronomine, facile apparebit vocabula οὐ πολὺ ὕπερον non coniungenda esse cum participio ὄντων, sed cum sequentibus βιασάμενοι — ἀφικνοῦνται. Hic igitur manifestum tenemus interpolatorem, et intellegimus qui factum sit ut pronominis, ad participiorum genetivos absolutos cogitandi, ellipsis toties sit oblitterata.

IV. 133 init. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει. Operarum errore et mea negligentia editio mea caret necessario pronomine.

IV, 135. Scribendum nunc credo: μέχρι μὲν τοῦ (cum Kruegero pro τούτου) ἔλαθε· τοῦ γὰρ κώδωνος προσενεχθέντος, <ἐν τῷ> οὕτως (pro οὕτως) ἐς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν παραδόντα αὐτόν,

ἢ πρόσθεσις ἐγένετο. *Nam cum praeteriisset tintinnabulum, interea ad erulium custodiibus vacuum, priusquam is qui alteri (tintinnabulum) traditurus erul redierat, scalae admotuae sunt.*

V, 9, 3 τούς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω κατὰ φρονήσει τε ἡμῶν καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην, ἀναβῆναι τε πρὸς τὸ χωρίον καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν τετραμμένους ὀλιγωρεῖν. *Intellegere propter θεάν τετραμμένους, quod procul dubio substituendum. Similiter Cobet I, 15, 2 pro κατ' ἀλλήλους — ἐπολέμουν rectissime requirit πρὸς ἀλλήλους.*

V, 20 init. Αὐται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο — αὐτὸδεκα ἐτῶν διελόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἢ ἐσβολῇ ἢ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ ἢ ἀρχὴν τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο. *Incredibile dici potuisse ἢ ὡς pro ἐξ οὗ. Facilius ferrem non additum ἢ ut scribitur. IV, 90, 3 ἡμέρα δὲ ἀρξάμενοι τρίτῃ ὡς οἴκοθεν ὄρμησαν, ubi ὡς similiter usurpatum est atque ὅτε I, 13, 2 ἐτη δ' ἐσι μάλις τριακόσια ἐς τῆς τελευτῆν τοῦδε τοῦ πολέμου, ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίους ἦλθε, quo sensu alibi ἐπειδὴ vel ἀφ' οὗ vel ἐξ οὗ usurpantur.*

V, 72, 4 καὶ ταύτῃ μὲν ἠσπῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, τῷ δ' ἄλλω στρατοπέδῳ, καὶ μάλις τῷ μέσῳ ἢ περὶ ὁ βασιλεὺς [Ἄγις] ἦν κτέ. *Nomine proprio melius carebimus.*

V, 90 πείσονται me invito remansit in textu pro optima deteriorum librorum lectione πείσαντα.

VI, 3, 1. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδῆς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ Νάξου ᾤκισαν καὶ Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμοῦ, ὅσ[τις] νῦν ἔξω τῆς πόλεως ἐσιν. *Voculae τίς quam expunxi, ratio reddi poterit, si legimus ὅς ἐστι νῦν ἔξω τῆς πόλεως ἐσιν, ut Thucydides dixerit illam aram adhuc exstitisse et quidem extra urbem.*

VI, 4 extr. καὶ πόλιν αὐτὸς ξυμμείκτων ἀνθρώπων οἰκίσας Μεσσηνίαν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τὰρχαῖον πατρίδος αὐτὸ (αὐτὴν?) ἀνέμασεν. *An recte habet τὰρχαῖον dictum pro κατὰ τὰρχαῖον, ut est II, 16 ἐκ τῆς κατὰ τὰρχαῖον πολιτείας? Locum vix satis tuetur locutio τὰ πρότερα I, 2, 1 et IV, 115, 5. Potius comparaverim VI, 69, 3, ubi legimus; οἱ δ' ἐχώρουν, Συρακόσιοι μὲν περὶ τὴν πατρίδος μαχχόμενοι καὶ τῆς ἰδίας ἑκάστος τὸ μὲν ζυτίκα σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας, κτέ.*

VI, 11, 2. Σικελιωῦται δὲ μοι (οὐ) δοκοῦσιν, ὡς γε νῦν ἔχουσι,

καὶ ἔτι ἂν ἦσσαν δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι, ὅπερ οἱ Ἑγεφαῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσιν. Recte addidi negationem, sed praeterea nescio an opus sit hac transpositione: Σικελιῶται δέ μοι οὐ δοκοῦσιν, ὡς γε νῦν ἔχουσι, δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, καὶ ἔτι ἂν ἦσσαν, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι. Suppleverat aliquis, ni fallor, post ἦσσαν verba δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, quo facto alius eadem verba, suo loco scripta, ne bis legerentur, delevit.

VI, 12, 1 ὡς καὶ χρήμασιν καὶ τοῖς σώμασιν ἠύξησθαι. Annotat Classen „τοῖς σώμασιν durch den Artikel als das „Wichtigste hervorgehoben, was cap. 26, 2 durch ἐς ἡλικίας „πλήθος ἐπιγεγενημένης näher ausgeführt ist.“ Credat qui poterit; mihi τῶς delendum videtur.

VI, 17, 2 ὄχλοις τε γὰρ ξυμμίκτοις (l. ξυμμείκτοις) πολυανδροῦσιν αἱ πόλεις καὶ ῥαδίας ἔχουσι τῶν πολιτειῶν τὰς μεταβολὰς καὶ ἐπιδοχὰς. Sententia postulat ut scribamus καὶ <τῶν πολιτῶν τὰς> ἐπιδοχὰς. Kruegeri editionem inspiciens video iam hunc de inserendo πολιτῶν cogitasse.

VI, 31, 6 καὶ ὁ σόλος οὐχ ἦσσαν τόλμης τε θάμβει καὶ ὄψεως λαμπρότητι περιβόητος ἐγένετο ἢ στρατιᾶς πρὸς οὓς ἐπῆσαν ὑπερβολῆ.

Classen „πρὸς οὓς d. i. τούτων (von ὑπερβολῆ abhängig) πρὸς „οὓς; durch die Ueberlegenheit des Heeres über die Feinde.“ Fallitur. Ἵπερβολή numquam significat *Ueberlegenheit*, sed usurpari solet de ingenti magnitudine aut multitudine. Vertendum: *quam ob singularem exercitus magnitudinem, ratione habita eorum adversus quos tendebant* prorsus ut loco quem ipse affert II, 65, 11 ἡμαρτήθη καὶ ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς, ὃς οὐ τοσοῦτον γνώμης ἀμάρτημα ἦν πρὸς οὓς ἐπῆσαν, ὅσον κτέ. Utrobique πρὸς οὓς positum est pro πρὸς τὰς πρὸς οὓς. Cf. I, 69, 2. 85, 5.

VI, 47 extr. recipienda videtur quam attuli Badhami emendatio.

VI, 49, 2. In nota καὶν pro καὶν et σφῶς pro σφᾶς corrigentis oculos fefellerunt.

VI, 69, 1. Virgulam operarum errore positam post μάχην transpone post ἄλλαις.

VI, 72, 3. Nunc unice veram esse arbitror Stephani emendationem scribentis ἰδιώτας, ὡς εἰπεῖν, χειροτέχναις pro

χειροτέχνας. Imponere mihi non debuerat Badhami disputatio.

VI, 73, 2 καὶ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ [ἐς τὴν] Λακεδαιμόνα πρέσβεις ἀπέστειλαν (Syracusani). Delendae fuerant duae voculae errore repetitae, quae ita demum recte additae forent, si duae diversae legationes ad utramque urbem mitterentur. Sed contrarium apparet ex loco 88, 7 sq. Cf. VII, 7. 3. Obiter quaeso in vicinia deleas virgulam, quam typhotheta in editione mea posuit post ποιῆσθαι et eadem opera quae cap. 84 init. legitur post Συρακοσίοις.

VI, 91, 4 l. τοὺς μὴ θέλοντας pro τοὺς μὴ θέλοντας. Ibidem § 6 διαπεπειρᾶσθαι fortasse non fuerat sollicitandum. Certe non latet δὴ πεπειρᾶσθαι.

VI, 103 extr. Corrigendum Ἡρακλείδαν pro Ἡρακλείδην et VII, 1 Ἐρασινίδας pro Ἐρασινίδης et VII, 62, 1 Δερκυλίδα pro Δερκυλίδου et ad eandem normam corrigatur, si quid horum simile a me neglectum est.

VII, 27, 5. Recipienda fuerat lectio ἀπωλώλει pro ἀπολώλει et VIII, 96, 2 corrigendum fuerat ἀπωλωλέεσαν.

VII, 81, 3. Scribendum fuerat cum Dodwello μετὰ τὴν ἐπὶ (pro ἐκ) τῆς Λακωνικῆς τείχεσιν, quod in libris quibusdam legi ait Kruegerus.

VII, 53, 4. Nunc scribendum suspicor: ἀντεμυχανήσαντό τε σβηστήρια κωλύματα τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὀγκάδα, deleta copula, quae vulgo legitur post κωλύματα.

VII, 69, 3. De negatione iniuria inserta Cf. *Add. et corr.*

VII, 75 init. Μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐδόκει τῷ Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένει ἰκανῶς παρεσκευάσθαι, [καὶ] ἡ ἀνάστασις ἤδη τοῦ στρατεύματος τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς ναυμαχίας ἐγένετο. Melius aberit copula. Locorum certe quos confert Kruegerus. (II, 93. 3. IV, 8, 7. VII, 49, 1. 60, 3. VIII, 1, 5. 8. 3. 27, 5) alia ratio est, nec multum huic loco est in illis praesidii. II, 93 ὡς δ' ἐδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθὺς. IV, 8 ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν νῆσον τοὺς ὀπλίτας. VII, 43 ὡς ἐπενόει, καὶ τὴν ἐπιχειρήσειν τῶν Ἐπιπολῶν ἐποιεῖτο. 60, καὶ οἱ μὲν, ὡς ἐδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν. VIII, 1 καὶ ὡς ἐδοξεν αὐτοῖς καὶ ἐποίησαν ταῦτα. 8 ὡς δ' ἐδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκρόμισαν εὐθὺς μίαν καὶ εἴκοσι ναῦς. 27 ὡς δ' ἐπεισε, καὶ ἔδρασε

ταῦτα. Vides semper in talibus praecedere ὡς, *ut*, non ἐπειδή, *postquam*, et sententiae praegressae aliam esse rationem.

VII, 78, 4 si recte restitui *σαδίους* pro *σαδία*, etiam paullo post scribendum erit ἐπὶ πολλοὺς *σαδίους* pro ἐπὶ πολλὰ *σαδία*. Vix autem et ne vix quidem mihi persuadeo scriptorem, qui sexcenties utatur genere masculino, in hoc uno capite ab eo more descivisse. Quanto est verisimilius librariorum notioem sibi formam bis antiquitus (cognovit enim hanc scripturam Aelius Dionysius) pro altera substituisse.

VII, 86, 3 *ξυνέβρινε δὲ τὸν μὲν πολεμιώτατον αὐτοῖς εἶναι Δημοσθένη, διὰ τὰ ἐν τῇ νήσῳ καὶ Πύλῳ, τὸν δὲ διὰ ταῦτα ἐπιτηδειώτατον*. In re Thucydidis lectoribus notissima nomine proprio facile careremus.

VIII, 71, 1. Si verum est Thucydidem constanter usum esse duplici Σ pro duplici Τ, parci non debuerat scripturae *ταράττεσθαι*. Sed dubitationi obnoxiam esse hanc veterum grammaticorum doctrinam monui in libello qui inscribitur *Lapidum de dial. Att. testim.* pag. 67.

VIII, 86, 8 *αὐτὸς δ' ἀποκρινάμενος αὐτοῖς ἀπέπεμπεν*. Cobet fortasse haud iniuria huiusmodi locis requirit accusativum αὐτούς.

VIII, 93, 1. *Τῆ δ' ὑπεραίρα οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὁμῶς καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο*. Similem locum apud nostrum me legere non memini. Sed cf. Soph. O. C. 755:

ὑφ' ὧν ἐγὼ

ταχθεὶς τάδ' ἔρδω καὶ τύραννος ὧν ὁμῶς.

Herod. V, 63 *πέμπουσι* (Lacedaemonii) *Ἀγχιμόλιον* — *ὄν στρατῷ ἐξελῶντα Πεισιπρατίδας ἐξ Ἀθηνῶν, ὁμῶς καὶ ξείνοισφίσι ἐόντας τὰ μάλισα*. Id. VII, 165 *λέγεται δὲ καὶ τῶνδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, ὡς ὁμῶς καὶ μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων ἐβοήθησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι κτέ.*

Nuperrime I. C. Vollgraff. vir mihi amicissimus, in hac *Alnemossyne* egit de quinque locis Thucydidicis. Qui quod I, 5 transponendum censuit *δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἡπειρωτῶν τινες, οἷς ἔτι καὶ νῦν κόσμος κκλῶς τοῦτο δρᾶν*, non reputavit vulgatum verborum ordinem recte sic posse explicari, *cuius rei etiam hodie documenta sunt nonnulli eorum qui continentem incolunt, quibus decori est scite hoc*

re. Expungens autem *καλῶς* idem fecit quod primo impetu pœe facere volebam, sed retinuit me cogitatio nullum satis babilem hic quidem causam excogitari posse, cur aliquis id adverbium de suo adscriberet. Quid enim erat cur lector uae Thucydides de latronibus (praedonibus) scripserat ex nimi sententia approbaret? Scripserat Thucydides gentibus is rem decoram videri, praedationibus mare infestare, si Vollaffium audis; perite eo negotio fungi, si reliquos interpretes ones. Num erat lector ille ipse pirata, ut ex animi sententia m rem approbaret? Neglexit autem vir doctissimus monere, ut *καλῶς* istud additum ferri vix possit, quare ipse dicam. empe Thucydides, demonstraturus *ὅτι οὐκ ἔσχε πω* (antiquis mporibus) *αἰσχύνην τοῦτο τὸ ἔργον* (sc. praedationem maritimam), duplici utitur argumento, testimonio Homeri et aequam quarundam gentium more. Frangitur vero secundi argumenti (quod ipse priore loco posuit) vis, si addito *καλῶς* riptor dixit, non ipsum opus, sed tantummodo scitam eius csecutionem gentibus istis decoram videri. Haec igitur causa at cur olim de authentia vocabuli dubitarem et hodie dubium, sed probabilem causam cur aliena manu adderetur desiderans, in editione mea nihil novavi. Nuper vero, cum viderem Vollgraffio quoque vocabulum suspectum esse, coepi denuo inquirere qui fieri potuerit, ut textui se insinuaret, et subnata mihi est suspicio locutionem *κόσμος (ἔσι)* peperisse glossema *καλόν*, quod cum in textum migrasset, a correctore, ut grammatica salva esset, in *καλῶς* esse mutatum. Quae suspicio si satis probabilis visa fuerit, aegre non feram, si quis cum Vollgraffio, cui lubens cedo inventi honorem, importunum vocabulum in marginem relegaverit.

Quod idem I, 10 e verbis *πολλήν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως — τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι* vocabula *τῆς δυνάμεως* habet pro emblemate, id mihi quidem eo facilius persuadet, quod has ipsas adnotatiunculas conscribenti idem venerat in mentem. Nam praeterquam quod his vocabulis carere possumus (hoc uno non firmissimo argumento utitur Volgraffius) *ἰστία τινός* pro *ἀπιστία περί τινος* vel *πρός τι* Graecum esse non facile demonstrabitur.

Utrum in eodem capite scribendum sit *οὔτε ξυνοικισθείσης*

<τῆς> πόλεως, ut Vollgraff cum Stephano edi iubet, an οὔτε ξυνοικισθείσης [πόλεως], ut praeunte Hermanno nec dissentiente Kruegero ego edidi, hac quidem de re ambigi potest. Ego tamen, cum saepenumero observassem infestissimos esse librarios genitivis absolutis subiecto carentibus et scirem ab istorum sermone non alienam esse articuli omissionem, probabiliorem iudicavi et iudico Hermanni correctionem. Non magis hoc est „urere et secare” quam quod fecit ipse Vollgraff cum in praegressis tum praesertim I c. 134, ubi satis audacter, nec tamen me improbante, rescribi iubet καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιᾶδαν ἐσβάλλειν, reliquis deletis. Optime idem invento meo, sub absurda lectione ἐτοίμων latere verbum quod est τολμᾶν, sic usus est, ut III, 82 corrigat καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν, οὐδ’ ἐτόλμων παρακαλεῖν αὐτούς, postquam ego minus leniter rescripseram οὐδὲ τολμώντων, non animadvertens, quod praeunte Bekkero statuit Vollgraff, sententiam commode in duo cola inter se contraria dividi posse, quorum utrumque ordiatur a genetivo absoluto.

Coniunctis viribus pergamus emendare praeclarum scriptorem, in cuius textu restituendo licet multum iam critici profecerint, haud pauci tamen loci strenuam adhuc philologorum operam desiderant. Equidem et hucusque pro virili parte feci quod poteram, nec posthac, modo Deus vitam viresque mihi dederit, huic negotio deero.

SUIDAS.

v. Ἐχετον. Somniavit Suidas ἔχετον esse imperativum pro ἐχέτωσαν. Apparet error ex (Aeliani) loco, quem adscribit: λέγετον τοῦτο Τίμαιος καὶ Ἀναξιμένης, ἔχετον δὲ καὶ Κλείταρχον αὐτοῖς νοοῦντα ἐς μίαν καὶ τὴν αὐτήν. Affectate et putido homo λέγετον et ἔχετον dixit pro λέγουσιν et ἔχουσιν.

C. G. C.

HERODOTEA.

(Continuantur ex X. pag. 413).

HERODOTI HISTORIAE
recensuit HENRICUS STEIN.
Berolini 1869—1871.

I. 1: Ἡροδότην Ἀλικαρνησσέος.

Ad Ἀλικαρνησσέος sex variae lectiones afferuntur omnes perinde mendosae ἀλικαρνησσῆος, ἀλικαρνησσέως etc. etc. Etiam quod receptum est ἈλικαρνησCέως vitio non caret. Antiqua et proba forma est ἈλικαρναCός, ἈλικαρναCεύς, et in Ionia Ἀλικαρνησός, Ἀλικαρνησεύς. Passim in talibus recentiores literam sibilantem vitiose duplicant Κηφισσός scribentes et Ἴλισσός, (Herod. VII. 189) et Κνωσσός, Κνώσσιος, Ταρτησός, Παρνησός et sexcenties in nominibus in -ΟΥCΑ et -ΟΥCΑΙ exeuntibus Αἰγειροῦσα, Δρυοῦσα, Ὀφιοῦσα, Πιτυοῦσα, Πιθηκοῦσαι, Σειρηνοῦσαι importunam C inserunt, ut in Αἰγειροῦσσα, Δρυοῦσσα, Οἰνοῦσαι cet. Cf. quae collegimus in *Miscell. Crit.* pag. 210.

Summa est in illis erroribus librorum constantia. Perpetuo fere scribunt τιθασσός, Ἴασσος, Μύλασσα, Μυλασσεύς, θρυλλεῖν, ἐριννός, ἐλιννύειν et sim. Sed quis credat quidquam homuncionibus, qui τί μοι μέλλει; pro μέλει scribere solent?

I. 2: ταῦτα μὲν δὴ ἴσα πρὸς ἴσα σφι γενέσθαι.

In dialecto Ionica ICOC habet longam vocalem, ut καλός. Itaque scribendum ἴσα πρὸς ἴσα et ubique reponendum ἴσος, ἴσων. ἴσοι, ἴσαι, ἴσα. cf. *Var. Lectt.* pag. 393 sqq.

In rebus huiuscemodi nihil omnino Codicibus est credendum Scribae perinde omnes vocalium quantitates ignorabant. Itaque πεπράχθαι scribunt, μεμίχθαι, ἐπιτετρίφθαι, τετρύσθαι, κεκηρύχθαι et contrario errore τεθνᾶναι, ἐσᾶναι, δεικνῦναι, ζευγῦναι, δμῦναι et πτᾶσθαι, ἀποπτᾶσθαι, et sim. omnia.

I. 4: τὸ μὲν νυν ἀρπάζειν γυναῖκας ἀνδρῶν ἀδίκων νομίζει ἔργον εἶναι, τὸ δὲ ἀρπασθεισῶν σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέει ἀνοήτων, τὸ δὲ μηδεμίαν ὄρην ἔχειν [ἀρπασθεισῶν] σωφρόνων.

Participium ἀρπασθεισῶν ita collocatum est ut utrique orationis membro respondeat σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν et μηδεμίαν ὄρην ἔχειν. Expunge igitur male repetitum ἀρπασθεισῶν. quod et aurem laedit praesertim quia praecedit ἀρπάζειν et se quitur ἡρπάζοντο et ἀρπαζομένων.

Ne dubites cogita genitivum ἀρπασθεισῶν in verbis: τὸ δὲ ἀρπασθεισῶν σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, non pendere a verbis τιμωρέειν, quod cum dativo componitur, sed absolute dici, u. I. 3: τοὺς δὲ προῖσχομένων ταῦτα προφέρειν σφι Μηδείη τὴν ἀρπαγὴν, ubi nonnulli libri προῖσχομένων ὅτι exhibent procliv errore, et post pauca: οὐ δύντες αὐτοὶ δίκας οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτέοντων. I. 82: τὸ δὲ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἀπαλλάσσεσθαι — μηδὲ παραμένειν ἀγωνιζομένων. VI. 86 d: μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακαθήκης ἄλλο γε ἢ ἀπαιτέοντων ἀποδιδόναι.

Pereleganter Theophrastus *Charact.* XXX: παρὰ τῶν γνωρίμων τοιαῦτα κίχρασθαι, ἃ μὴτ' ἂν ἀπαιτήσείε τις μὴτ' ἂν ἀποδιδόντων ταχέως ἂν τις κομίσειτο.

I. 4: τὴν Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα [βάρβαρα] οἰκηεῦντα οἱ Πέρσαι.

Stein βάρβαρα deleri iussit ratus, ut opinor, πάντα τὰ κατὰ τὴν Ἀσίην ἔθνεα εἶναι βάρβαρα, ut de iisdem Latine natione dicitur. Satius est non tangere: βάρβαρα enim additur ut Graecorum coloniae in Asia excludantur. Poterat eodem sensu dicere πάντα τὰ ἔθνεα πλὴν τοῦ Ἑλληνικοῦ.

I. 5: τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἢ τὰ πολλὰ σμικρὰ αὐτῷ γέγονε.

Inepta haec verborum compositio est τὰ πολλὰ σμικρὰ αὐτῶν. Recte legitur in R τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ.

Superest mendum in sqq. τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε, τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ [ἦν] μεγάλα πρότερον ἦν σμικρὰ. Molestum est ἦν ter repetitum et sententia postulat non ἦν, sed ἐπὶ aut νῦν ἐσί.

I. 6: (δ' Ἄλυς) βέων ἀπὸ μεσαμβίης — ἐξίει — ἐς τὸν Εὐξεινον καλούμενον πόντον.

Scribendum ἐξιεῖ. Verborum in -μι exeuntium apud Herodotum hae certae formae sunt:

Τίθμι, τιθεῖς, τιθεῖ et in imperfecto ἐτίθεα, ἐτίθεις, ἐτίθει.

Δίδωμι, διδοῖς, διδοῖ, et nonnumquam δίδωσι, et in imperfecto ἐδίδον, ἐδίδους, ἐδίδου.

ἴημι (ἀπίημι, μετίημι, συνίημι, ἀνίημι, ἐξίημι), ιεῖς, ιεῖ, et in imperfecto ἴην, ἴεις, ἴει.

Itaque praesens est ἐξιεῖ, ἀνιεῖ cet., imperfectum ἐξίει, ἀνίει et similia omnia.

Semel apud Herodotum reperitur -ετίθεα III. 155: εἰ μὲν τι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον ποιήσῃν οὐκ ἂν με περιεῖδες. Hic illic in Codd. comparent formae vitiosae.

πρετίθεε I. 206. VIII. 29.

περιετίθεε VI. 69.

ἀνιεε IV. 124.

Sed innumerabiles sunt loci ubi genuina forma integra servata est, sed tantum in accentu peccatur ἐξιεῖ — ἐξίει, ἀνιεῖ — ἀνίει, ἀπιεῖ — ἀπίει, συνιεῖ — συνίει et sim.

I. 7: ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀνομάζουσι. Quis tandem Graecorum aut sciebat aut curabat scire utrum perantiquus Lydorum rex Κανδαύλης an Μυρσίλος nominaretur? Nemo hercle praeter antiquarios (τοὺς λογίους) aut historicos (τοὺς λογοποιούς, τοὺς ἄρογράφους). De his igitur, vel potius de uno omnium nobilissimo eorum, Herodotus loquitur, nempe de Hecataeo Milesio, quem nonnumquam nomine laudat, interdum ut h. l. indicat tantum. Dicam de illa re alio loco. Caeterum perinde est utrum Κανδαύλης an Μυρσίλος dicatur, namque Μυρσίλος est δ Μύρσου, ut apud Herodotum I. 7:

Κινδύλης δὲ ὁ Μύρσου ἔσχατος. et post pauca: μέχρι Κανδαίου τοῦ Μύρσου. cf. III. 122: ἔπεμπε Μύρσον τὸν Γύγεω ἄνδρα Λυδ et VI. 121: Μύρσος ὁ Γύγεω.

Post pauca: παρὰ τούτων Ἡρακλεΐδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχήν.

Accipe a Codice R. necessariam copulam παρὰ τούτων ΔΕ.

I. 7: Ἡρακλεΐδαι — ἔσχον τὴν ἀρχήν — ἀρξάντες [μὲν] ἐ: δύο [τε] καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν ἔτεκ πέντε [τε] καὶ πεντακόσιαι παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν.

Importunum μὲν, cui nihil respondet, optime omittit lib. Vaticanus. Idem rectissime omittit τε in δύο καὶ εἴκοσι. Ineptum est in numeris huiusmodi addere τε.

Eadem de causa scribendum πέντε καὶ πεντακόσια. Appar. unde molestum τε adhaeserit.

I. 8: ὁ δ' ἀμβώσας εἶπε.

Acceptum oportuit quod dedit R: ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, qui sic Herodotus solet. III. 38: οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα εὐφημίαι μιν ἐκέλευον. VII. 18: καὶ ὁ ἀμβώσας μέγα ἀναθρώσκει.

Frequens est apud Graecos omnes μέγα βοᾶν, μέγα κεκραγέαι, μέγα φθέγγεσθαι et sim. Demosthenes pag. 981, 25 ταχέως βαδίζει καὶ μέγα φθέγγεται καὶ βικητήριον φορεῖ. Eodem modo dicitur μέγιστον βοᾶν, κεκραγέαι, φωνεῖν, φθέγγεσθαι IV. 141: ἀνὴρ Αἰγύπτιος φωνέων μέγιστον ἀνθρώπων.

I. 9: ὅπως μὴ σε ἴσεται ἰόντα διὰ θυρέων.

In omnibus praeter R legitur mendose: ὅπως μὴ ἔσφεται Quantillum erat id corrigere, quia ὄρᾶν requiritur, non ἔσορᾶν et in ὄσεται ἰόντα pronomen σε abesse non potest.

Vaticanus liber, qui nunc solus verum servavit, idem mendaciter intulit VI, 75 ἀνέγνω ἐC τά pro ἀνέγνωσε τά, et perinde stulte I. 214: νικῶσαν ἔC μάχη pro νικῶσαν ἐC μάχη.

I. 11: δυῶν ὀδῶν παρεουσέων.

Affertur aliunde δυοῖν ὀδοῖν, qui manifestus error est, namque Herodotus NUMERO DUALI NUMQUAM UTITUR.

Ad *Iliad.* N. 198: ὡς δὲ δὴ αἶγα λέοντε — ἀρπάξαντε Φέρων, Aristonicus annotavit: ἡ διπλή ὅτι συνεχῶς κέχρηται τοῦ

δῦϊκοῖς. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῆς πατρίδος· Ἀθηναίων γὰρ ἴδιον.

I. 11: οὐκων δὴ ἔπειθε, ἀλλ' ὦρα ἀναγκαίην ἀληθῶς προκειμένην ἢ τὸν δεσπότεα ἀπολλύναι ἢ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι· αἰρέεται αὐτὸς περιεῖναι.

Scopae solutae, ut aiunt; adeo verborum compositio laborat. Malo medeberis et Herodoti consuetudinem restitues legendo: ἀλλ', ὦρα ΓΑΡ ἀναγκαίην προκειμένην —, αἰρέεται αὐτὸς περιεῖναι. cf. I. 15: ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα — ἐγένετο — μνήμην ποιῆσομαι, IX. 109: ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε διδοῖ τὸ γέρας. et sic saepius alibi.

I. 11: ὄθενπερ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνῆν.

Sententia clamat emendandum esse ostendit tibi, ἐπέδεξε τοι.

II. 42: τὸν Δία — ἐνδύντα τὸ νάκος οὔτω οἱ ἑωυτὸν ἐπιδέξαι.

Vehementer mihi de mendo suspectus est locus VII. 146: ἐκέλευε σφεας τοὺς δορυφόρους περιάγοντας ἐπιδεικνύσθαι πάντα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵππον, nam requiritur ἐπιδεικνύσθαι.

Ἐπιδεικνύσθαι significat monstrare alicui aliquid quod lubenter et iucunde spectet, ut Candaules formosam uxorem Gygi. cf. IV. 168: τῷ βασιλεῖ — τὰς παρθένους — ἐπιδεικνύουσι. VI. 61: — τὴν δὲ πάντως ἑωυτῆ κελεύειν ἐπιδέξαι.

I. 12: καὶ μιν ἐκείνη — κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα ἀναπαυομένου Κανδαύλεω ὑπεκδύς κτέ.

Natura rei requirit ὑπεκδύς. Quum staret Gyges pone ianua[m] clam et furtim in cubiculum introiit.

Vera lectio est in libris omnibus et ὑπεκδύς infelix Sauppilii coniectura est calidius recepta.

I. 15: οὐδὲν μέγα Ἄπ' αὐτοῦ ἄλλο ἔργον ἐγένετο.

Corrigendum Ἰπ' αὐτοῦ Dici Ionice potest eo sensu πρὸς αὐτοῦ et ἐξ αὐτοῦ et, ut reliqui omnes, ὑπ' αὐτοῦ, sed ἀπὸ in ea re locum non habet quamquam passim in libris Mas. ὑπὸ et ἀπὸ inter se confunduntur. cf. II. 54: ἔφασαν ζήτησιν μεγάλην ὑπὸ σφῶν γενέσθαι, et V. 21: ζήτησις τῶν ἀνδρῶν τούτων μεγάλη ἐκ τῶν Περσέων ἐγένετο.

I. 19: εἶτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα τὸν θεὸν ἐπιείρεσθαι περὶ τῆς νούσου.

Perpetuo errore editur ἐπιείρεσθαι pro ἐπειρέσθαι, namque εἰρόμην, ἐπειρόμην sunt aoristi secundū. Est operae pretium verbi ἐρωτᾶν formas Ionicas et Atticas colligere et componere. Ionica sunt εἰρωτᾶν, ἐπειρωτᾶν, εἰρώτεον, ἐπειρώτεον, ἐπειρώτευν, in aoristo εἰρόμην, ἐπειρόμην, ἐπανειρόμην, εἶρεο, εἶρωμαι, εἰροίμην, εἰρέσθαι. in futuro εἰρήσομαι, ἐπειρήσομαι.

Attica sunt ἐρωτᾶν, ἐπερωτᾶν, ἐρωτήσω, ἠρώτησα, et in aoristo secundo ἠρόμην et ἐπηρόμην et ἐπανηρόμην, imperativus est ἐροῦ, infinitivus ἐρέσθαι, ἐπερέσθαι, et in futuro ἐρήσομαι et ἐπερήσομαι.

Complures apud Herodotum loci sunt ubi ἐκ τῶν συμφραζομένων manifestum est εἰρέσθαι et ἐπειρέσθαι significare ἐρωτῆσαι, non ἐρωτᾶν.

Plura de ea re annotabo ad I. 86.

I. 21: ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν, Θρασύβουλος δὲ — μηχανᾶται τοιάδε.

Absurdum est ἐς τὴν Μίλητον ἦν. Vera lectio elici potest ex I. 211: Ὅστ' ἀσπης μὲν — ἦϊε ἐς Πέρσας. Hystaspes enim erat in via. Itaque scribendum ἐς τὴν Μίλητον ἦϊε. Dum legatus erat in itinere necdum Miletum pervenerat Thrasymbulus dolum struxit. cf. III. 53: ὁ μὲν Περιάνδρος ἐπέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ubi ἐπέλλετο est parabat iter.

I. 24: καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν ἐς Κόρινθον, τὸν δὲ δελφῖνα [λέγουσι] ὑπολαβόντα ἐξενεῖται ἐπὶ Ταίναρον.

Reseca inutile λέγουσι praeter Herodoti morem insertum.

Apud Ciceronem de N. D. II. 50: quam quum gustavissent sagittas excidere [dicunt] e corpore, interpolatum est dicunt.

Paulo ante scribe: ὑπέδεκτο ἑωυτὸν κατεργάσθαι. In libris est consuetus error κατεργάσθαι. Si quis quid facturum se pollicetur, ὑπισχεῖσθαι, ὑποδέκεσθαι et sim. futurum postulant.

Librarii — εσθαι et — ασθαι etiam cum barbarismo confundunt. VII. 10 in R legitur: ἀκούσασθαι τινὰ Φημι.

Male mulcatus locus est I. 27: ubi Croesus laetus exclamat: αἰ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι ἔλθειν ἐπὶ Λυδῶν

ταῖδας σὺν ἵπποισι. cui Bias: ὦ βασιλεῦ, προθύμως μοι φαίνεαι εὐξασθαι νησιώτας ἰππευομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ. — νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὐχεσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν [ἀρώμενοι] Λυδοῦς ἐν θαλάσῃ;

Nihil supererit difficultatis si molestum ἀρώμενοι expunxeris. Sed unde natum esse dicamus? Duplex fertur in libris scriptura: ἀρώμενοι et ἀρᾶσθαι.

Fieri potest ut Herodotus scripserit: νησιώτας δὲ τί δοκέεις ἀρᾶσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν Λυδοῦς ἐν θαλάσῃ; Dixit enim ἀρᾶσθαι, pro εὐχεσθαι, quia proxime praecedit: προθύμως μοι φαίνεαι εὐξασθαι. Sed multo magis arridet Toupii coniectura: τί δοκέεις εὐχεσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν αἰωρευομένους Λυδοῦς ἐν θαλάσῃ; Ad amussim sic inter se opponuntur: νησιώτας ἰππευομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ et λαβεῖν αἰωρευομένους (fluctibus ιαστατοῦ) Λυδοῦς ἐν θαλάσῃ.

I. 34: ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον.

Non est deterior lectio Codicis R ἐκ θεῶν.

I. 35: ἐπυνθάνετο Ὀκόθεν τε καὶ τίς εἶη.

Utroque modo recte dicitur aut ὀκόθεν τε καὶ Ὀστις εἶη aut Κόθεν τε καὶ τίς; idque reponendum. Ex praecedente syllaba O adhaesit. Sine mendo I. 116: εἶρετο — κόθεν λάβοι τὸν παῖδα καὶ τίς εἶη ὁ παραδούς. I. 153: ἐπειρέσθαι τίνες ἔόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι καὶ κόσοι πλήθος ταῦτα ἐωυτῷ προαγορεύουσι. Similiter II. 115: εἰρώτα — τίς εἶη καὶ Ὀκόθεν πλέοι, repone καὶ Κόθεν πλέοι. et IV. 145: ἄγγελον ἔπεμπον πεισομένοι τίνες τε καὶ ὀκόθεν εἰσί, imo vero: οἵτινές τε καὶ ὀκόθεν.

I. 41: Φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηρίζω γενέσθαι — μή τινες κατ' ὄδον κλώπες [κακοῦργοι] ἐπὶ δηλήσι φανέωσι ὑμῖν.

Herodotus κλώπες scripserat deinde nescio quis κακοῦργοι adscripsit: non enim κλώπες sunt fures, sed praedones, λησῆαι in Attica. cf. VI. 16: ἰδόντες στρατὸν ἐς τὴν χώραν ἐσβεβληκότα τάγχι σφέας καταδόξαντες εἶναι κλώπας καὶ ἵεναι ἐπὶ τὰς γυναικας. κτέ. praedonum agmen, non furum esse opinabantur.

In Platonis *Legibus* pag. 777. c. bene correxit Badham: κατὰ κλωπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα, pro κλοπῶν.

I. 42: ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἦία ἐς ἄθλον τοιόνδε.

Nova et inaudita Graecis haec verborum compositio est. Dicebant constanter οὐκ ἂν ἦία, idque restituendum.

I. 43: ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ὀλυμπον [τὸ ὄρος] ἐζήτεον τὸ θηρίον.

Cf. I. 36: ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ ὕδς χρῆμα γίνεται μέγα ὀρμεόμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ ὄρους τούτου τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε.

Adscripsit Graeculus nescio quis τὸ ὄρος.

I. 45: ἀνθρώπων τῶν αὐτὸς ἤδε βαρυσυμφωρότατος.

Sunt vocabula quaedam Herodoto propria, quibus recentiores scriptores, quum sedulo omnes Herodotum lectitarent, libenter utuntur et nonnumquam abutuntur. In eorum numero haec sunt potissimum: Ἀπεματάϊσε II. 162: ὁ δὲ Ἄμασις — ἐπαίρας ἀπεματάϊσε καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευε Ἀπρίῃ ἀπάγειν. Herodotus verbo spurco ἀπέπαρδε abstinuit et honestiore usus vocabulo ab imperito grammatico non est intellectus, qui apud Hesychium annotavit:

Ἄποματάϊσαι: ἐξευτελίσαι.

Nihilo sanior est Scholiasta ad h. l. qui scribit:

Ἄπεματάϊσε: ἐματαιολόγησεν, ἐμώραεν.

Melius intellexit Favorinus in Stobaei *Floril.* cxxv. 24: Βοιωτὸς — ἐπαίρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε, unde apud Herodotum vocabulum fuga elapsum sic retrahendum est: ὁ Ἄμασις — ἐπαίρας (τὸ σκέλος) ἀπεματάϊσε. Graphice ἐπαῖραι τὸ σκέλος de canibus mingentibus dicitur.

Ad eundem modum Herodotea sunt ἀποχειροβίωτος, βαρυσυμφωρότατος, γεωπεῖναι, ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου, ἰδιοβουλέειν, ὄρχη δὴν pro κατ' ἄνδρα, περιλεσχήμεντος, περιτροχάλα, εὔσομα κείσθα quorum pleraque omnia a recentioribus recoquuntur, qui a mirifice sperabant esse locutos quum pro ἀθλιώτατος dicerent βαρυσυμφωρότατος.

Quam nihil scribae cogitent arguit locus I. 47, ubi dederunt ἀπὸ ταύτης — ἕκαστος τῇ ἡμέρῃ χρᾶσθαι τοῖσι χρησθηρίοις, πρὶ ἑκατοστῇ ἡμέρῃ.

Saepe videbis ἑκατόν et ἕκασον stulte inter se confusa.

Insigne huius rei exemplum legitur in Platonis *Legibus* pag. 932. c: εἰς δικασήριον εἰσαγόντων αὐτοὺς εἰς ἕνα καὶ ἕκαστον τῶν πολιτῶν. Tandem Bekker reposuit: ἕνα καὶ ἑκατόν.

Post *p*ruca corrige: ἄσσα δ' ἂν ἕκασον τῶν χρησηρίων θεοπίσῃ, pro ἕκασα τῶν.

I. 50: Λυδοῖσι πᾶσι προεῖπε θύειν. — ὡς δὲ ἔκ τῆς θυσίης ἐγένετο.

In ea re Graeci non praepositione ἐκ sed ἀπό utebantur, ut in ἀπὸ δείπνου εἶναι et γενέσθαι. Itaque ut VI. 29 dicitur: ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, sic h. l. dicendum: ὡς δὲ ἀπὸ τῆς θυσίης ἐγένετο. cf. II. 78: ἐπεὶ ἀπὸ δείπνου γένωνται. I. 126: ἐπεὶ τε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν.

Propter scribendi compendia inter se confunduntur ἀπό et ἐκ. cf. II. 177. II. 142:

I. 51: Croesus περιρραντήρια δύο ἀνέθηκε χρύσειόν τε καὶ ἄργυρον, τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ Φαμέων εἶναι ἀνάθημα οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.

Maneo in veteri sententia in hoc loco esse lacunam:

Λακεδαιμονίων [... Λακεδαιμονίων].

Supplementum ex ipso sententiae fundo peti potest, si non ipsa verba at certe sensus verborum amissorum. Quod dicit οὐκ ὀρθῶς λέγοντες declarat aut Φασὶ aut λέγουσι praecessisse. cf. II. 134: τὴν δὲ μετεξέτεροί ΦΑCΙ Ἑλλήνων Ῥοδάπιος ἑταίρης γυναικὸς εἶναι ΟΥΚ ΟΡΘΩC ΛΕΓΟΝΤΕC. III. 45: εἰσὶ δὲ οἱ ΛΕΓΟΝΤΕC τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικῆσαι Πολυκράτεια ΛΕΓΟΝΤΕC ἐμοὶ δοκίειν ΟΥΚ ΟΡΘΩC. VII. 129: αὐτοὶ μὲν νυν Θεσσαλοὶ ΦΑCΙ Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς ΟΙΚΟΤΑ ΛΕΓΟΝΤΕC. III. 2: λέγοντες δὲ ταῦτα οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. Imitatur haec Philostratus *de vitis Sophistiarum* pag. 497: εἰσὶ δὲ οἱ ΦΑCΙ καὶ τὰ πάρισα καὶ τὰ ἀντίθετα καὶ τὰ ὁμοιότελευτα Πᾶλον εὐρηκέναι πρῶτον ΟΥΚ ΟΡΘΩC ΛΕΓΟΝΤΕC. Ad eundem modum Herodotum scripsisse arbitror: τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. (διὰ δὲ τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην οἱ Δεῖφοι Λακεδαιμονίων) ΦΑCΙ εἶναι ἀνάθημα οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. In ipso donario nihil aliud de more erat inscriptum quam

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Postquam semel aliquot vocabula perierun
ΦΑCΙ a sciolo in Φαμένων corruptum est. Idem saepe us
venisse ut lacuna interpolationem pareret infra pluribus ostendam

I. 51: γυναικὸς εἶδωλον. — τὸ Δελφοὶ τῆς ἄρτοκόπου τῆ
Κροΐσου εἰκόνα λέγουσι εἶναι.

Vera ac proba forma videtur esse ἄρτοπόπου, quia dicebant
ἄρτον πέσσειν et ἄρτος εὖ πεπεμμένος. cf. Bekkeri *Anecd.* pag.
447, 25: Ἄρτοπόπον καὶ Ἄττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸν ἄρτοποιόν.

Ἄρτον κόπτειν nihil est, quamquam Graeculi ἄρτοκόπον dice
bant unde in veterum scripta irrepsit.

I. 53: ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἌΠεπέμθησαν οἱ Λυδοὶ κτέ.

Veram lectionem servavit R: ἐς τὰ Ἐπέμθησαν. Legat
πέμπονται, non ἀποπέμπονται. Ἀποπέμπειν est *dimittere a se*
de non redituris. Hinc recte ἀναθήματα πολλὰ ἀπέπεμψε dici
tur cap. 51 et passim. I. 33: Croesus Solonem λόγου ποιητῆ
μενος οὐδενὸς ἀποπέμπεται.

I. 54: Croesus Δελφούς δωρέεται — κατ' ἄνδρα δύο σατῆρ.
[ἔκασον] χρυσοῦ.

Ad verba κατ' ἄνδρα, *viris*, adscripsit in margine nescio
quis ἔκασον. Perinde vitiosum est ac si Latine *viris* singuli:
dividere velles dicere.

Non poterat additamentum importuniore loco interponi quan
inter σατῆρσι et χρυσοῦ.

Recurrit idem vitium VII. 144: ἔμελλον λάξεσθαι ὄρχηδὸν
[ἔκασος] δέκα δραχμάς.

I. 55:

ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται
ΚΑΙ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψήφίδα παρ' Ἐρμον
Φεύγειν μηδὲ μένειν.

Non agnosco καὶ in huiusmodi sententia additum. Usitatur
est in ea re dicere:

ΔΗ τότε — Φεύγειν μηδὲ μένειν.

I. 56: ὁ Κροῖσος — ἤσθη ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ ἀντ' ἄνδρσι

απιλεύσειν Μήδων, οὐδ' ὧν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαι
 ὡς τῆς ἀρχῆς.

Ostendi diligenter alio loco Herodotum scripsisse: οὐδὲ ὧν
 αὐτὸς οὐδὲ ΤΟΤC ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαι κοτε τῆς ἀρχῆς. Cf. I. 2:
 οὐδὲ ὧν αὐτοὶ δώσειν, et post pauca cap. 3: οὐδὲ γὰρ ἐκείνους
 δίδναι. Poterant haec sic coniungi: οὐδὲ ὧν αὐτοὶ δώσειν οὐδὲ
 ἐκείνους δίδναι.

I. 56: ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἜΟΝΤΑ τὸ ἀρχαῖον
 τὸ μὲν Πελασγικὸν τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἔθνος.

Verum vidit Dobree reponens: τὰ προκεκριμένα ἜΘΝΕΑ τὸ
 ἀρχαῖον, quam certam emendationem Stein non tantum non
 recepit sed ne commemoravit quidem.

Difficile est in libro vetusto litteris uncialibus scripto oculis
 discernere utrum ἜΘΝΕΑ scriptum sit an ἜΟΝΤΑ.

I. 59: ὁ δὲ δῆμος — ἔδωκέ ci τῶν ἀσῶν καταλέξας ἄνδρας
 ΤΟΤΤΟΤC, οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιγράτου, κορυνη-
 φόροι δέ.

Manifesto vitiosum est τούτους. Verum vidit Naber ex Po-
 lyaeno I. 21. 3. reponens τριακοσίους. Scriptum erat AN-
 ΔΡΑΚΤΟΙ κτέ.

I. 60: ταύτην τὴν γυναῖκα — ἐς ἄρμα ἐσβιβάσαντες καὶ
 προέξντες σχῆμα οἶόν τι ἔμελλε εὐπρεπέσταθΝ Φανέεσθαι ἔχουσα.

Non τὸ σχῆμα, ut opinor, sed ἡ γυνὴ ἔμελλε εὐπρεπέσταθΗ
 Φανέεσθαι, idque reponendum.

I. 61: Ἰκπίεω δὲ γνώμηι νικήσαντος ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν
 τυραννίδα.

Quod in nonnullis libris est (nam in R haec desunt) γνώμηHN
 νικήσαντος non est spernendum. Aristophanes *Nub.* vs. 431:

ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ.

Scrupulum tamen iniiciunt duo apud Herodotum loci. III. 82:
 αὐτὸς γὰρ ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι γνώμησί τε νικᾶν,
 et IX. 42: ἀντέλεγε οὐδεὶς ὥς ἐκράτее τῇ γνώμη.

I. 61: ἡγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων αἴτινές σφι προαιδέατό

κού τι. πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων [χρήματα] Θηβαῖοι ἐβάλλοντο τῇ ἴσσει τῶν χρημάτων.

Prorsus inutile et auri molestum χρήματα resecandum.

I. 64: πειθομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων.

Requiritur aoristus πειθομένων. Perpetuo in Herodoti miscentur inter se πειθόμενος, πιθόμενος, πυθόμενος et barb ποιθόμενος. Quid sit ubique verum τὰ συμφραζόμενα decli Πιθέσθαι apud Graeculos non erat in usu: itaque πείθ scribebant etiam apud poëtas iugulato metro, ut in Νί vs. 851:

κἀγὼ τοί ποτε

οἶδ' ἐξέτει σοι τραυλίσαντι πιθόμενος.

Ravennas habet πειθόμενος.

I. 64: καὶ Πεισιπρατος μὲν ἐτυράννευε Ἀθηναίων, Ἀθηνα οἱ μὲν — οἱ δὲ [αὐτῶν].

Scrib. ἐτυράννευε Ἀθηναίων. Ubicumque Herodotus αὐτὸν dixerat libri ἀθηναίων substituunt. Passim correctum vitium sed hic illic haesit.

Praeterea expunge αὐτῶν perperam additum. Ἀθηναίων ad utrumque οἱ μὲν et οἱ δὲ refertur.

I. 66: ἐν χώρῃ ἀγαθῇ — ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εἰ βησαν.

Veteres Iones et Attici εὐθνεῖν dicebant. Aelius Diors apud Photium:

Εὐθνεῖν ἐν τῷ ε λεκτέον, οὐχὶ εὐθηνεῖν.

Recipiendum igitur quod pars Codicum dedit: εὐθηνεῖν. Εὐθηνία et εὐθηνεῖν senioris aetatis sunt. I. 85. pro ar lectione εὐεσοῖ in R legitur εὐθηνία, quae est prisci voc interpretatio.

Etiam reliquis apud Herodotum locis, II. 91 et 12 εὐθηνεῖν restituendum est εὐθνεῖν.

In Euripidis *Rheso* vs. 269:

οὐκ οἶσθα δῶμα τοῦμόν ἢ θρόνους πατρός,

οἷ χρῆ γεγωνεῖν σ' εὐττυχοῦντα ποίμνια;

poëtam dixisse arbitrator: εὐθηνοῦντα ποίμνια.

I. 67: ἐπειρώτεον τίνα ἂν θεῶν ἰλασάμενοι κατ' ὑπερθε τῷ πολέμῳ Τεγεατέων γενόιατο. ἢ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε τὰ Ὀρέσειω τοῦ Ἀγαμέμνονος ὄβρα ἐπαγαγομένους.

Huius loci compositio revocat mihi in memoriam versiculum Aeschyli in *Promethæo* vs. 250, qui ex hac comparatione vetere mendo poterit liberari. Editur:

ΠΡ. θνητοὺς ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

ΧΟ. τὸ ποῖον ἘΤΡΩΝ τῆσδε Φάρμακον νόσου;

ΠΡ. τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας ΚΑΤΩΙΚΙΚΑ.

imo vero εὐρών — κατΟΙΚΙΚΑC.

I. 69: ὑμέας κατὰ τὸ χρησῆριον ΠΡΟCκαλέομαι Φίλος τε θέλων γενέσθαι καὶ σύμμαχος.

Notio verbi προσκαλεῖσθαι ab huius loci sententia abhorret. Lege ΠΡΟκαλέομαι, quod est invitantis et conditionem ferentis. Aristophanes *Acharn.* 946:

καὶ προσέτι πολλὰ προκαλουμένον

„πῖνε, κατάκεισο, λαβὲ τήνδε Φιλοτησίαν.”

et sexcenties praesertim apud historicos et oratores. cf. IV. 201: ἅμα ἡμέρη δὲ ἐς λόγους ΠΡΟεκαλέετο τοὺς Βαρκαίους, οἱ δὲ ἀπασῶς ὑπήκουσαν, ubi in R est vitiosa lectio ΠΡΟCεκαλέετο. cf. III. 13: ἔπεμπε κήρυκα — ἐς ὁμολογίην προκαλέομενος Αἰγυπτίους.

I. 70: ζῳδίων ἔξωθεν πλήσαντες.

Scribendum ζῳῖδίων, ut semper Iones κατὰ διαίρεσιν solent ζῳῖον dicere. Simonides:

οἶον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο

ζῳῖον κάκισον.

apud Etymol. Magnum v. ΖΩΙΔΙΟΝ. Sic ὄϊον κατὰ διάσασιν Sappho dixit:

Φασὶ δὴ ποτε Λήδαν ὑακίνθινον πεπυκαδμένον εὐρεῖν ὄϊον.

ubi legendum:

Φαῖσι δὴ ποτα Λήδαν ὑακίνθΩΙ πεπυκαδμένον

εὐρην ὄϊον.

apud Etymol. Magn. v. ΩΙΘΝ.

I. 71. τῶν τις Λυδῶν νομιζόμενος καὶ πρόσθε εἶναι σοφός, ἀπὸ

δὲ ταύτης τῆς γνώμης καὶ τὸ κάρτα οὔνεμα ἐν Λυδοῖσι ᾗ.
Sententia suadet ut aoristus reponatur: οὔνομα ἐν Λ
Cρχών. Frequens admodum in libris haec confusio est.

I. 71: οὐκ οἶνω διαχρέωνται ἀλλὰ ὑδροποτέουσι.

Constat multis Grammaticorum testimoniis et poëtarum veteres dixisse ὑδροπωτεῖν, ὕδατοπωτεῖν, γαλακτοπωτεῖν, τοπώτης, εἰαροπώτης, οἶνοπωτεῖν, ἀκρητοπώτης. Librarii anti obtinent et formas sibi notas substituunt etiam iugulato r Athenaeus pag. 460 ὁ: οἱ Ἀττικοὶ — ὑδροπωτεῖν καὶ πωτεῖν λέγουσιν. Ἀριστοφάνης ἐν Ἰππεῦσι (vb. 198 et 208 Γαμψηλαῖσι δράκοντα κοάλεμον αἵματοπώτην.

Moeris: Ἐδροπωτεῖν διὰ τοῦ ω μεγάλου Ἀττικοί. Cui apud Pollucem IV. 184:

· οὐδ' ὕδατοπωτῶν οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν.

sic Porsonus, nam libri de more ὕδατοποτῶν exhibent. Her quoque reddendum ex AB. ὑδροπωτέουσι, similiterque VI Σκυθήσι δὲ ὀμιλήσαντά μιν ἀκρητοπότην γενέσθαι ex iisdem ἀκρητοπώτην est revocandum.

Contra γαλακτοπόται habet penultimam brevem I. 216 λακτοπόται δ' εἰσί. IV. 186: εἰσί κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτο

I. 72: οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζοντα ὁ Ἄλυσ ποταμὸς — ἔνθεν μὲν [Συρίου] Καππαδόκας ἀπὶ ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας.

Interpolatum est Συριοί: appellantur enim in Asia Κα δόκαι, in Graecia Σύριοι, sed nusquam duplici nomine. etiam in R scriptum est: [συριοὺς καὶ] καππαδόκας.

I. 73: Σκυθέων τῶν νομάδων εἰλη.

Scribendum ἴλη, ut ἰλαδόν. In libris antiquissimis τει, νείκη scribebatur et Φιλόνεικος, et similia omnia, in quibus I productum. Nunc quidem plerisque locis I longum situm est, sed hic illic reliquum est εἴλη et sim. et u Φιλόνηκος. Ridiculo errore apud Iulianum pag. 114 c. scri est πείθω pro πίθω (duo dolia). cf. *Mnemosenne* 1882. pag.

I. 74: ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσεις [ἰσχυραὶ] οὐκ ἔβλουσι συμμένειν.

Sensu vacuum est σύμβασις ἰσχυρά. Delendum est vocabulum male repetitum. τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν Thucyd. III. 11.

I. 75: τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ ἕς τε τὰ χρηστήρια ἔπειπε [εἰ στρατεύεται ἐπὶ Πέρσας] καὶ δὴ καὶ — ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοῖραν.

Lector aliquis adscripsit εἰ στρατεύεται ἐπὶ Πέρσας ex I. 53: ἐπειρωτῶν — εἰ στρατεύεται ἐπὶ Πέρσας, et post pauca: νῦν ὑμέας ἐπειρωτῆ εἰ στρατεύεται ἐπὶ Πέρσας. Neque enim ea verba ex ἔπειπε pendere possunt et molestissime abundant praesertim quia continuo sequitur: ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοῖραν.

I. 78: ἰδόντι δὲ τοῦτο Κροίσῳ [ὥσπερ καὶ ἦν] ἔδοξε τέρας εἶναι.

Expunge ὥσπερ καὶ ἦν ab otioso lectore in ora libri adscriptum. Et res ipsa docet, quoniam non solet sic Herodotus suam opinionem interponere, et vitiosa sedes insiticia haec esse. Dixisset saltem: ἔδοξε τέρας εἶναι ὥσπερ καὶ ἦν.

I. 79: ἐλάσας γὰρ τὸν στρατὸν ἐς τὴν Λυδίην αὐτοῦ ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθει.

Scribendum uno verbo αὐτάγγελος, ut αὐτόπτης.

I. 80. recipienda erat certa Schaeferi emendatio ἰππάδα σολὴν ἔσαλμένους pro ἐνεσαλμένους, quod ne Graecum quidem est et obiter e Lexicis eiiciendum.

ἔσαλμένος eo sensu saepius apud Herodotum legitur et VII. 89. recte Stein recepit Dobraei emendationem οὔτοι μὲν οὔτω ἐσάλατο pro ἐσαλάδατο.

I. 80: ὡς ἄσφραντο τάχιςα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι.

Barbarum est ἄσφραντο pro ἄσφροντο, ut in *Achaenensibus* v. 179:

οἱ δ' ἄσφροντο πρεσβῦταιί τινες.

Natum est mendum e vitiosa Graeculorum consuetudine, qui ἄσφρασθαι dicebant pro ἄσφραίνεσθαι. Elmsley ad locum Aristo-

phanis l. pro ὄσφρᾶσθαι optime emendavit ὄσφρέσθαι apud An-
tiphanem Fragm. Com. III. 80.

I. 82: ἔς τε - τὰς ἄλλας ἔπεμπε συμμαχίας καὶ δὴ καὶ ἐς
Λακεδαίμονα. τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι [τοῖσι Σπαρτιήτησι] — συνε-
πεπτῶκεε ἕρις ἐοῦσα πρὸς Ἄργείους.

Interpolatum est τοῖσι Σπαρτιήτησι ab eo qui mirabatur quid
esset ἐς Λακεδαίμονα. τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι συνεπεπτῶκεε ἕρις.
neque intelligebat τοῖσι Σπαρτιήτησι (melius τοῖσι Λακεδαιμο-
νόισι) inesse in verbis ἐς Λακεδαίμονα. cf. VII, 8 β: πυρῶσα
τὰς Ἀθήνας, Οἱ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα
ποιεῦντες. et I. 151: Ἀρίσβαν ἠνδραπῶδισαν Μηθυμναῖοι ἐόντα.
ὀμαίμονας, et V. 49: ἐπὶ θάλασσαν, ἐν τῇ ἦδε Κύπρος νῆσο.
κέεται, οἱ πεντακόσια τάλαντα βασιλεῖ τὸν ἐπέτειον φόρον ἐπιτε-
λεῦσι.

I. 82: οὐ γὰρ κομῆοντες πρὸ τούτου ἀπὸ τούτου κομᾶν.

Antea dicitur προτοῦ, non πρὸ τούτου. Itaque scribendum
videtur Herodoti more: προτοῦ τοῦ ἀπὸ τούτου κομᾶν.

Paullo ante ex R recipe: πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται.

Τὸ ἀπὸ τούτου, et nonnumquam τῶπὸ τούτου, passim legitur
I. 130. II. 14. II. 17. etc.

I. 85: ἐν τῇ παρελθούσῃ εὐεσοῖ.

Pro εὐεσοῖ in Romano Codice substitutum est εὐθηνία. Sim̄
liter I. 136: ἵνα — μηδεμίαν ἄσιν τῶ πατρὶ προσβάλλῃ πρ
ἄσιν R exhibet βλάβην ἀηδῆ. Utrobique scholion veterem glossē
sam expulit. In multis aliis locis contra factum est, ut in II
antiqua glossa intacta superesset, quae in ceteris esset amissa
ut infra ostendemus. cf. Hesychium Εὐεσώ: εὐθηνία. In ἄτ
magistellus fallitur: non est enim βλάβη ἀηδῆς sed λύπη. He-
sychius Ἄσιν: λύπης, unde III. 41. est ἀσηθείη, id est λυπηθείη
sive ἀλγήσειε.

I. 86: Κροῖσον δὲ Τέως μὲν σιγὴν ἔχειν, μετὰ δὲ — εἰπεῖν.

Nihil est facilius quam Ἔως et Τέως discernere, et tamen
in libris passim stolidè confunduntur. Romanus Codex h. l. Ἔως
μὲν exhibet sine sensu. Ostendi alibi apud Platonem et De-

mosthenem haec inter se misceri. Idem in Herodoti Codicibus factum videmus I. 94: *τέως μὲν — μετὰ δὲ* recte R, sed *ἕως* A. B. Mendose editur I. 173: *Τέως μὲν — Σαρπηδῶν ἤρχε, οἱ δὲ ἐκαλέοντο Τερμίλαι.* emenda "*ἕως donec, quamdiu.* II. 169: *τέως μὲν — τέλος δὲ* male R *ἕως.* IV. 165. omnes: *Τέως μὲν λοιπῶτο,* Stein correxit *ἕως.* VIII. 74. omnes: "*ἕως μὲν — τέλος δὲ,* correxit Reiske.

Sine vitio scribitur I. 11: *τέως μὲν — μετὰ δὲ.* Ratio igitur haec est: *ἕως* est *quamdiu* et *τέως ἀλιquamdiu*: ut Graece dicatur: *primum aliquamdiu tacuit deinde (aut tandem) dixit,* dicendum est: *τέως μὲν σιγὴν εἶχε, μετὰ δὲ (aut τέλος δὲ) εἶπε.*

I. 86: *ὡς τε αὐτῶ πάντα ἀποβέβηκε οἱ τῆπερ ἐκεῖνος εἶπε.*

Nihil interest inter *αὐτῶ* et *οἱ*. Recipienda est Codicis R lectio: *πάντα ἀποβεβήκεε τῆπερ.*

Post pauca ex eodem scribendum: *ῥύσασθαι μιν* pro *ῥύσασθαι αὐτόν.*

In iis quae proxime praecedunt: *ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλούμενον εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἔδωρήθη παρασῆλαι καὶ ῥύσασθαι μιν,* miror *ἐπικαλούμενον* additum quia eadem notio est in *ἐπιβώσασθαι* *fidem implorare, optem petere.*

I. 86: *τὸν Κῦρον — κελεύσαι τοὺς ἑρμηνέας ἐπείρασθαι Κροῖσον.*

Perpetuo errore Stein edidit *εἶρασθαι* et *ἐπείρασθαι*, nam *aoistí secundi* hae formae sunt. Apud Herodotum praesens et imperfectum est constanter *εἰρωτᾶν* et *ἐπειρωτᾶν* in activo et passivo *εἰρωτῶν, εἰρωτεύμενος.* Passim legitur *εἰρώτα, ἐπειρώτα.* Sed haec verbi forma non ultra hos fines progreditur. Aoristus est semper et ubique *εἰρόμην, ἐπειρόμην, ἐπανειρόμην,* et in infinitivo *εἰρέσθαι* et *ἐπειρέσθαι* ut *λαβέσθαι, πυθέσθαι, πιθέσθαι, ἐλέσθαι.* alia sexcenta. Futurum est summa constantia *εἰρήσομαι,* et *ἐπειρήσομαι.* Itaque *εἰρόμην* idem est quod *ἠρώτησα,* et *εἰρήσομαι* idem quod *ἠρωτήσω,* sed nusquam Herodotus his formis utitur *εἰρώτησα, εἰρωτήσω,* sed *εἰρόμην* et *εἰρήσομαι.* Graviter igitur falluntur qui *εἰρόμην* imperfectum esse opinantur et *εἶρασθαι, ἐπείρασθαι* scribunt. Sexcentis locis apud Herodotum legitur *εἶρετο* pro *ἠρώτησε.* I. 32. componuntur *ἐπειρωτᾶς* et *ἐκεῖνο δὲ τὸ εἶρέθ' με.* I. 91: *ἐπειρέσθαι — οὐ συλλαβῶν δὲ τὸ ῥηθὲν οὐδ' ἐπανειρόμενος,* id est

ἐπανερωτήσας. III. 32. — λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περι
 λαι καὶ ἐπανείρεσθαι τὸν ἄνδρα, ἴμο νερο ἐπανείρεσθαι id
 ἐπανερωτήσαι. I. 67: ἔπεμπον — ἐπειρησομένους — εἰρωτῶσι δὲ
 λέγει ἢ Πυθίη, et paullo ante: ἐπειρώτεον. III. 22. εἰρώτα
 ἐπείρετο. 23. ἀντειρομένων id est ἀντερωτησάντων. Haec igi
 ratio apud Herodotum perpetua est ut in Attica: ἐρωτῶ, ἡ
 των, ἡρώτησα et ἡρόμην, ἐπηρόμην, ἀντηρόμην, ἐπανηρόμην,
 ἐρωτήσω et ἐρήσομαι, ἐπερήσομαι, ἀντερήσομαι. Quod legitur
 Sophoclis *Philocteta* vs. 499:

ἀναξίου δὲ Φωτὸς ἐξερήσομαι.

et in *Aiace* vs. 103:

ἢ τοῦπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὄπου;

formatum est Tragicorum consuetudine qui *ξροῖδα* et *ἐξεπίσαι*
 dicebant pro *οῖδα* et *ἐπίσαι*. Ἐρήσομαι hominum est, ἐξε
 σομαι deorum atque heroum.

Homerus praesentis forma εἶρομαι, εἶραι utitur pro ἐρω
 ἔρωτᾶς

οὔτ' εἶρομαι οὔτε μεταλλῶ.

et:

εἶραι ὀππόθεν εἰμέν.

sed nulla huius formae apud Herodotum vestigia sunt.

I. 88: Κῦρος δὲ αὐτὸν (*Croesum*) λύσας κατ'εἶσε ἐγγυὸς ἐωσι
 Scribe κατῖσε a verbo κατίζω (*καθίζω*), sed longum iῶτα
 diphthongum EI scribebatur in libris vetustis, cuius consue
 dinis passim apparent vestigia in libris nostris, veluti III. εἰ
 περιτεῖλαι — περιτετιλμένη, VI. 28: δειμαινούσης pro λιμαι
 σης, et saepius ἐκτεῖνειν pro ἐκτίνειν et εἶσε pro ἴσε et κατε
 pro κατῖσε et similia complura. cf. cap. 89: κάτισον τῶν δε
 Φόρων ἐπὶ πάσῃσι τῆσι πύλῃσι Φυλάκουσ. II. 121. ε: τὴν θυ,
 τέρα κατίσαι ἐπ' οἰκήματος.

Eodem modo dicitur ὑφιζεῖν (*ὑπίζειν*) ἄνδρας et παρίζειν V. ε
 παρίζει Πέρση ἀνδρὶ ἄνδρα Μακεδόνα.

I. 89: κάτισον — Φυλάκουσ, εἰ Λεγοντων πρὸς τοὺς ἐκφέ
 τας τὰ χρήματα ἀπαιρούμενοι ὡς σφεα ἀναγκαιῶς ἔχει δεκκι
 θῆναι τῷ Δί.

Imperativus λεγοντων cum pronomine relativo componi :

potest, at tu duabus litterulis repetitis scribe: — Φυλάκους· οἱ ΔΕ λεγόντων.

I. 91: ὅσον δὲ ἐνέδωκαν αὐται ἤνυσεν ΤΕ καὶ ἐχαρίσατό οἱ.

In libris est ἤνυσΑΤΟ καὶ ἐχαρίσατο, quod sanissimum est et non tangendum. Notum est quid sit ἀνύσασθαι, ut in Pluto: *κᾶν ταῦτ' ἀνύσηται τετταράκοντα βούλεται.*

Aeschylus *Prometh.* 700:

τὴν πρὶν γε χρεῖαν ἤνυσασθ' ἐμοῦ πάρα.

quantum fata dederunt, inquit, IMPETRAVIT, et ei gratificatus est.

I. 91: προηγόρευε γὰρ οἱ Λοξίης ἦν φρατεῖνται ἐπὶ Πέρσας μεγάλην ἀρχὴν [αὐτὸν] καταλύσειν.

Optime R αὐτόν omittit.

I. 94: Φασὶ δὲ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν — κατεγεώσας ἐκωτῶν ἐξευρήΜΑ γενέσθαι.

Imo vero ἐξευρήΜΑΤΑ γενέσθαι. cf. I. 171: καὶ σφι τριξὰ ἐξευρήματα ἐγένετο τοῖσι οἱ Ἕλληνες ἐχρήσαντο.

I. 105: ἔσι δὲ τοῦτο τὸ ἱρόν — πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα ταύτης τῆς θεοῦ· καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ [ἱρόν] ἐνθεῦτεν ἐγένετο.

Vel auris admonet molestum ἱρόν eliminari oportere.

I. 111: παιδίον ἀσπαῖρόν τε καὶ κραυγαΝΩμενον.

Non est verbum Graecum κραυγανᾶσθαι pugnant et cum analogia et cum loquendi usu. Ex κραυγή nasci potuit κραυγάζειν et κραυγάζεσθαι, et quia in Vaticano libro κραυγανΟμενον scriptum est fieri potest ut Herodotus κραυγαΖΟμενον dederit.

Sed haec omnia gravi incommodo premuntur; nempe recens nati pueruli non *clamare* et *vociferari* solent, sed *vagire* et *plorare*, id quod Graece κλαυθυριζεσθαι dicitur. Esse hoc verbum antiquum testis est Aelius Dionysius apud Photium:

Κλαυθυριζεται καὶ κλαυθυριεῖται λέγουσιν (οἱ Ἄττικοί) οὐ κλαίει καὶ κλαύσει.

et Hesychius:

Κλαυθυριζομένωνι κλαιδόντων.

Omnia essent plana et expedita si legeretur: *παιδίον ἀσπαιρῶ τε καὶ κλαυθυμριζόμενον.*

I. 113: τὸν μὲν ἔφερε θανατώσων παῖδα τοῦτον ΜΕΝ παραδίδ τῆ ἑαυτοῦ γυναικί.

Mendose in R omisso altero μὲν scriptum est, τοῦτον παραδίδοι, praeter Herodoti consuetudinem, qui ita solet: II. 121 τὸν μὲν καλέουσι θέρος τοῦτον μὲν προσκυνέουσι, et multis aliis locis, quorum unum operae pretium est apponere II. 26: δὲ — τοῦ οὐρανοῦ τῆ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμῶν ἐστῶ. ταύτη μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ γᾶσις καὶ τῆς μεσαμβρίας, τῆ δὲ νότος νῦν ἔστηκε, ταύτη δὲ ὁ βορέης.

I. 114: τῷ δὲ τινι τὰς ἀγγελίας Φέρειν ἐδίδου γέρας.

Quod natura rei et dicendi usus postulant ἀγγελίας ἔσφερε diserte in R scriptum est. cf. III. 77: ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι. vide ad III. 34. ubi τὰς ἀγγελίας ἐσέφερε videtur scribendum, pro ἐφόρει.

I. 116: ἐπεὶ δὲ ὑπελέλειπτο ὁ βουκόλος μῶνος μουνωθέντα ταῖ αὐτὸν εἶρετο ὁ Ἄστυάγης.

Vera lectio elici potest ex Codice Vaticano, in quo legitur μῶνος μουνωθέντα δέ. Corrigendum est μῶνος μουνόθεν ταῖ εἶρετο. Antiqua scriptura ΜΟΤΝΟΘΕΝΤΑΔΕ scribas fefelli Μῶνος μουνόθεν dicitur ut apud Homerum οἶσθεν οἶος, et Attica μόνος πρὸς μόνον, μόνος μόνῳ, si quis remotis ἀπίσ agit cum aliquo ut Astyages cum bubulco.

I. 116: ἐσήμαινε τοῖσι δορυφόροις Λαμβάνειν αὐτόν.

Excidit praepositio et restituendum: δορυφόροις ΣΤΛαμβάνειν αὐτόν, non enim *capere* sed *prehendere* hominem satellit iussit. cf. II. 114: ἄνδρα τοῦτον συλλαβόντες ἄγετε παρ' ἐμῆ et post pauca: συλλαμβάνει τὸν Ἀλέξανδρον.

I. 119: Ἄρπαγος — μεγάλα ποιησάμενος ὅτι — ἐπὶ δεῖπν ἐκέκλητο.

Quod in Attica dicitur περὶ πολλοῦ ποιῆσθαι, apud Herodotum est μέγα ποιῆσθαι, non μέγала. Omnes libri servat

V. 24: μέγα ποιεύμενος βασιλέος σύμβουλος γενέσθαι, et VIII. 3: μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα. Sed vitiose IX. 111: μεγάλα μὲν ποιεύμαι ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς σῆς, ubi R habet verum μέγα μὲν. Contra III. 42: μέγα ποιεύμενος ταῦτα vitiose in R scriptum est μεγάλα.

I. 120: ἡμῖν σεο καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστὶ.

Arctius haec coniuncta sunt in R. σεο ΤΕ καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς et recte quidem.

I. 123: ἐόντι τῶν ἡλικῶν ἀνδρῆσιτάτω.

Scribendum Ionice ἀνδρῆσιτάτω, ut γυναικῆσιος, οἰκῆσιότατος, et similia omnia.

I. 125: Φροντίζων δὲ εὔρισκεΤΑΙ ταῦτα καιριώτατα εἶναι.

Comperitur Graece dicitur εὔρισκειν, non εὔρισκεσθαι. Itaque εὔρικε scribendum est, vel potius ab R qui obtulit accipiendum. cf. I. 79: εὔρισκε πῆγμα οἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύναίτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδεις I. 137: ἦν εὔρισκε πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων.

I. 125: Κύρος μὲν ταῦτα προηγόρευσε.

Opponuntur inter se προαγορεύω impero et ἀπαγορεύω veto. Utriusque verbi ut in Attica sic apud Herodotum haec formae sunt:

praesens προαγορεύω, ἀπαγορεύω.

futurum προερέω, ἀπερέω.

aoristus προεῖπον, ἀπεῖπον.

perfectum προεῖρηκα, ἀπεῖρηκα.

perf. passivum προεῖρηται, ἀπεῖρηται et προεῖρημένον, ἀπεῖρημένον.

cf. III. 61 sq. προερέοντα — προηγόρευον — προηγόρευε.

III. 51: ἀπηγόρευε — ἀπεῖρημένον.

I. 155: ἀπειπέ σφι ὄπλα μὴ ἐκτῆσθαι.

Forma ἀγορεύω, ἀπαγορεύω cet. non ultra praesens et imperfectum procedit. Itaque Herodotus neque προηγόρευσε neque ἀπηγόρευσε dicere potuit sed προεῖπε et ἀπεῖπε. Ad hanc lucem scripturae vitiosae facileprehenduntur. I. 22: ταῦτα δὲ ἐποίησε καὶ προηγόρευε, lege προηγόρευε. I. 74: Θαλῆς — προηγόρευσε

ἔσσεσθαι I. 125: κῦρος — προηγόρευσε. Haec quoque facili negotio emendari poterunt si meminimus Herodotum *ιασί* pro aoristo imperfectum usurpare et in aliis sexcentis ut ἔλεγε pro εἶπε, et in verbo ἀγορεύειν cum compositis omnibus. I. 91: προηγόρευε γάρ οἱ Λοξίης — μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν. VI. 37: προηγόρευε μετιέναι. VIII. 137: προηγόρευέ σφι ἀπαλλάσσεσθαι. VIII. 116: ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι. III. 51: ἀπηγόρευε μὴ δέκεσθαι. et multis aliis locis. Ἐγόρευον pro εἶπον legitur et alibi et I. 60. ἐξηγόρευε IX. 89. Est in his omnibus certa dicendi consuetudo semper et ubique sine ulla exceptione τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν. Diversissima miscet et verbis ludit Lachmann a Steinio laudatus pag. XLVIII. ubi dicit: „*omnium constantiam in dicendo scribendoque quaerere animi illiberalis esse.*” in plerisque enim certus et constans dicendi usus est, in aliis consuetudo est varia: itaque qui in universum de omnibus pronuntiat οὐδὲν λέγει.

Herodotus in primis τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει sibi que in dicendo mirifice constat, quo certior et evidentior emendatio est ubi scribarum vitio sibi ipse dissimilis reperitur.

Proferre iuvat unum exemplum, in quo consuetudo varia est. Perinde bene dicitur τίνυσθαι, τίσασθαι, ἀποτινύσθαι, τιμωρέσθαι τινος et τινός εἵνεκα (εἵνεκεν).

III. 47: τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἀρπαγῆς.

III. 127: τίσασθαι πάντων τῶν ἀδικημάτων εἵνεκεν.

III. 145: καὶ σφεας ἐγὼ τιμωρήσομαι τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος.

IV. 4: τῶνδε εἵνεκα τίσασθαι βουλόμενος.

IV. 118: τίσασθαι τῆς πρόσθε δουλοσύνης βουλόμενος.

VI. 101: ἀποτινύμενος τῶν ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν.

VII. 20: τῶν εἵνεκεν ὕπερον Δαρεῖος ἐτιμωρέετο.

I. 126: βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι ἕσι τὰδε τε καὶ ἄλλα μύρια ἀγαθὰ, οὐδένα πόνον δουλοπρεπέα ἔχουσι, μὴ βουλομένοισι δὲ [ἐμέο πείθεσθαι] εἰσὶ ὑμῖν πόνου τῷ χθιζῶ παραπλήσιοι ἀναριθμητοί.

Non est elegantiae Herodoteae inutile et aurem laedens ἐμέο πείθεσθαι sic iterare.

Magistelli sedulo elegantes huiusmodi ellipses ineleganter supplere solebant.

I. 134: οὔτοι δὲ καὶ τῶν ὀμύρων (ἤρχων), οἱ δὲ ΜΑΛΛΑ τῶν χομένων.

Pro μάλα, quod sensu cassum est, emenda πάλιν. Non infrequens haec confusio est, ut infra videbimus ad I. 181.

I. 141. in lepida Cyri fabula tibicen ad pisces in litore palpitantes ita dicit: πύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι ἐπεὶ οὐδ' ἐμέο αὐλέοντος ἤελετε ἐκβρίνειν ὀρχεόμενοι.

Imo vero ἐκβρίνειν ὀρχεόμενοι, non enim saltantes, sed saltaturi, ad saltandum dicuntur e mari exire noluisse.

I. 143: οἱ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τὸ οὐνομα, — αἱ δὲ δωδέκα πόλεις — τῷ οὐνόματι ἠγάλλοντο.

Perspicuum est ἔφευγον scribi oportere: *Iones vocari volebant*, non ποίμεναι. Sic optime inter se opponuntur ἔφυγον — ἠγάλλοντο.

I. 148: — Ἴωνες ἀγεσκον ὄρτην τῇ ἔθεντο οὐνομα Πανιώνια. [πεπόνθασι δὲ οὔτι μῦνοι αἱ Ἴωνων ὄρται τοῦτο ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων πάντων ὁμοίως πᾶσαι ἐς τὸ αὐτὸ γράμμα τελευτῶσι κατὰ περ τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα.]

Hanc Herodoti observatiunculam (πεπόνθασι — τὰ οὐνόματα) Stein spuriam esse ratus excludi iussit invito ut opinor Herodoto, qui iure queri posset eripi sibi ea, quae se primum vidisse gaudebat. Sed leve hoc est, inquires, et futile. Talia scilicet pariebat antiquitas grammatica ars adhuc in cunis vagiens et ψελλίζουσα, iisque impense delectabantur historici et philosophi, ut et etymologiis quantumvis absurdis.

Eiusdem farinae est quod de Persarum nominibus observavit I. 139: τὰ οὐνόματα (τῶν Περσέων) — τελευτῶσι πάντα ἐς τὸ αὐτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ σίγμα. additque, unde eum hoc invento gaudere apparet: ἐς τοῦτο ἠζήμενος εὐρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα οὐ τὰ μὲν τὰ δ' οὐ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Quae quum sint sine controversia genuina, apparet non esse tangendam alteram de genere hoc observationem paene gemellam. Quod autem nostro loco epetit: κατὰ περ τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα indicio est Herodoto nisi hanc animadversionem satis placuisse.

Praeterea ipsa oratio non grammaticum nescio quem arguit sed veterem aliquem scriptorem Ionicum loqui. Quis enim grammaticus, ut hoc utar, dixisset: πεπόνθασι τοῦτο eo sensu.

Etiam etymologia illo tempore in cunis vagiebat. Argumentum esto locus Herodoti II. 52: ubi vocabuli θεός originem aperit. θεοὺς προσωνόμασαν, inquit, ὅτι κόσμῳ ΘΕΝΤΕC τὰ πάντα πρήγματα - εἶχον.

Habent haec studia incredibilem omnibus hominibus suavitatem, praesertim iis qui minus in his rebus exercitati aliquid novi sibi reperisse videntur.

I. 149: Αἰγίρεςσα.

Quia apertum est urbi nomen esse impositum a copia τῶν αἰγείρων, necesse est legere Αἰγίρεςσα.

Paullo ante pro ΛήρισAI restitue ΛήρισA.

I. 151: τὴν γὰρ ἔκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκόμενην, et post pauca: ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκεῖται πόλις.

Corrigendum οἰκήμενην et οἰκῆται, ut solet Herodotus dicere passim οἰκῆμαι, οἰκέαται, οἰκέατο, οἰκῆσθαι, οἰκήμενος cet. omnia sine augmento, ut ὄρμημαι, ὄρμέαται, ὄρμέατο, ὄρμημένος. Raro in his libri variant, et ut plurimum formae veteres sine mendo servatae sunt.

I. 152: Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐ πως ἐσήκουον.

In libris est οὐ πως ἤκουον. Stein: „ἐσήκουον correxi.” Simplicius corrigendum est: οὐκ ἔσχηκουον. cf. I. 214: ὡς οἱ Κύρος οὐκ ἐσήκουε. et saepius alibi. Ionicum ἐσακούειν respondet Attico ὑπακούειν. IV. 133: ἤνπερ γε ἐθέλητε ἐσακούειν.

Ut ὑπακούειν in Attica, sic Ionice ἐσακούειν dativum regit. VI. 86: ὡς οἱ οὐδὲ οὕτω ἐσήκουον οἱ Ἀθηναῖοι.

I. 152: ἔπεμπον ἐς Σάρδις σφέων αὐτῶν τὸν δοκιμώτατον — ἀπερέοντα Κύρῳ Λακεδαιμονίαν ῬΗCIN γῆς τῆς Ἑλλάδος μηδεμίαν πόλιν σιναμωρέειν.

Incongruum est ἀπαγορεύειν τινὶ ῤῥῆσιν. Plana erunt omnia ubi correxeris Λακεδαιμονίαν ῤῥῆMACI, *Lacedaemoniorum verbis*. Ἀπαγορεύω, cuius verbi futurum est ἀπερέω, sequente μὴ sem-

er significat *velo*. cf. I. 155: ἄπειπέ σφι — ὅπλα ἀρήϊα μὴ πτήσθαι. III. 51: ἀπηγόρευε μὴ μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. cui respondet cap. 52: οὐδὲ ἐδικαίου πειρᾶσθαι ἀπειρημένου. VII. 149: ἔπαγορεύοντας μὴ ποιεῖσθαι. VIII. 116: τοῖς παισὶ ἀπηγόρευε μὴ γρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, et saepius alibi.

I. 153. in libris est: ταῦτα ἐς τοὺς πάντας Ἕλληνας ἀπέρριψε ὁ Κῦρος τὰ ἔπεα ὅτι ἀγορὰς Κτησάμενοι ὠνῆ τε καὶ πρήσι χρέωνται.

Planissime assentior Steinio Κτησάμενοι reponenti pro Κτησάμενοι. cf. VI. 58: ἀγορὴ δέκα ἡμερῶν οὐκ ἴσαται σφι.

I. 155: — ἀναμάρτητον εἶδον καὶ τῶν πρότερον καὶ τῶν νῦν Ἑσείων.

Quod dubitanter coniecit Editor τῶν νῦν Ἑσείων unice verum est et recipiendum. Post pauca eodem sensu dixit: τὰ δὲ νῦν παρεόντα.

I. 156: Κῦρος δὲ ἤσθεις τῆ ὑποθήκῃ — ἔφη οἱ πειθεσθαι.

Emenda πείθεσθαι. cf. V. 19: ἀμφὶ δὲ ἀπόδω τῆ ἐμῆ πείσομαι τοι, et omnes in tali re futuro utuntur.

I. 159: — ὅσα ἦν νεοσσευμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῶ.

Graeculorum est νεοσσεύω pro νεοσσεύω, et male spernitur νεοσσευμένα quod Portus restituit.

Phrynichus pag. 206: Νοσσός, νεοσσίον ἀμφοῖν λείπει τὸ εἰς διὰ τοῦτο ἀδόκιμα.

Emendate scriptum est apud Herodotum III. 111: ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, et: ἐπὶ τὰς νεοσσιάς.

I. 159: ἄναξ, αὐτὸς μὲν οὕτω τοῖσι ἐκέτησι βοηθείς, Κυμαίους δὲ κελεύεις τὸν ἐκέτην ἐκδιδόναι. τὸν δὲ αὐτὶς ἀμείψασθαι τοισίδε· [ναί, κελεύω] ἵνα Γε ἀσεβήσαντες θάσσον ἀπόλησθε.

Spuria sunt verba ναί, κελεύω, quorum notio inest in ἵνα γε. Aeschylus *Prometh.* vs. 377. Oceano, qui dixerat:

οὐκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις ὅτι
ὀργῆς ζεύσεως εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

respondet Prometheus:

ἐάν τις ἐν καιρῷ ΓΕ μαλθάσση κέαρ.

id est NAI, ἐάν τις ἐν καιρῷ (sine γε) μαλθάσση κέαρ.

Ibid. vs. 773:

πῶς εἶπας; ἢ ἴμὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;

ΠΡ. τρίτος ΓΕ γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.

id est NAI, ὁ τρίτος καὶ δέκατος. et vs. 767:

ΙΩ. ἢ πρὸς δάμαρτος ἐξανίσταται θρόνων;

ΠΡ. ἢ τέξεται ΓΕ παῖδα Φέρτερον πατρός.

id est NAI, ἢ τέξεται παῖδα Φέρτερον πατρός.

I. 163: Ἄργανθώνιος ἐτυράννευσε Ταρτησοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωCE δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

Forma ἐβίωσα pro ἐβίων (βιῶναι, βιούς) sequioris aetatis est et reponendum ἐβίω δέ. cf. IX. 10: μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιούς ἀπέθανε, ubi Codex R servat verum ordinem οὐ πολλὸν τινα χρόνον.

Post pauca scribe: οὕτω δὴ τι - ὥστ'Ε pro ὡς. sic. I. 185: οὕτω δὴ τι ἐποίησε σκολιὸν ὥς κτέ, et sic passim.

Praeterea recipienda erat emendatio G. Hermanni: ἐβίω δὲ ΤΑ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν. I. 214: βασιλεύσας τὰ πάντα ἐνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα.

I. 165: ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἤξειν πρὶν ἢ τὸν μῦθρον τοῦτον ἀναφανῆναι.

Libri omnes ἀναφῆναι recte a Reiskio emendatum. cf. II. 15: τὸ Δέλτα — νεωστὶ ὡς λόγῳ εἰπεῖν ἀναπεφηνός. VII. 198: ποταμὸς — τὸν βοηθέντα τῷ Ἡρακλεῖ καιομένῳ λόγος ἐστὶ ἀναφανῆναι. Quidquid enim ex profundo emergit dicitur ἀναφαίνεσθαι.

I. 167: τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας οἳ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἳ Τυρσηνοὶ * * * * * ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῶ πλείους (Codices πλείους) καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν.

Manifestam lacunam sententia duce etiamnunc sic supplendam esse existimo: — καὶ οἳ ΤΥΡΗΝΟΙ (πρὸς ἀλλήλους διέλαχον καὶ οἳ μὲν Καρχηδόνιοι ἐλάσσονάς τε ἔλαχον καὶ λύτρα πρηξάμενοι ἀπῆκαν, οἳ δὲ ΤΥΡΗΝΟΙ) ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῶ πλείους καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν.

Sic enim apparet simul quo pacto sit orta lacuna scribae

oculis a priore ΤΤΡCHNOI ad posterius aberrantibus, et contraria contrariis opposita ἀπήκαν et κατέλευσαν prorsus cum loci sententia congruunt.

I 167: ἐνθεῦτεν ὀρμεόμενοι ἐκτHCANTO πόλιν —, ἐκTICAN δὲ ταύτην κτέ.

Recte dicuntur κτήσασθαι πόλιν qui urbem ab aliis conditam *εσπερυνί*. Sed quia apparet esse novam urbem ab ipsis conditam corrigendum est ἐκTICAN πόλιν.

I. 168: ὑπὸ Θρηϊκῶν ἐξελασθείς.

Vitiosa Graeculorum forma est ἐξηλάσθην pro ἐξηλάθην et undique expellenda. Moeris: Ἀπελαθείς Ἀττικῶς, μετὰ δὲ τοῦ C Ἑλληνικῶς, idque et analogia et postarum testimonia confirmant. Aeschylus *Eumen.* 288:

Φόβου καθαρμοῖς ἤλαθην χοιροκτόνοις.

Sophocles *Oedip. Colon.* 599:

οὕτως ἔχει μοι γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην.

cf. Pierson ad Moeridem pag. 13 ad Ἀπηλάθη Ἀττικῶς, ἀπηλάσθη Ἑλληνικῶς.

I. 169: ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοὶ περὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος μαχόμενοι.

Legendum ἕκαστος μαχόμενος. Aristophanes *Plut.* vs. 784:

νύττουσι γὰρ καὶ Φλώσι τάντικνήμια

ἐνδεικνύμενος ἕκαστος εὐνοϊάν τινα.

cf. III. 82: αὐτὸς γὰρ ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι — ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνεύονται. III. 128: ἄνδρες τριήκοντα ὑπέστησαν αὐτὸς ἕκαστος ἐθέλων ποιεῖν ταῦτα.

Quod coniecit Schweighauser ἕκαστοι μαχόμενοι admitti non posse declarat numerus singularis in περὶ τῆς ἑωυτοῦ.

I. 171: ἄτε δὴ Μίνω [τε] κατεσραμμένου γῆν πολλὴν καὶ εὐτυχεόντος τῷ πολέμῳ τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώτατον τῶν Ἰνέων ἀπάντων — μακρῷ [μάλισα].

Expunge molestam particulam τε alieno loco interpositam.

Deinde μάλισα expellendum. Rectissime cum superlativis componitur μακρῷ, ut μακρῷ πρώτος, ἄριστος, I. 60: πρῆγμα

εὐηθέσατον μακρῶ, et similia passim. Scioli addiderunt μάλις, quod recte habet ubi non alius superlativus additus est, ut II. 41: πάντων μάλις μακρῶ, et II. 136: μακρῶ μάλις πάντων.

I. 171: τέως δὲ ἄνευ ὀχάνων ἐφόρειον τὰς ἀσπίδας πάντες — τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰηκίζοντες; περὶ τοῖσι αὐχέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι.

Dicuntur haec de heroibus Homericis. Iliad. Ξ 405:

τῇ ῥα δύο τελαμῶνε περὶ σῆθεσσι τετάσθη
ἦτοι ὁ μὲν σάκεος ὁ δὲ Φασγάνου.

ubi annotat Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι καὶ τὰ ξίφη καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκ τελαμώνων ἀνήπτον. cf. Lehrs *Aristarch.* pag. 194. Ex Homeri locis colligas non ἀριστεροῖσι ὤμοισι dicendum fuisse, sed δεξιτεροῖσι. Etiam περικείμενοι non videtur sanum esse. Rectissime dicitur περίκειμαι σέφανον, πῖλον, τιάραν, περικεφαλαίαν et sim. quae caput cingunt, sed τελαμῶσι σκυτίνοισι περικείμενοι perperam et vitiose dictum est. Suspicio igitur duabus litterulis additis scribendum esse: τελαμῶσι — περικειμένΟΙCΙ.

Herodotus loquitur de iis quae non ipse viderat sed aut fando audiverat aut legendo cognoverat.

I. 172: μετέπειτα, ὡς σφι ἀπέδοξε ἔδοξε δὲ τοῖσι πατρίοισι μῶνον χρᾶσθαι θεοῖσι.

Rectissime dicitur I. 155: Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἐσήκουον, ἀλλ' ἀπέδοξέ σφι μὴ τιμωρέειν ἴωσι, sed alia est huius loci ratio. Sententia postulat: ὡς σφι ΜΕΤέδοξε [ἔδοξε δὲ del.] τοῖσι πατρίοισι μῶνον χρᾶσθαι θεοῖσι. Μετέδοξέ σφι significat *mutata* (pristina aut vetere) *sententia iis placuit*. Eadem notio et compositio est verborum μεταγιγνώσκειν et μεταβουλεύεσθαι, de quibus dicam ad VII. 15.

I. 173: τέως (leg. ἕως) μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδῶν ἦρχε, οἱ δὲ ἐκαλέοντο — ὑπὸ τῶν περιόικων [οἱ Λύκιοι] Τερμίλαι.

Dele putidum emblemata namque οἱ δὲ sunt οἱ Λύκιοι.

Videtur antiquitas ad ΟΙ ΔΕ adscriptum fuisse οἱ Λύκιοι, quod postea in importunam sedem irrepsit.

De ἕως et Τέως confusis dixi ad I. 86.

Amat Herodotus verba sic componere: ἕως μὲν — ἦρχε, οἱ δὲ

πτέ. cf. IV. 123: ὕσον μὲν δὴ χρόνον οἱ Πέρσαι ἦϊσαν — οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σίνεσθαι. IX. 6: ἕως μὲν προσεδέκοντο — οἱ δὲ ἔμενον, et alibi passim.

I. 173: ἐξελασθεῖς ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ.

Hoc quoque est τοῦ πονηροῦ κόμματος pro ἐξελασθεῖς. Vitiosa Græculorum συνήθεια hanc quoque maculam passim scriptoribus antiquis affricuit.

I. 173: καὶ εἰ μὲν [γε] γυνὴ ἀσὴ δούλω συνοικήσῃ γενναῖα τὰ τέκνα νεύμειται.

Quid sibi vult in tali re γε additum? Nihil prorsus. Itaque sine mora expungendum.

I. 174: ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς Βουβασείης.

Omnes libri βυβλεσίης. Mendum est pervetus et omnibus libris nostris antiquius. Correxerit Is. Vossius. Ut videmus AC et ΔE confundi, sic AC et ΔE confusa sunt in lepidissimo Telelidis fragmento apud Photium v. Σεῖσαι:

ἀλλ' ὡς πάντων ΔE τῶν λῶσοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσασθαι.

Porson verum vidit: ἀλλ' Ὡ πάντων ἈCτῶν λῶσοι.

I. 174: ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης πλὴν ὀλίγης περιρροῦ.

Imo vero περιρροῦ, ut omnes in tali re loqui solent. cf. V. 42: Λιβύη — ἐούσα περίρρυτος. IV. 45: εἰ περίρρυτος ἐσι. t antiquiore forma epica in oraculo IV. 163 et 164 ἀμφίρρυτος.

I. 174:

Ζεὺς γὰρ κ' ἔθηκε νῆσον εἴ K' ἐβούλετο.

κ' est ἐάν, ἤν, quod et coniunctivum postulat et a loci sententia abhorret.

Recte Bekker emendavit: εἴ Γ' ἐβούλετο, quod olim receptum portuit.

I. 176: ταῦτα δὲ ποιήσαντες — ἀπέθανον πάντες [Ξάνθιοι] ἐαχόμενοι.

Expunge supervacaneum et molestum Ξάνθιοι. Arguit inter-

polationem inepta vocabuli sedes. Dixisset saltem: ταῦτα δὲ ποιήσαντες οἱ Ξάνθιοι ἀπέθανον πάντες μαχόμενοι.

I. 177: τὰ μὲν νυν κάτω τῆς Ἀσίας Ἄρπαγος ἀνάστατα ἐποίησεν, τὰ δὲ ἄνω [αὐτῆς] αὐτὸς Κῦρος.

Expelle ineptum pronomen αὐτῆς. Quam κακόφωνον est αὐτῆς αὐτός!

I. 178: τάφρος μὲν πρῶτά μιν βαθέα τε καὶ εὐρέα [καὶ] πλήθυστος περιθέει.

Vitiose abundat καί, quod recte in Codice R omissum est.

Post pauca quid lateat in verbis: ὁ δὲ βασιλῆος πῆχυς τοῦ ΜΕΤΡΙΟΥ ἐστὶ πῆχυς μέζων τρισὶ δακτύλοισι, non exputo.

Diu et multum cogitavi quid tandem ex ΜΕΤΡΙΟΥ exsculpi possit quod ad rem faciat. Quid si Herodotus dederit τοῦ ἡμετέρου aut τοῦ ἡμετερείου, si quidem ita dici potest pro τοῦ πατρῴου ἡμῶν?

I. 179: ἔστι δὲ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὀκτὼ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος. ἸC οὖνομα αὐτῆ ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας. Ἰς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὖνομα. — οὗτος ὢν ὁ [Ἰς] ποταμὸς κτέ.

Quae auris ineptum hoc additamentum ferre potest?

I. 181: ἐν δὲ Φάρσει ἑκατέρῳ τῆς πόλεως ἐτετεύχιστο [ἐν μέσῳ] ἐν τῷ μὲν τὰ βασιλῆα —, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Διὸς Βήλου ἱρόν.

Stein: „ἐν μέσῳ seclusi ab Opperto admonitus.” Multo melius sic locum restitues: ἐτετεύχιστο ἘΝ ΜΕΝ ΤΩΙ τὰ βασιλῆα.

Ἐν μὲν τῷ corruptum est in ἐν ΜΕΩΙ, et deinde locus male correctus est.

I. 181: ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε καὶ ἕτερος ΜΑΛΑ ἐπὶ τούτῳ.

Absurdum est in tali re μάλα, sed sententia facile demonstrat verum esse καὶ ἕτερος ΠΑΛΙΝ ἐπὶ τούτῳ. Notavimus eiusdemmodi errorem supra I. 134, et recurrit vitium idem IV. 68: ἦν δὲ οἱ ἐπελθόντες μάντιες ἀπολύσῃσι, ἄλλοι πάρεσι μάντιες καὶ ΜΑΛΑ ἄλλοι, imo vero: καὶ ΠΑΛΙΝ ἄλλοι.

L 185: οἱ ἄν κομίζονται ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα καταπλέοντες [ἐς] τὸν Εὐφρήτην ποταμόν.

Ἐς a Schweighaeusero expunctum ferri non potest sed requiritur alia praepositio: καταπλέοντες ΚΑΤΑ τὸν ποταμόν, *secundo flumine*. Ὡς καταπλεῖν κατὰ τὸν ποταμόν dicebant, sic et ἀναπλεῖν ἀνὰ τὸν ποταμόν. cf. II. 4: ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἑπτά ἡμερέων ἐς ἀνὰ τὸν ποταμόν.

L 186: τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαιρέσκον, optime solus R pro ἀπαιρέσκον, et cap. 187: ὑπὲρ τῶν λαοφόρων πυλέων idem liber plus servavit pro λαοφόρων.

L 187: λαβέτω ὅσα βούλεται χρήματα μὴ μέντοι [γε] μὴ σπανίσας γε ἄλλως ἀνοιξῆ.

Eliminandum est prius γε. Numquam boni scriptores μέντοι γε coniungunt sed unum aut alterum vocabulum interponunt. cf. VIII. 42: οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιλίου ἐών. VIII. 94: τούτους μὲν — οὐ μέντοι αὐτοὶ γε. IX. 15: οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτο ἐποιέετο. I. 196: οὐ μέντοι νῦν γε διατελεῖ ἐών.

L 189: ὁ Κύρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγένετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῶ. — τοῦτον δὲ τὸν [Γύνδην] ποταμόν κτέ.

Tolle insulsum additamentum. Quibus tandem puerulis hae ineptiae annotabantur?

L 191. In libris est: εἰ μὲν νυν προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τοῦ Κύρου ποιούμενον ΟΤΔ' ἄν περιιδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν διέφθειραν κάκιςα.

Simplicissima et felicissima emendatione Fr. Palm huius loci tenebras discussit. Reposuit ΟΙ Δ' ἄν (οἱ δ' ἄν) — διέφθειραν κάκιςα. Herodotea haec est compositionis forma: cf. IV. 61: ἦν μὴ παρῆ λέβης οἱ δέ. IV. 65: ἦν μὲν ἢ πένης ὁ δέ. IV. 94: ἦν μὲν ἀποθάγη τοῖσι δέ. IV. 126: εἰ δοκέεις — σὺ δέ. V. 1: ἦν μὲν — τούτους δέ. VI. 30: εἰ μὲν — ὁ δέ. VIII. 115: εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὐροίεν. οἱ δὲ τὴν ποίην — κατήσθιον.

Nihil erat causae cur Stein alterum ἄν insereret in διέφθειραν [ἄν] κάκιςα.

Similis est verborum compositio. I. 196: ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον — οἱ δ' ἂν χρήματ' — ἐλάμβανον. II. 39: τοῖσι δ' ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες οἱ δ' ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν.

I. 192: ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον ἐδν Περσικὸν χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλέον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῆσι.

Multo melius in R scriptum est: ἀρτάβη μέτρον ἔστι Περσικὸν χωρέον μεδίμνου Ἀττικῶν κτέ.

Ex his solum Ἀττικοῦ Stein recepit.

I. 192: ἵπποι — πάρεξ τῶν πολεμιστηρίων.

In R legitur πάρεξ τῶν πολεμιστῶν, idque verum videtur et propter auctoritatem Codicis, qui tot veras lectiones solus servavit, et propter multorum usum. Theocritus XV. 51:

ἀδίστα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; τοὶ πολεμισταὶ
ἵπποι τῷ βασιλῆος.

Photius: Πολεμιστῆς ἵππος: — ὁ ἐν τοῖς ἀγῶσι σχῆμα φέρων ὡς εἰς πόλεμον ἡντρεπισμένος.

Itaque equi πολεμισταὶ appellantur, et curvus πολεμιστήρια ἄρματα. V. 413: τὰ Σαλαμινίων πολεμιστήρια ἄρματα.

I. 193: παρ' ὃν Νίνος πόλις οἴκητο.

Absurdae lectiones in A οἱ ωικητο, in B οἱ ώικητο, in R οἰκώκητο natae sunt ex scriptura ωικητο, correxit scriba suum errorem; dederat ωικητο et reposuit οἴκητο, quod unice verum est. Sic alibi scribae oscitantes pro ἰσῶμεν dederunt ἴσδμεν et μεγεάθεια pro μεγέθεια.

Herodotus non alia forma utitur quam οἴκηται, οἰκέαται, οἰκῆτο, οἰκέατο, οἰκημένον et sim. passim. Eadem ratio est in ὄρμηται, ὄρμέαται, ὄρμητο, ὄρμέατο, ut infra pluribus ostendam.

I. 194: οὔτε πρυμνήν ἀποκρίνοντες οὔτε πρῶρην συνάγοντες.

Legendum πρῶρην. Euripides Orest. vs. 362:

Μαλέξ προσίσχων πρῶρην· ἐκ δὲ κυμάτων.

Sophocles Philoct. vs. 482:

ἐς ἀντλίαν, ἐς πρῶρην, ἐς πρύμνην, ὅπου
ἦκισα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν,

et sic omnes veteres constanter.

In Herodoti libris omnibus proba forma *πρῶρα* ubique corrupta est.

I. 196: *μετὰ δὲ ὅκως αὕτη εὐρούσα πολλὸν χρυσίον πρηθείη ἄλλην [ἄν] ἀνεκέρυσσε.*

Expellendum est quod Stein sine ulla causa inseruit *ἄν*.

I. 196: *οἱ δ' ἄν χρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον.*

Revocandus e fuga est necessarius articulus *καὶ ΤΑC αἰσχίονας παρθένους*, ut recte praecedit: *ἄσοι μὲν δὴ ἔσκον εὐδαίμονες — ἔξωνέοντο ΤΑC καλλισειούσας.*

I. 196: *ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ὅτεφ βούλοιο ἕκασος οὐκ ἔξην οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέω ἀπάγεσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς [χρῆν] κατασήσαντα ἢ μὲν συνοικήσειν αὐτῇ οὕτω ἀπάγεσθαι.*

Interpolatum est a magistello *χρῆν*, quod loci sententiam onerat et compositionem verborum corrumpit. *τὸ ἔξης*, ut grammatici loquuntur, est *ἐκδοῦναι οὐκ ἔξην — ἀλλὰ ἐγγυητὰς κατασήσαντα ἀπάγεσθαι (ἔξην).*

I. 196: *ὁ μὲν νῦν κάλλιστος νόμος οὗτός σφι ἦν, οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἑὼν.*

Sententia requirit: *οὐ μέντοι νῦν γε διατελέει ἑὼν*. cf. II. 113: *ὁ νόμος οὗτος διατελέει ἑὼν ὅμοιος τὸ μέχρι ἐμεῦ ἀπ' ἀρχῆς.*

In iis quae continuo sequuntur rectissime Stein expunxit verba [*ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτὰς μηδ' εἰς ἑτέραν πόλιν ἄγωνται*] quae neque rei apta sunt et vulgari dialecto scripta. Agnoscitur etiam Graeculorum negligentia in compositione *μὴ ἀδικοῖεν — μηδὲ ἄγωνται*.

I. 198: *ἔρβρου δὲ γενομένου λούνται [καὶ] ἀμφότεροι.*

Rectissime R molestum *καὶ* omittit.

In formis verbi *λούειν* Iones et Attici consentiunt *λουσθαι* dicentes et *λουται*, *λούμενος*, *ἐλοῦτο*, *ἐλοῦντο* cet. Codices numquam discrepant: h. l. *λούνται* habent omnes et II. 37:

λουνται δὲ δις τῆς ἡμέρας. Contra λουόμενοι omnes III. 23. Ibid. III. 124. λούεσθαι A B, recte R λούσθαι. Omnes ἐλούτο III. 125. et IV. 75: οὐ γὰρ δὴ λούονται A B R, λούονται ceteri.

I. 199: οὐ γὰρ μὴ ἀπόσθται.

Solemni scribarum errore pro ἀπόσθται. Non facile post οὐ μὴ et ὄκως et ὄκως μὴ futuri temporis formae integrae servari solent.

I. 199: καὶ τῶπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δῶσεις ὦC μὴ λάμψαι.

Sic positum ὡς sensu cassum et mendosum est. Corrige: οὐκ οὕτω μέγα τι - ὦC (ῶ) μιν λάμψαι.

I. 202: ὁ δὲ Ἄράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσων εἶναι τοῦ Ἴηρου· νήσους δὲ ἐν αὐτῷ Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας συχνάς Φασι εἶναι.

Quid absurdius dici potest quam καὶ μέζων καὶ ἐλάσων! Herodotus scripserat Μάσων, id est μακρότερος. Vidimus μάσων et ἐλάσων stolidè confusa apud Xenophontem *Cyrop.* II. 4. 27. cf. *Nov. Lectt.* pag. 723.

In hac antiqua forma cernitur Grammaticorum incititia. Hesychius: Μᾶσσον; πλέον, μεῖζον. μικρόν, ἔλασσον. Erotianus: Μᾶσσον: Βακχεῖος μὲν Φησιν ἔλασσον, Ἡρακλείδης δ' ὁ Τερραντῖνος πλεῖτον. Nihil est in his veri. Homerus *Odyss.* Θ 203: ἦσειν ἢ τοσσοῦτον δῖομαι ἢ ἔτι μᾶσσον.

Nota et certa analogia clamat μάσων esse a μακρός, ut θάσων, ἐλάσων, βράσων (βραχύς), γλύσων. ut Xenophon dicit in *Αναβ.* ἄνω ἰέντες μακράν sic Homerus ἦσειν ἔτι μᾶσσον. In Euripidis *Medea* vs. 907:

μὴ καὶ προβαίῃ μεῖζον ἢ τὸ νῦν κακόν.

corrigendum: προβαίῃ ΜΑCCON.

I. 203: τὴν μὲν γὰρ Ἑλληνες ναυτίλλονται πᾶσαN, καὶ ἡ ἕξω σηλέων θάλασσα — καὶ ἡ Ἐρυθρὴ μία ἐοῦσα τυγχάνει.

Vera lectio est in A B ναυτίλλονται πᾶσα.

I. 205: ταύτην πέμπων ὁ Κῦρος ἐμνάτο τῷ λόγῳ θέλων γυναῖκα
 ἵν' ἔχειν.

Quid est γυναῖκα ἦν? Nihil prorsus. Sententia et dicendi usus
 suppeditant θέλων γυναῖκά MIN ἔχειν.

Continuo sequitur I. 205: ἡ δὲ Τόμυρις συνείσα οὐκ αὐτήν
 μιν μνάμενον ἀλλὰ τὴν Μασσαγετέων βασιλίην.

Emenda vel potius ex Codice R recipe συνείσα pro συνείσα.
 Eodem sensu apud Herodotum dicitur συνείσας et μαθῶν, sed μα-
 θῶν non corrumpitur, συνείσας saepius.

I. 207: τὰ δὲ μοι παθήματα [τὰ] ἔοντα ἀχάριτα μαθήματα
 γέγονε.

Obtemperatum oportuit Schaefero importunum articulum ex-
 pungenti.

I. 207: ἤδη ὧν ἔχω γνώμην περὶ τοῦ προκειμένου πρήγματος
 τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι.

Recipiendum ex R: ἤδη ὧν ἔΓΩ γνώμην ἔχω, propter op-
 positionem ἔμπαλιν ἢ οὗτοι.

I. 207: ἐσσωθεῖς μὲν προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν — νικῶν
 δὲ οὐ νικᾷς τοσοῦτον ὅσον εἰ διαβάς ἐς τὴν ἐκείνων [νικῶν Μασ-
 σαγέτας] ἔποιο Φεύγουσι.

Ostendit quid futurum sit victo; itaque προσαπολλέεις est re-
 ponendum, ut recte sequitur Φεύξονται et ἐλῶσι.

Praeterea retrahere ex fuga necessarium ἂν in hunc modum:
 νικῶν δὲ οὐ νικᾷς τοσοῦτον ὅσον ἂν εἰ — ἔποιο Φεύγουσι. id est
 ὅσον ἂν νικῆς εἰ ἔποιο.

Sic verba stulte interpolata νικῶν Μασσαγέτας ultro excidunt.

I. 207: νῦν ὧν μοι δοκεῖ διαβάντας προελθεῖν ὅσον ἂν ἐκεῖνοι
 Διεξίωσι.

Sensit Stein incongruum esse et rei non convenire verbum
 διεξιέναι et in annotatione posuit „ὑπεξίωσι?” quae sine contro-
 versia unice vera scriptura est cf. I. 208: προηγόρευε Τομύρι
 ἐξανναχωρεῖν et: ἡ μὲν δὴ ἐξανεχώρεε. Opponuntur inter se
 ὑπεξιέναι recipere se, retrogredi et ἐπιέναι. VII. 20: οὗτοι μὲν

ὑπεξήϊσαν, οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι ἐπήϊσαν. IV. 120: ἐβουλεύοντο ἰθυμαχίην μὲν μηδεμίαν ποιέεσθαι — ὑπεξιδόντες δὲ καὶ ὑπεξελώνοντες τὰ Φρέατα — συγχοῦν.

I. 207: τούτοισι ὧν τοῖσι ἀνδράσι τῶν προβάτων [ἀφειδέως] πολλὰ κατακόψοντας καὶ σκευάσαντας προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέρῳ δαῖτα, πρὸς δὲ καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἴνου ἀκρήτου. Ἀφειδέως semel vitiose abundat. Expungendum est prius, quia eadem notio inest in verbis: τῶν προβάτων ΠΟΛΛΑ κατακόψοντας.

I. 207: κείνοι ἰδόμενοι ἀγαθὰ πολλὰ τρέφονται [τε] πρὸς αὐτῶν. Tolle copulam, cui nullus hic locus est.

I. 209: οὐκων ἐστὶ μηχανὴ ἀπὸ τῆς ὄψιος ταύτης οὐδεμία τῶν μὴ Ἐκείνον ἐπιβουλεύειν ἐμοί.

Emendandum: τὸ μὴ ΟΤ κείνον ἐπιβουλεύειν ἐμοί. cf. II. 181: καὶ ἔστι τοι οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι. I. 108: Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι — μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. II. 51: Περιάνδρος οὐδεμίαν μηχανὴν ἔφη εἶναι μὴ οὐ σφι ἐκείνον ὑποθέσθαι τι.

I. 209: πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας καὶ ποίεε ὄκως ἐπεὰν ἐγὼ τάδε κατασρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὡς μοι καταστήσεις τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον.

Manifesto haec perturbata sunt et corrupta. Idem est ὄκως et ὡς, neque ἐκεῖ sanum est. Nulla difficultas superesset si scriberetur: καὶ ποίεε ὄκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε κατασρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, καταστήσεις μοι τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον.

Ὄκως et ὄκως μὴ apud Herodotum quoque cum futuro componuntur et ποίεε ὄκως cum futuro Herodotus amat dicere. I. 8: ποίεε ὄκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν. I. 9: σοὶ μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν ὄκως μὴ σε ὄψεται. V. 109: ποίειν — ὄκως ἔσαι — ἢ Κύπρος ἐλευθέρη. V. 23: ποίειν ὄκως μηκέτι — ἀπίξεται. V. 36: ποίειν ὄκως ἔσονται. I. 209: ποίεε ὄκως καταστήσεις. VII. 18: ποίεε δὲ οὕτω ὄκως τοῦ θεοῦ παραδιδόντος τῶν σῶν ἐνδεήσῃ μηδέν. sic R. In A B mendose scriptum est ἐνδεήσῃ. IX. 91: ποίεε ὄκως — ἀποπλεύσει. Saepe librariorum errantes forma barbara redarguit,

veluti VIII. 8: ὄκως μὴ λείψωμι, et VIII. 13: ὄκως μὴ παρήσωσι, et alibi saepius in ἀπίξεται, ἀποδρήσεται, Φεύξεται et sim.

I. 210: ὅς ἀντὶ μὲν δούλων ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι, ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων ἄρχειν ἀπάντων.

Ut Graeca sit oratio supple ἀντὶ δὲ ΤΟΤ ἄρχεσθαι.

I. 212: — ἀμπελίνῳ καρπῷ τῷ περ αὐτοὶ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε.

Legendum: ΤΟΤ περ αὐτοὶ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε.

Numquam πίμπλημι et πίμπρημι prius M amittunt. et reponendum ubique est ἐπιμπλημι, ἐπιμπρημι et sim.

Necessarius est genitivus in ἐπιμπλάσθαι οἴνου, ut paullo ante cap. 211. recte legitur: πληρωθέντες δὲ Φορβῆς καὶ οἴνου εὐδον.

I. 212: ἥλιον ἐπόμυμί τοι — ἥ μὲν σε ἐγὼ καὶ ἄπλησον ἐόντα αἵματος κορέσῳ. et cap. 214: σὲ δ' ἐγὼ, κατὰ περ ἠπέλησα αἵματος κορέσῳ.

Utrobique corrigendum est αἵματος κορέσῳ. Iones et Attici utuntur iisdem futuri formis, sed Attici contractis, solutis Iones, qui dicebant καλέω, συγκαλέω, τελέω, γαμέω, ἀπολέω, ἀπολέομαι, κορέω, μαχέομαι. Turbant in his scribae et σ interponunt, ut I. 112: ἀπολέει, R ἀπολέσει. III. 74: συγκαλέειν, R. συγκαλέσειν. Sic igitur et κορέσω natum est pro κορέω. Apud Homerum, qui utitur futuris καλέω, τελέω, γαμέω salvum et incolume evasit κορέω N. 831:

δάψει· ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς.

P. 241:

ὅς κε τάχα Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

reddamus igitur Herodoto quoque bis suum κορέω.

I. 214: τέλος δὲ οἱ Μασσαγέται περιεγένοντο.

Solus R servavit Graecam formam, in caeteris est forma barbara περιγεγένεατο.

I. 214: ἥ τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς γρατιῆς αὐτοῦ ταύτη διεφθάρη καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος [τελευτᾶ].

Supervacaneum τελευτᾶ non ab Herodoti manu profectum sed a magistello ellipses explere solito insertum esse videtur. I. 102: ὁ Φραόρτης αὐτός τε διεφθάρη — καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ὁ πολλός.

I. 216: τῆς γὰρ ἐπιθυμήσῃ γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ τὸν Φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἀμάξης μίσγεται ἀδεῶς.

Soloecum est τῆς γὰρ ἐπιθυμησῃ, sed duae literulae exciderunt. Supple: τῆς γὰρ ἄν ἐπιθυμήσῃ. Sexcenties ἄν post γὰρ omittitur: etiam apud poëtas iugulato metro.

C. G. COBET.

SUIDAS.

v. Θεμιτόν· Αἰλιζάνος· θεοὺς γὰρ οὐδαμῆ θεμιτόν ὄραν ἔτι νεκρούς· καὶ ἔαν ὧσι πάνυ φίλοι, οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.

Euripides in *Hippolyto* vs. 1431: Ἰππόλυτε, αἰτ Diana,
— χαῖρ', ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις Φθιτοὺς ὄραν
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.
[ὄρῳ δέ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ].

Ultimum versiculum inutilem et insulsum histriones, credo, addiderunt.

v. Κάθαρμα· „οὐ Φθείρη, κάθαρμα, εἶπε, καὶ ἐκποδῶν ἡμῖν ἄπει;

Scribe οὐ Φθ ερεῖ, κάθαρμα.

v. Καλλύνων: χθὲς μὲν καὶ πρῶην Δεδρακότες τοῦ καπηλείου.
Non est Graecum simplex διδράσκω. Restitue ἘΠΟΔεδρακότες.

C. G. C.

AD APOLLONII RHODII ARGONAUTICA.

SCRIPSEIT

H. VAN HERWERDEN.



Vetusti codicis Laurentiani praestantia et virorum doctorum acumine atque industria factum est, ut hodie Apollonii Rhodii carmen, si versuum quibus constat multitudinem spectamus, non ita multis librariorum erroribus depravatum edatur. Non tamen desunt loci qui hucusque frustra medicam manum expectarint.

I 59. *Καινέα γὰρ ζῶν περ ἔτι κλείουσιν αἰοῖδοι
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
ἦλασ' ἀρισίων.*

Quasi vero mortuus perire potuisset. Nemo non sentit quam absurdum hoc dictum sit. Non tamen leni manu hoc vulnus curari posse videtur, quod non calami lapsu, si quid video, scriptori illatum est, sed correctoris veterem lacunam inepta lacinia velantis imperitia auctum esse mihi persuadeo. Integritatem enim, ni fallor, scripturam servavit scholiasta Iliadis A 264 exhibens:

*Καινέα γὰρ δὴ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν αἰοῖδοι
Κενταύροισιν ὀλέσθαι κτέ.*

nisi quod dubitari potest scribendumne sit ἐπικλείουσιν ad exemplum loci similis I 18:

*Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἐπικλείουσιν αἰοῖδοι
Ἄργον Ἀθηναίης καμῆειν ὑποθημοσύνησιν.*

Scribere poetam vetabant numeri *Καινέα γὰρ οἱ πρόσθεν*. Sed scriptura servata a scholiasta cominode sic potest explicari, ut

dicatur Caeneus iam ante Argonautarum expeditionem
rorum manibus interfectus esse.

Centa-

I. 146. sqq.

καὶ μὲν Αἰτωλὶς κρατερὸν Πολυδεύκεα Λήδῃ
Κάτορά τ' ἄκυπόδων ὄρσεν δεδαημένον ἵππων
Σπάρτηθεν· τοὺς δ' ἤγε δόμοις ἐνὶ Τυνδαρείοιο
τηλυγέτους ὠδῖνι μῆ τέκεν· οὐδ' ἀπίθησεν
νισσομένοις· Ζηνὸς γὰρ ἐπάξια μῆδετο λέκτρων.

Ineptissime mulier quae ipsa ὄρσεν filios, dicitur his οὐκ ἀπι-
θῆσαι νισσομένοις. Intellegam

οὐδ' ἀπίθησαν

νισσομένοις,

i. e. nec filii ei immorigeri erant euntes. Sed fortasse etiam
rectius servato dativo transponemus

οὐδ' ἀπίθησαν.

νισσομένοις γὰρ Ζηνὸς ἐπάξια μῆδετο λέκτρων.

ut saepe apud Homerum verbo μῆδεσθαι adiungitur dativus
personae.

Insuper malim fere deleta vocula δέ articulum τοὺς habere
pro relativo, ut scribatur Σπάρτηθεν, τοὺς ἤγε - τέκεν.

I. 260. Αἱ μὲν ἄρ' ὡς ἀγόρευον ἐπὶ προμολῆσι κίοντων.

Ἦδη δὲ δμῶές τε πολεῖς δμῶαί τ' ἀγέροντο·
μήτηρ δ' ἀμφ' αὐτὸν βεβολημένη.

Est hic locus impeditissimus. Qui interpretantur *ἰρημ* (Ia-
sonem) *αμπλεα* non reputarunt neque ἀμφιβάλλειν nude usur-
pari pro περιπλέκεσθαι, neque inauditum esse eo sensu verbum
medium, nec denique hanc perfecti formam translato sensu
usurpari solere, ut taceam vix vetulam amplexatam filium cum
ceteris ἀγείρεσθαι potuisse. Rectissime igitur ex usu tam Ho-
merico quam Apolloniano scholiasta explicuit λύπη βλαβεῖσα ἢ
δυσθυμοῦσα. Sed tamen nullum novi nec Apollonii nec alius
scriptoris locum, ubi nudum verbum eo sensu usurpetur, con-
stanter enim additur dativus eius affectionis, qua quis percussus
sit. Hinc mihi nata est suspicio poetam dedisse:

μήτηρ δ' ἀμφασίῃ βεβολημένη.

i. e. *stupore percussa*, ut legitur v. c. II 149.

I 340 sqq. Posteaquam Iason expeditionis ducem eligendum esse monuit, sequuntur haec:

Ὡς φάτο· πάπτηναν δὲ νέοι θρασὺν Ἡρακλῆα
 ἤμενον ἐν μέστοισι· μὴ δὲ εἰ πάντες αὐτῇ
 σημαίνειν ἐπέτελλον· ὁ δ' αὐτόθεν, ἔνθαπερ ἦτο,
 δεξιτερὴν ἀνὰ χεῖρα τανύσσατο Φώνησέν τε·
 Μὴ τις ἐμοὶ τόδε κῦδος ὀπαζέτω· Οὐ γὰρ ἔγωγε
 πείσομαι, ὥστε καὶ ἄλλον ἀνασῆσθαι ἐρύξω.
 Αὐτός, ὃ τις ξυνάγειρε, καὶ ἀρχεῦοι δμάδοιο.

Loci sententia manifesta est: ipse Hercules dux creatus oblatum sibi honorem recusat, et simul prohibitorium sese affirmat, quominus alius praeter Iasonem dux eligatur. Sed neque particula ὥστε neque futurum tempus aptum est, neque ipsum verbum ἀνίσσθαι, *surgere*, sic usurpari potuisse videtur. Conieci:

Οὐ γὰρ ἔγωγε
 πείσομαι, ὥς δὲ καὶ ἄλλον ἀναχθ' ἴσασθαι
 ἐρύξω. κτέ.

eadem structura, qua legitur II 336:

πρὶν οὐ τι θεοὺς λίσσεσθαι ἐρύκω.

ἴσασθαι (ἰσάναι) pro καθίσασθαι (καθισάναι) sive ἀποδεικνύναι τινὰ τύραννον, κρατηγόν, sim. nota est locutio. Minus lenis correctio foret: ὥς δὲ καὶ ἄλλον ἀνασσέμεν ἄμμιν ἐρύξω.

II 640. τείως δ' αὐτ' ἐκ νηὸς ἀριστῆες προέηκαν
 Αἰθαλίδην, κήρυκα θεόν, τῶπερ τε μέλεσθαι
 ἀγγελίας καὶ σκῆπτρον ἐπέτρεπον Ἑρμείω.

Urique necessarius est aoristus ἐπέτρεπον, *commiserant*, cuius in pessima reliquorum corruptela vestigium servavit Etymologus M. 33, 26, citans:

τῶ πάρεσι μέλεσθαι
 ἀγγελίης καὶ σκῆπτρον ἐπέτρεπεν Ἑρμείης.

I. 718.

Ἐπιπύλην δ' εἶσαντο καταφθιμένοιο Θόαντος
 τηλυγέτην γεγαυῖαν ἀνασσέμεν.

Neque εἶσαντο poni potuit pro ἴσαν (ἤδεσαν), aut, ut Apollonius semibarbare scribere solet ἠεῖδειν, neque hoc accipi pro ἠγήσαντο. Falsa enim haec erat Argonautarum opinio, nam

pater Hypsipylae vivebat. Cf. 620 sqq. Procul dubio una mutata litterula corrigendum:

Ἐψιπύλην δ' ὄϊσαντο κτέ.

I. 818.

Ἄλλ' οἶαι κοῦραι ληϊτίδες ἐν τε δόμοισιν

ἐν τε χοροῖς ἀγορῆ τε καὶ εἰλαπίνησι μέλοντο.

Apertiore verborum ordine transponatur:

ἐν τ' ἀγορῆ τε χοροῖς τε καὶ εἰλαπίνησι γεγῆθει.

ut est infra vs. 857:

Αὐτίκα δ' ἄστυ χοροῖσι καὶ εἰλαπίνησι γεγῆθει.

I 934.

καὶ δὴ τῆ γ' ἐπὶ νυκτὶ διάνδιχα νηὸς ἰούσης

δίη πορφύροντα δῆνυσαν Ἑλλήσποντον.

Τῆ γ' ἐπὶ νυκτὶ contra mentem poetae significaret *post hanc noctem*. Ambigo utrum corrigendum sit τῆ γ' ἐνὶ νυκτί, (cf. v. c. III 793) an τῆγ' ἔτι νυκτὶ sine praepositione, quae similiter abest IV 979.

I 1326 dicitur de Glaucō, qui Argonautis Herculis et Polyphemi, ab ipsis errore relictorum in littore, fata vaticinaturus apparuerat, ὕψι — λαχνηέν τε κάρη καὶ σῆθε' αἰέρας νεϊόθεν ἐκ λαγόνων,

Ἦ καὶ κῦμ' ἀλίαςον Ἐφέσσατο νεϊόθι δύψας.

Hoc sane nequiquam facere potuit, sed dederat poeta:

Ἦ καὶ κῦμ' ἀλίαςον Ἐφέσσατο νεϊόθι δύψας.

II 169.

Ἐνθα μὲν ἠλιβάτῳ ἐναλίγκιον οὔρεϊ κῦμα

ἀμφέρεται προπάροιθεν ἐπαῖσσοντι εἰοικός,

αἰὲν ὑπὲρ νεφέων ἡερμένον· οὐδέ κε Φαίης

Φεύξεσθαι κακὸν οἶτον, ἐπεὶ μάλα μεσσόθι νηὸς

λαβρὸν ἐπικρέμαται καθ' ἅπερ νέφος.

Nimis inepte fluctus *semper supra nubes elatus* mediae navi ut *nubes* impendere dicitur. Evanesceret ea absurditas et simul tolerabilior foret hyperbole, si scribere liceret ἡερμένων, ut ingens fluctus monti compararetur qui „caput inter nubila con-

dit", sed vereor ne ipsa loci compositio eiusmodi coniecturam aspernetur. Quod si ita est, vox νεφέων in mendo cubare censendum est. Pro qua fueriue olim νηῶν (τοιχων, πύργων) aliudve vocabulum, me acutiores dirimunt.

II. 256.

Ἴσω Λητοῦς (Λητόος?) υἱός; ὃ με πρόφρων ἐδίδαξεν
μαντοσύνας· Ἴσω δὲ δυσώνυμος ἢ μ' ἔλαχεν κῆρ,
καὶ τόδ' ἐπ' ὀφθαλμῶν ἀλαδὸν νέφος, οἳ θ' ὑπένερθεν
δαίμονες, οἳ μὴδ' ᾧδε θανόντι περ εὐμενέοιεν,
ὡς οὔτις θεόθεν χόλος ἔσσεται εἴνεκ' ἀρωγῆς.

Verba sunt Phinei ad Boreae filios, qui Harpyias persecuturi verentur, ne id facientes incurrant in odium et vindictam deorum.

Sic e scholio Parisinensi correcta est librorum scriptura μὴδ' οἷδε vel μὴδ' οἶδε, vereor. ut satis recte. Nam perdurum est hyperbaton pro οἳ ᾧδε (eis, si reiero) μὴδὲ θανόντι περ εὐμενέοιεν. Equidem certe malim:

δαίμονες, οἳ μοι μὴδὲ θανόντι περ εὐμενέοιεν.

Scholiasta Laurentianus, qui interpretatur μὴδὲ οὔτοι, ante oculos habuit lectionem μὴδ' οἶδε.

II. 320. Οὐ γὰρ τε ῥίζησιν ἐρήρεινται νεάτησιν.

Ne forte existimes monstrum formae ἐρήρεινται librarii σφάλμα esse pro ἐρηρέδαται, inspicias locum III 1328

βριθόμενοι πλαδαραῖσι καρήασιν ἢ ῥήρειντο.

i. e. ἐρηρεισμένοι ἦσαν. Sed non est quod vitiosas eiusmodi formas magnopere miremur in eo, qui ἠεῖδειν scribit pro ἤδεσαν IV 1700, vel ἤδειν, ut est II 35, ἔλειπτο pro ἐλέλειπτο s. λέλειπτο I 824 et passim, χερώνησον pro χερσόνησον I 925, ἐαῖς pro σφετέραις I 1113 et similia, σφωῖτερος pro σφέτερος III 235, 625, al., δακρυδεῖν pro δακρυδεῖν IV 1291, νῆυν pro νῆα I 1357, aliaque non meliora. Apud eundem ἀτέμβεσθαι positum videbis pro μέμφεσθαι, πέφαται pro λέλεκται (λέγεται), ἀμαλδύνειν pro κρύπτειν, ὑπεβλήδην pro ἐν τῷ μέρει, νέποδες pro ἀπόγονοι, μάλισα ἢ pro μάλλον ἢ. ἤλιθα pro μάτην, ὄρωρε pro ἐσίν, πρόχυνυ pro πάντως (πάγχυ), ut pauca ex multis, quibus veteris linguae ignorantiam prodit, commemorem. Sitne huic an librariis im-

putandum, quod scribitur II 435 et alibi constanter δ' ἤπειτα pro δὴ ἔπειτα (quod ubique metro aptum est) vel δὴ 'πειτα difficile dictu est. Hoc tamen potius crediderim. Similis dubitatio est II 1149 utrum ἀνάεδνον pro ἀνέεδνον ipsius sit an librarii error, et II 1062 et 1067 utrum ἄρσετε et ὄρσετε pro ἄρσατε et ὄρσατε ipse ad Homericorum verborum quorundam analogiam finxerit, an codicum haec sint vitia. At librarii potius peccassent in partem contrariam, ut opinor. Quare ἄρσετε et ὄρσετε Apollonio non eripiam.

II 341.

ὦ μέλεοι, μὴ τλήτε παρέξ ἐμὰ θέσφατα βῆναι,
εἰ καὶ με τρίς τόσον δῖεσθ' Οὐρανίδησιν,
ὅσον ἀνάρσιός εἰμι, καὶ εἰ πλεῖον, συγέεσθαι,
μὴ τλήτ' οἰωνοῖο πάρεξ ἔτι νηὶ περῆσαι.

In his Phinei verbis vocula ἔτι male abundat. Emendandum ἐνὶ νηὶ περῆσαι, ut est infra vs. 937 'Ἄλλ' ἐνὶ νηὶ πείρεθ' ἕως μυχάτη κεν ἐνιχιρίμψητε θαλάσση.

II 590.

Ὅσσον δ' ἂν ὑπέικαθε νηῦς ἐρέτησιν,
δὶς τόσον ἂψ ἀπόρουσεν.

Nullus hic locus est particulae conditionali. Reponendum:

Ὅσσον δ' ἂρ' ὑπέικαθε κτέ.

II 658.

τοῖς ἴκελοι ἦρωες ὑπέξ ἀλός εἶλλον ἐρετμά.

Magis ad rem fuerit δι' ἐξ ἀλός.

II. 722.

ἄχος δ' ἔλεν Ἡρακλήϊ

λειπομένῳ.

Expectes genetivum causalem: Ἡρακλήος λειπομένου, *dolor ob Herculem relictum*.

(*continuaabitur*).

AD APOLLONII RHODII ARGONAUTICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(Continuantur ex XI pag. 112).

II. 1041

ἐκ δ' ἐΦαάνθη

ἄλλως (Ἔρως sc.) ἐπὶ προτέρῳ πεποτημένος· ἀλλὰ μιν ἦρως
Εὐρυτίδης Κλύτιος (πρὸ γὰρ ἄγκυλα τείνατο τόξα
ἦκε δ' ἐπ' οἰωνὸν ταχινὸν βέλος) αὐτὰρ ἔπειτα
πληξεν· δινηθεὶς δὲ θεῆς πέσεν ἄγχουσι νηός.

Cum nihil eorum quae pro αὐτὰρ ἔπειτα coniecta sunt (Matthiae voluit αὐτίκ' ἔπειτα, Schneider εἶθαρ ἔπειτα, Merkel εὐτ' ἄρ' ἐπέπτη) loci difficultatem prorsus tollere videatur, sed totus versus ἦκε — ἔπειτα plane otiosus sit, videndum annon potius pro spurio sit habendus. Quo deleto optime procedet oratio.

II 1170.

περὶ δ' ἐσχάρη ἐσήσαντο

ἐσσυμένως, ἢ τ' ἐκτὸς ἀνηρεφείας πέλε νηοῦ.

Suspectum fuit Madvigio *templum tecto carens*, quare coniecit *εὐηρεφείας*, correpta syllaba prima contra leges metricas Apollonii. Si quid mutandum, nec poeta significare voluit templum hypaethrum. quod ineptissime sane sic diceretur, melius correxeris *ἐπηρεφείας*, qua voce alibi quoque poeta utitur.

III 297. De Medea Iasonis amore saucia legimus:

ἀπαλὰς δὲ μετετροπᾶτο παρειὰς
ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείησι νόοιο.

Fidesne habenda est glossatori scribenti ἀκηδείησι· ταῖς πολυκηδείαις, τούτεσι ταῖς λύπαις, ut existimetur poeta grammaticus τῷ ἄλφα copulativo sic abusus esse, ut ἀκηδείησι, quae vox alibi significat *neglegentiam*, hic dictum sit pro κηδοσύνησι? Paene crediderim; saltem quae veniunt in mentem ἀηδείησι et ἀδημονίησι non satis apta videntur. In loco tamen Ciceronis epist. ad Att. IV 17, 3, quo ablegamur ab interpretibus, nihil vulgatae lectioni est praesidii. Inspicias, si tanti est, novissimam Bootii editionem.

III 304 sqq. Aetes Phrixi filios, qui Graeciam petentes cum Argonautis, in quos iter facientes naufragi inciderant, reverterant in patriam, his verbis alloquitur:

παιδῶς ἐμῆς κοῦροι Φρίξιοί τε, τὸν περὶ πάντων
ξείνων ἡμετέροισιν ἐνὶ μεγάροισιν ἔτισα,
πῶς Αἴανθε νέεσθε παλίσυτοι; ἢ τις ἄτη
σωομένοις μεσσηγὺς ἐνέκλασεν.

Aufer mihi moleste abundans αὐτόν.

II. 121. ε: Rhampsinitus dicitur *τὴν θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος ἐντειλάμενον πάντας ὁμοίως προσδέκεσθαι κτῆ*.

Nihil est puerilius, nihil absurdius quam sunt hae Aegyptiorum narratiunculæ ab Herodoto ex sacerdotum ore exceptæ. Rex *regiam virginem in lupanari prostituit* eamque omnibus copiam sui facere iubet, si forte sic callidum furem indagare

possit. Nil agit: tandem furem proposito praemio evocat. τὸν δὲ Φῶρα πιτεύσαντα ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν. Rhampsinitus magnopere hominem admiratus ei filiam illam suam defututam in matrimonium dedit, πανταίῃσι Αἰγυπτίοις ὅμνησεν ὅτι πάντες αὐτὸν ἐπινοήσαντες ἔλαβον αὐτὸν ὡς ἄριστον ἄνθρωπον ἐκ τῶν Αἰγυπτίων. *Rhampsinitus magnopere hominem admiratus ei filiam illam suam defututam in matrimonium dedit, πανταίῃσι Αἰγυπτίοις ὅμνησεν ὅτι πάντες αὐτὸν ἐπινοήσαντες ἔλαβον αὐτὸν ὡς ἄριστον ἄνθρωπον ἐκ τῶν Αἰγυπτίων.*

Hoc nugatorium διηγημάτων Herodotus reiicit (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστά), sed doctissimi sacerdotes serio haec pro veris narrabant.

Sequuntur alia non minus cum rerum et hominum natura urgentia, quibus Herodotus satis habuit addere: τοῖσι ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενοισι χάσθω ὅτε τὰ τοιαῦτα πιθανὰ ἔσι.

II. 121. ζ: ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀνηνεῖχθη, ἐκπλήχθαι μὲν κτέ.

Herodoti consuetudo orationem indirectam postulat ἀνηνεῖχθαι, ut ipsum in Codice R servatum est, sed male spreum.

I. 122: ἀπὸ δὲ τῆς Ῥαμψινίτου καταβάσιος, ὡς πάλιν ἀπίστος, ἔρτην δὴ ἀνάγειν Αἰγυπτίους [ἔφασαν].

Addidit ἔφασαν nescio quis, qui non intellexit haec pendere raecedente ἔλεγον.

dem vitium eximendum est in sqq. τὸν δὲ ἱέρα τούτου κατακτείνουσαν τοὺς ἰβηθαιώτας [λέγουσι] ὑπὸ δύο λύκων ἀγεσθαι ἐς ἱρόν.

I. 123: ἀρχηγετέειν δὲ τῶν κάτω Αἰγύπτιοι λέγουσι Δήμηκαὶ Διόνυσον.

Barbara forma est ἀρχηγετεύειν pro ἀρχηγετέειν, quod repositum. Vulgata lectio tam absurda est ac si quis vellet ex ἰγέτης formare κυνηγετεύειν aut ex στρατηλάτης στρατηλατεύειν. nullum plane vitium est VII. 8. δ: ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν δοκέω, ubi Vaticanus liber veram lectionem obtulit ἰδιολεῖν, sed non est accepta.

I. 123: ἐπεὰν δὲ πάντα περιέλθῃ — αὐτὶς ἐς ἀνθρώπου σῶμα ὄντων ἐσδύνει.

In huiusmodi locis Herodotus ad indirectam orationem usire solet. Itaque ἐσδύνειν corrigendum vel potius a Vaticano Codice accipiendum qui integrum servavit. Emendate

scriptum est quod continuo sequitur: τὴν περιήλυσιν — γίνε ἐν τρισχιλίσις ἔτεσι.

Apparet ex hoc loco nihil interesse inter ἐσθῦεσθαι et ἐτδι et promiscue ea usurpari.

II. 125: κόσα οἰκός ἄλλα δεδαπανήσθαι [ἐσι] ἕς τε σίδηρον σιτία;

Reseca importunum ἐσι ex dittographia natum. Non solet οἰκός (εἰκός) addi ἐσι.

II. 126: ecce iterum Aegypti regem videmus τὴν θυγατρὴν ἑωυτοῦ κατίσαντα ἐπ' οἰκῆματος προστάξαι πρήσσεσθαι ἄριον ὀκόσον δὴ τι. — τὴν δὲ τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ταχθέντα πσεσθαι.

Periit praepositionis compendium. Lege τὰ ὑπὸ τοῦ πα ΠΡΟCταχθέντα.

II. 129: δίκας δὲ σφι πάντων βασιλέων δικαιοτάτας κρίνε

Non αἰ δίκαι erant δικαιοτάται sed Mycerinus δικαιοτέστερος κρίνε. cf. I. 96: Δηϊόκης — κατὰ τὸ ἔρθὸν δικάζων.

Quam licenter et impudenter de antiquis Aegypti regibus novas fabulas comminiscerentur argumento esto locus II. οἱ δὲ τινες λέγουσι περὶ τῆς βῆδος ταύτης καὶ τῶν κολοσσῶν τὸν λόγον. ὡς Μυκερίνος ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ θυγατρὸς καὶ ἐπ' ἐμίγη οἱ ἀκούση. — ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς τῶν ἀμφιπόλων τῶν δουσέων τὴν θυγατέρα τῷ πατρὶ ἀπέταμε τὰς χεῖρας, καὶ νῦν εἰκόνας αὐτέων εἶναι πεπονθίας τὰ περ αἰ ζωὴ ἐπαθον.

Ad haec excandescit Herodotus et meras nugae esse ταῦτα δὲ λέγουσι Φλυμρέντες. Non est dubium quin Hecate increpet; ἡμεῖς ὠρῶμεν ὅτι ὑπὸ χρόνου τὰς χεῖρας ἀποβεβλήκει αἱ ἐν ποσὶ αὐτέων ἐφαίνοντο εὐῶσαι ἔτι καὶ ἐς ἐμέ.

Itaque omnia haec et regis incestum et filiae necem et ancillarum supplicium de nihilo ficta esse apparet. Simul apud haec sacerdotum mendacia non ita pridem esse nata: non ante haec fingi potuerunt quam ancillarum manus prae vetu decidissent: ὑπὸ χρόνου τὰς χεῖρας ἀπεβεβλήκεισαν.

II. 124 pergit Herodotus historiolas ex sacerdotibus auditas narrare perabsurdas et a natura rerum hominumque plane abhorrentes. Ferri id posset si lepidae et iocosae essent, ut sunt Arabum iucundissima διηγήματα, sed nihil est iis inficitius et insulsius. Cheops per annos quinquaginta templa deorum omnia clausit et sacrificiis imposuit finem: κατακληίσαντα γάρ μιν πάντα τὰ ἱρὰ πρῶτα μὲν σφραγίσαντες θυσιῶν [τουτέων recte omittit R] ἀπέριξε. μετὰ δὲ ἐργάζεσθαι ἐσωτῶ κελεύειν πάντα Αἰγυπτίους. Ergo populus ingens, quo non erat in terris alius magis aniliter superstitiosus et fanaticus, aequo animo tulit per annos quinquaginta clausas esse omnes aedes sacras et omnes religiones interrumpi et negligi. Succedit Cheopi frater Chephren, qui regnavit annos quinquaginta et sex: ταῦτα ἕξ καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισι τε πᾶσαν εἶναι κακότητα καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τσοῦτου κατακληϊσθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι II. 128. Cheops etiam aliud facinus perpetravit. Quum pecunia indigeret illam in Iuvanae prostituit: audi ipsum Herodotum II. 126: ἐς τοῦτο δὲ ἔλθειν Χέοπα κακότητος ὡς χρημάτων δεόμενον τὴν θυγατέρα τὴν ἐσωτοῦ κατίσχυτα ἐπὶ οἰκήματος προστάξαι πρήσσεσθαι γυρίων ἰκόσων δὴ τι. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον. Videtur Herodotus id quoque scire voluisse et necesse est ingens μίσθωμα γῆς puellae fuisse. Post annos quinquaginta sex Mycerinus cheopis filius patruo successit pius deorum cultor; recluduntur templa, renascuntur sacrificia sed non tulit pietatis fructum: mit enim ei oraculum ὡς μέλλοι ἕξ ἔτεα μόνον βιοῦς τῷ ἐβλεῶ τελευτήσειν. Indignatus cum deo expostulat ὅτι ὁ μὲν αὐτοῦ πατήρ καὶ πάτριος ἀποκληϊσαντες τὰ ἱρὰ — ἐβίωσαν χρόνον πολλόν, αὐτὸς δὲ εὐσεβῆς ἐὼν μέλλοι ταχέως οὕτω τελευτήσειν. Nihil agit. Narrant eum λύχνα ποιησάμενον πολλὰ ὅκως αὐτὸς οὐδὲ ἀνάψυχτα αὐτὰ πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν οὔτε ἡμέρας εὐκταῖς ἀνιέντα, multis luminibus accensis de nocte diem facit et perpetuo noctes atque dies strenue perpotabat. Itaque per annum somnum oculis non vidit, ταῦτα δὲ ἐμνησαντὸ θέλων μνηστῆριον ψευδόμενον ἀποδέξαι, ἵνα οἱ δωδέκα ἔτεα ἀντὶ ἕξ ἡμερῶν γένηται αἱ νύκτες ἡμέραι ποιούμεναι. Ecquid absurdius dici potest? praesertim quum Mycerinus, cuius pater ante centum et sex annos regnare coepit, illo tempore senio confectus decrepitus esse deberit.

Prudenter admodum de his sacerdotum ineptiis et fabulis disseruit vir emunctae naris Μιοτ, qui Herodotum Gallice vertit, ad II. 142, cui nemo, credo, obloquetur ita dicenti: „les absurdités, pour être antiques, n'en sont pas moins des absurdités.”

II. 134: ἔτεσι γὰρ κάρτα πολλοῖσι ὕπερον τούτων τῶν βασιλέων τῶν τὰς πυραμίδας ταύτας ἦν λιπομένων Ῥοδῶπις γενεῆν μὴ ἀπὸ Θρηϊκῆς, δούλη δὲ [ἦν] Ἰάδμενος.

Transpone λιπομένων ἦν Ῥοδῶπις et sq. ἦν expunge.

Quod Herodotus dicit ἔτεσι κάρτα πολλοῖσι ὕπερον est intervallum QUINQUE SAECULORUM. I nunc et huiusmodi testibus crede.

II. 135: Ξάνθεω τοῦ Σαμίου κομισαντός μιν.

Corrige Ξάνθου, nam Ξάνθος erat homini nomen, non Ξάνθης, quod Graecis est inauditum.

Etiam alibi sic peccatur in libris ut Βάττω pro Βάττου et similia.

Locus est IV 159: ἐπὶ Βάττου τοῦ οἰκισέω τῆς Ζόης, ubi in aliis scribitur Βάττω.

II. 135: μεγάλα ἐκτίσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπι.

Libri omnes Ῥοδῶπιν. quod perperam Schaefer mutavit. cf. IV. 81: κάρτα πολλοὺς εἶναι σφεας καὶ ὀλίγους ὡς Σκύθας εἶναι. Thucyd. I. 21: ὡς παλαιὰ εἶναι.

II. 135: ἦσσαν δὲ τῆς ἐτέρης περιλεσχήμευτος.

Mendose in R scriptum est περὶ λέσχην οὔτος. Hesychius ex hoc ipso loco:

Περιλεσχήμευτος: περιβόητος.

II. 140: ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς πρότερον ἔδυνασθη Ἄμυρταίου ἐξευρεῖν.

Corrigendum πρότερον. In omnibus libris passim πρότερος — πρότερον et ὕπερος — ὕπερον inter se confunduntur.

II. 141: καὶ οἱ δόξασι — ἐπισάντα τὸν θεὸν θαρσύνειν. — αὐτὸς γὰρ οἱ πέμψει τιμωρούς.

Verbum finitum πέμψει loci compositionem vitiat. Liber Va-

Vaticanus habet veram lectionem πέμψειν, αὐτὸς γὰρ οἱ πέμψειν πικρῶς. cf. II. 162: τὸν δὲ αὐτῷ ὑποκρίνεσθαι ὡς ταῦτα πάλαι παρεσκευάζετο ποιεῖν. — παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους λέγειν, ubi ex Codice Romano scribendum est ὑποκρίνασθαι et παρεσκευάζεσθαι. cf. II. 131: λέγουσι — ὡς ἡ μήτηρ αὐτῆς τῶν ἀμφιπόλων — ἀπέταμε τὰς χεῖρας καὶ νῦν τὰς εἰκόνας αὐτέων εἶναι πεπονθυίας τάπερ αἱ ζῶαι ἔπαθον. VII. 167: ἰδὼν δὲ τροπὴν τῶν ἑωυτοῦ γινομένην — ὥσε ἑωυτὸν εἰς τὸ πῦρ· οὕτω δὲ κατακλιθέντα ἀφανισθῆναι.

II. 141: ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρουραίους κατὰ μὲν φαγεῖν τοὺς φαρετρεῶνας αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ τόξα. πρὸς δὲ τῶν ἀσπίδων τὰ ἔχανα, ὥσε τῆ ὑπεραίῃ φευγόντων σφέων γυμνῶν [ὄπλων] πεσεῖν πολλούς.

Codices optimi γυμνῶν ἀνόπλων exhibent, Vaticanus γυμνῶν ὄπλων. Notum est γυμνοὺς appellari τοὺς ὄπλα οὐκ ἔχοντας, quod quum duo Graeculi indicare vellent alter ἀνόπλων adscripsit, alter ὄπλων addidit.

II. 143: Ἐκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβησι γενεηλογήσαντί τε ἑωυτὸν καὶ ἀναδήσαντι τὴν πατριὴν εἰς ἑκκαίδέκκτον θεὸν ἐποίησαν οἱ ἱερεῖς τοῦ Διὸς οἶόν τι καὶ ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι ἔμεωυτόν.

Colligimus ex ultimis verbis Herodotum si voluisset *idem facere potuisse*, eumque nobilissimo loco natum perinde atque Hecataeum generis antiquitatem ad aliquem deum immortalem retulisse.

II. 145: Διονύσῳ δὲ — ἔτεα πεντακισχίλια καὶ μύρια λογιζονται εἶναι (sacerdotes Aegyptii) εἰς Ἄμασιν βασιλέα.

Volebant videri homines vani et mendaces in libris scripta habere ea quae QUINDECIM SACVLCIS ante Amasidem in Aegypto accidissent: καὶ ταῦτα, ita pergit, Αἰγύπτιοι ἀτρεκέως Φασὶ ἰκίεσθαι αἰεὶ τε λογιζόμενοι καὶ αἰεὶ ἀπογραφόμενοι τὰ ἔτεα.

II. 146: Ἡρακλῆς δ' ἐξ Ἄμφιτρώωνος γενόμενος καὶ δὴ καὶ Διόνυσος δ' ἐκ Σεμέλης καὶ Πάν δ' ἐκ Πηνελόπης [γενόμενος].

Vitiose admodum participium γενόμενος repetitum est. In loco

I. 45: οὗτος δὴ ὁ Φονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος
Φονεὺς δὲ τοῦ κληθέντος, quis credat participium iterari pos-

II. 146: ἐς τὸν μῆρὸν Ἐνεράψατο Ζεῦς.

A B ἐράψατο. praepositionem servavit Codex Romanus.

II. 147: ἐθήσαντο δωδέκα βασιλέας [ἐς] δωδέκα μοίρας
σάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν.

Veteres et probati scriptores verbis *dividendi et partiendi*
addunt praepositionem. Itaque *in partes duodecim divis*
Aegyptum Graece sonat: δωδέκα μοίρας: ἐθάσαντο Αἴγυπτον
σαν, non ἐς δωδέκα μοίρας. Stein annotat: „ἐς om. R”. οἱ
ille quidem. cf. VII. 131: τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης διστά
πάντα τὸν πεζὸν στρατὸν. Sic libri omnes, sed Suidas γ.
σασθαι affert ἐς τρεῖς μοίρας, perperam. Ut Codex Vati-
modo optimus testis est modo pessimus ita semel in eade
vitium sustulit l. n., semel invexit IV. 148: σφέας αὐτο
μοίρας διεῖλον, ubi substituit: ἐς ἕξ μοίρας.

II. 148: οἱ ἐλιγμοὶ διὰ τῶν αὐλέων.

In A B corrupta lectio est οἱ ἐλιγμένοι, veram servavit
Non infrequens est hoc genus mendii ut — MOC et — ME
inter se confundantur, veluti ὁ γε νόμος et ὁ γενόμενος. In
compendiolum hoc discrimen facit.

II. 148: κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν μάλιστα κ
μενον.

Retrahe ex fuga articulum, κατὰ τὴν Κροκοδείλων κ.
νην πόλιν. II. 154: ἐπὶ τῷ Πηλεοσίῳ καλεομένῳ τόματι τοῦ
λου. II. 155: κατὰ τὸ Σεβεντυτικὸν κλεόμενον τόμα τοῦ Ν
et sic sexcenties.

II. 151: οἱ δὲ [ἐν] Φρενὶ λαβόντες τὸ ποιηθὲν ἐκ Ψαμμῆ

Praepositio ἐν male abundat. Stein: „ἐν om. R.” recti-
Idem contra IX. 10. pro οἱ δὲ Φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον ε
tuit perperam: οἱ δὲ ἐν Φρενὶ λαβόντες. Eodem modo νό
βεῖν, non ἐν νόφ apud Herodotum saepius legitur.

III. 41: νόφ λαβῶν (R. ἐν νόφ).

V. 91: νόῳ λαβόντες omnes.

VIII. 19: νόῳ δὲ λαβών omnes.

III. 51: ἄτε οὐ νόῳ λαβών. et post pauca: Περίανδρος δὲ νόῳ λαβών.

II. 152; ἐπενόεε τίσασθαι τοὺς διώξαντας.

Herodotus de more scripsit: ἐπενόεε τίσασθαι. cf. III. 134: πινύω ποιήσιν. I. 86: ἐν νόῳ ἔχων — καταγαγεῖν. VIII. 7: ἐν νόῳ ἔχοντες — ἐπιθήσεται. VIII. 8: ἐν νόῳ εἶχε — αὐτομολήσιν. IX. 93: ἐν νόῳ ἔχων ἀντικαταστήσιν. III. 31: ἐπενόεε ποιήσιν. I. 10: ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι Κυνδαυλέα. VII. 207: διενέτω ποιήσιν. Itaque V. 65: οὔτε γὰρ ἐπέδρην ἐπενόεον ποιήσθαι, corrigendum est ποιήσασθαι.

I 155: τοῦ δὲ χρησηρίου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθην — τὸ γὰρ χρησήριον τοῦτο [τὸ ἐν Αἰγύπτῳ] ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρόν. xime puerilem annotatiunculam.

. 156: τὸ δὲ μοι τῶν Φανεράων [ἦν] θωῦμα μέγιστον παρεχόμενον Φράσω.

on dicitur ἦν παρεχόμενον pro παρείχετο.. Opem ferunt Coon A B, qui ἦν omittunt.

. 156: λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή· μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσιν οὔτε κινηθεῖσιν εἶδον.

riter et comiter Herodotus puerilem Aegyptiorum credulitatem notat.

156: λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή. μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσιν οὔτε κινηθεῖσιν εἶδον, (facile

didit ἀληθέως, quia non ignorabat poetarum figmenta, ut in Odyss. K. 3. πλωτῆ ἐνὶ νήσῳ, et Pindari: Φορητὰ κυσὶ Δᾶλλος. sed nihil his credebat. Poetae quidlibet audacius in Delum vs. 86:

ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεες.

sq. passim.

Herodotus saepius ostendit se huiusmodi commenta poëtica non curare. cf. II. 23. et III. 115.

II. 160: ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς οὗτος συγκαλέεΤΑΙ Αἰγυπτίω τοὺς λεγομένους εἶναι σοφωτάτους.

Dicitur in tali re συγκαλεῖν convocare, non συγκαλεῖσθαι. Itaque emendandum συγκαλέΕΙ Αἰγυπτίων. Perspicuum est unde sit natus error. cf. I. 97: συνεκάλεσε Περσέων τοὺς πρώτους. II. 172: συγκαλέσας Αἰγυπτίους. III. 74: Φάμενοι Πέρσας πάτας συγκαλέειν (futurum), et sic ubique.

II. 161: ἀποπέμφας γὰρ εὐάτευμα ὁ Ἄπριης μέγα ἐπὶ Κυρναίους μεγαλωσΤΙ προσέπταισε.

Herodotus in magna orationis copia et ubertate tamen sedulo τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν usurpare solet: *gravem cladem accipere* ab eo semper dicitur *μεγάλως προσπταίειν*, non *μεγαλωσί*. cf. I. 116: *προσπταίσας μέγਾਲως*. V. 162: *προσέπταιον μέγਾਲως*. VI. 95: *μεγάλως προσέπταισεν*. VII. 170: *προσέπταισαν μέγਾਲως*. VII. 210: *καίπερ μέγਾਲως προσπταίοντες*.

μεγάλως pro *μεγαλωσί* diserte in Codice R scriptum est.

II. 162: κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ταῦτα μὴ ποιέειν λέγοντος αὐτοῦ τῶν τις Αἰγυπτίων — περιέθηκέ οἱ κυνέην.

Male divisa haec sunt. Herodotus coniunxerat *κατελάμβανε ταῦτα μὴ ποιέειν*. Namque *κατακλιμβάνειν* τινά est *abire* aut *progredi volentem retinere*, ut IX. 1: οἱ Θηβαῖοι *κατελάμβανον* τὸν Μαρδόνιον, aut *volentem facere aliquid retinere, dehortari, dissuadere*. Amasis *dehortabatur* Aegyptios *ne id facerent, et dum verba facit Aegyptiorum unius capiti eius coronam imponit*. Quia *κατελάμβανε* idem est quod *ἀπηγόρευε* propterea quemadmodum dicitur *ἀπηγόρευε μὴ ποιεῖν*, sic hoc loco *κατελάμβανε ταῦτα μὴ ποιέειν*.

II. 162: ὡς δὲ ἀπικόμενος τὸν Ἄμωσιν ἐκάλεε ὁ Παντάρβημις, ὁ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμενος) ἐπαείρας ἀπεματάισε καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευε Ἄπριην ἀπάγειν. ὁμῶς δὲ αὐτὸν ἀξιοῦν τὸν Παντάρβημιν βασιλέως μετακτεμομένου ἰέναι πρὸς αὐτόν.

Pro vitioso αὐτόν reponere quod sententia flagitat ὁμῶς δὲ αὐ-

τις ἀξιοῦν. Pantarbemis quamquam semel cum summa contumelia repulsam tulerat tamen iterum ab Amaside petiit ut ad regem veniret.

Praeterea, ut supra diximus, supplendum est: ἐπαίρας ΤΟ ΚΕΛΑΟΣ ἀπεματάϊσε καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευε Ἀπρίην ἀπάγειν.

Deinde ex Codice R recipiendum est ὑποκρίνασθαι ὡς ταῦτα πάλαι παρ' Ἀσκειάζετ' Αἰ ποιεῖν, pro ὑποκρίνεσθαι et παρεσκευάζετο.

Notavimus supra pag. 76. stolidi grammatici errorem, qui Mario credebat ἀπεματάϊσε esse ἐματαιολόγησε. Ex μάταιος nascitur ματαῖζω, et Attice ματάζω, ut in *Oedipode Tyranno* vs. 891: τῶν ἀθίκτων ἔξεται ματάζων.

Proprie ματαῖζειν est ἀνόητόν τι ποιεῖν, sed εὐφήμως πάνυ ponitur pro πέρδομαι. Athen. pag. 76. f: Σέλευκος — γλυκυσίην τινὰ καλεῖσθαι Φησι. — Φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν διὰ τὸ ποιεῖν ματαῖσμούς, ὡς καὶ Πλάτων ὁ κωμωδιοποιός Φησιν ἐν Κλεοφῶντι. Macho apud Athenaeum pag. 349. a:

ἡ Νικοκρέντος εἰσιῦσ' Ἀξιοθέα
γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἄβρας εἰς τὸν ποτόν
ἀπεψόφησε, κατὰ τῶν Σικυωνίων
ἀμυγδάλην ἐπιβάσα συνέτριβεν τύχη.
Στρατόνικος εἶπεν· οὐχ ὅμοιος ὁ ψόφος.

Iocularis est historia apud Diogenem Laërtium VI. 94: Μητροκλήης ποτε μελετῶν καὶ μεταξὺ πῶς ἀποπαρδῶν ὑπ' ἀθυμίας ἵκκι κατὰ κλεισὸς ἦν ἀποκαρτερεῖν βουλόμενος. μαθὼν δὲ ὁ Κράτης εἰσῆλθε παρ' αὐτὸν — καὶ θέρμους ἐπίτηδες βεβρωκῶς ἔπειθε μὲν αὐτὸν καὶ διὰ τῶν λόγων — τέλος δὲ καὶ ἀποπαρδῶν αὐτὸν ἀνέρωσεν. Nempe οἱ θέρμοι ποιοῦσι ματαῖσμούς.

Sueton. in *Claudio* 32: dicitur etiam meditato edictum quo repiam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum vericilitatum quemdam prae pudore ex continentia reperisset.

Herodotus igitur quum prae pudore ἀπεματάϊσε dixisset, quid facias eo homine qui de nihilo finxit id esse ἐματαιολόγησε?

II. 163: εἶχε δὲ περὶ ἑωυτὸν Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας ἀνδρας [ἐπικύρους] τρισμυρίους.

Interpolatum est ἐπικύρους. Res enim ipsa clamat Cares et Iones in Aegypto milites conducticios esse.

Quos Herodotus ἐπικύρους appellare solet in Attica ξένοι di-

cuntur. Ferresne in tali re Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας ἄνδρας ξένους!
Non opinor: atqui eadem nostri loci ratio est.

II. 163: ἐν τε δὴ Μωμέμφι.

Debetur vera lectio Codici R μωμέμφι pro μέμφι.

II. 167: τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξίων.

Phrynichus in Bekk. *Anecd.* pag. 72, 14: Χειρωναξίαι: πολὺ μὲν τὸ χειρῶναξ, τὸ δὲ ἔργον οὐχ οὕτως κἂν Αἰσχύλου δόκιμον ποιῆ τὴν Φωνήν, in noto versiculo:

ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία.

Herodoti locus eruditum grammaticum fugit.

II. 169: πασὰς λιθίνη μεγάλη καὶ ἠσκημένη σύλοισι τε Φοίνικας [τὰ δένδρα] μεμιμημένοισι καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ.

In puerorum usum adscriptum est τὰ δένδρα, ne forte putarent haec dici περὶ Φοινίκων ἀνδρῶν aut περὶ Φοινίκων ὀρνίθων.

Oblitus est homo idem admonere II. 156: ἐμπεφύκασι δ' ἐν αὐτῇ Φοίνικες συχνοί.

Facetissime Muretus in *Var. Lectt.* XIII. 12. eludit stultum hominem qui *fabulosam avem et palmam arborem confuderat*. Apud Xenophontem est in *Anabasi* II. 3. 16: τὸν ἐγκέφαλον τοῦ Φοίνικος ἔφαγον οἱ στρατιῶται καὶ ἐθύμασαν τὴν ιδιότητα τῆς ἡδονῆς. ἦν δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο κεφαλαγγές. Hinc sumsit Plutarchus *de valetudine tuenda* pag. 133. b: τὸν ἐγκέφαλον τοῦ Φοίνικος γλυκὺν ὄντι σφόδρα κεφαλαγγές λέγουσιν εἶναι, quod quum Latine ita esset conversum *phoenicis cerebrum*, credidit ineptus fabulosae avis cerebrum homines esitasse.

Quod vitium apud Herodotum sustulimus idem apud Galenum tollendum Tom. XII. pag. 151: Φοίνιξ [τὸ δένδρον] στυπτικῆς μετέχει δυνάμεως.

Complura de genere hoc latitant apud Pausaniam, quae nunc colligere non vacat.

Nactus aliquid otii Pausaniae locos collegi hosce: III 17 4: ἡ δὲ πρὸς δυσμάς ἔχει — ἀετοὺς δύο [τοὺς ἔρνιθας]. VI.I. 17. 3: κόσσυφοι γὰρ [οἱ ἔρνιθες] ὀλόλευκοί εἰσιν ἐν αὐτῇ. VIII. 21. 2: τούτους λέγουσι τοὺς ποικιλίας φθέγγεσθαι κίχλη [τῶ ἔρνιθι] ἰοικός.

Π. 171: μετὰ δὲ ἐξαναστάσης [πάσης] Πελοποννήσου ὑπὸ Δω-
ον ἐξαιπώλετο ἢ τελετή.

Stein πάσης recte deletat, continuo enim apparet partem
erum incolarum Arcades in Peloponneso remansisse. Sed
uero articulum ἐξαναστάσης τῆς Πελοποννήσου.

Π. 173: καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί τ' ἂν ἠπιστάτο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς
γάλου] ἄρχονται καὶ ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες.

Multo melius et Graeco more Herodotus dixerat: ὡς ὑπ' ἀν-
: ἄρχονται. cf. III. 134: ἴνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι ὅτι ὑπ'
: ἄρχονται. et post pauca: ἴνα σφέων Πέρσαι ἐπιστάονται
: εἶναι τὸν προεσεῶτα. II. 120: Ἐκτωρ καὶ πρεσβύτερος καὶ
: ἐκείνου μᾶλλον ἐών. Theophr. *Charact.* XXVI: κἂν ἄλλοι
βᾶλλοντα δέκα λέγειν· „ἱκανὸς εἶς ἐστὶ” τοῦτον δὲ ὅτι δεῖ ἀν-
εἶναι. Thucyd IV. 27: εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ στρατηγοί.

[. 173: οὕτω Αἰγύπτιοί τε ἠπιστάτο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς ἄρχονται
ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες.

R legitur καὶ σὺ ἄμεινον ἤκουες. Partim vere, nam legen-
est: καὶ σὺ ἄμεινον ἂν ἤκουες. Opponentur inter se Αἰγύπ-
τε et καὶ σύ.

. 173: τὰ τόξα οἱ ἐκτεμμένοι ἐπεὰν ΜΕΝ δέωνται χρᾶσθαι
ούουσι· εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμμένα εἶη ἐκραγεῖν ἂν.
: sententiae ratio et particula ΜΕΝ declarant bimembrem
onem fuisse. Codex Vaticanus, cui ut Cassandrae vera
iti non creditur, servavit Herodoti manum: — ἐντανούουσι,
ἐν δὲ χρήτωνται ἐκλούουσι· εἰ γὰρ κτέ.
ita lacuna est repetitis in vicinia litteris — TOTCI in ἐν-
ουσι — ἐκλούουσι.

174: πολλὰ μὲν δὴ [καὶ] ἠλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηίων,
ἐ δὲ καὶ ἀπέφευγε.

ius καὶ vitiose abundat: saepe damnabatur, saepe etiam ἀβ-
αται. Praeterea pro ἀπέφευγε, quia in Vaticano libro ὑπο-
εσκε scriptum est, legendum ἀποφεύγεσκε, ut paulo ante
legitur κλέπτεσκε et ἄγεσκον.

II. 175: τὸν δὲ Ἀμασιν ἐνθυμιCTὸν ποιησάμενον οὐκ ἔαν ἔῃ προσωτέρω ἐλκύσαι.

Quod dubitanter Stein coniecit ἐνθύμιON ποιησάμενον verissimum esse arbitror, idque olim Vackenarius ad h. l. commendaraverat, quem vide. Quod in libris habemus ἐνθυμισόν i Graecum quidem est.

Quod praecedit καὶ ἀχθόμενον τῷ ἔργῳ in solo R legitur caeteri habent καταχθόμενον, quod non est Graecum.

II. 176. in omnibus libris praeter R scriptum est: ὁ μὲν ἴθην, ὁ δ' ἔθεν τοῦ μεγάρου sine sensu. Lucem affert R, in quo est τοῦ μεγάλου. Medius enim erat ὁ μέγας κολοσσός, τὰ πόδες πέντε καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος.

II. 177: ἐπ' Ἀμάσιος δὲ βασιλέος λέγεται Αἴγυπτος μάλλον δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς χώρας γινόμενα καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρας τοῖσι ἀνθρώποισι.

Ex his redintegrari potest locus II. 143: οὐδὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἑτεροιαθῆναι, οὔτε τὰ ἔκ τῆς γῆς οὔτε ἔκ τοῦ ποταμοῦ σφι γινόμενα.

Codex Vaticanus obtulit τὰ ἌΠΟ τῆς γῆς et τὰ ἌΠΟ τοταμοῦ, sed spreta sunt, male, ut nunc videmus.

Saepius ἐκ et ἀπὸ inter se mutare locum alibi ostendam.

II. 177: — ἀποδεικνύντα ἕτερος ἐκάστου — ὅθεν βιοῦται

Mendose A βεβαιουται, B βεβαιοῦται, et corrector in ma A βεβίωται. Solus omnium R Herodoti manum servavit βιοῦται. Hinc Suidas: βιοῦται ἀντὶ τοῦ ζῆ [ἢ ζήσεται del.]. τως Ἡρόδοτος. Attici dicebant ὅθεν ἀποζῆ.

II. 180: ὁ γὰρ πρότερον ἔων αὐτόθι (νηὸς) αὐτομάτΩC κατεκ

Quod Graece dici solet αὐτόματOC κτεκάνη in Codice R perceptum est sed non receptum. cf. II. 14: ἐπεάν σφι ὁ ποταμός αὐτόματος ἐπελθὼν ἄρσῃ τὰς ἀρούρας. Philemon in Fragm. C. IV. 34:

οὐδὲ φύεται
αὐτόματος ἀνθρώποισιν, ὃ βέλτιστε, νοῦς
ὥσπερ ἐν ἀγγῶ θύμον.

[81 in optimis libris est: Κυρηναίοισι δ' ἐς ἀλλήλους ἅ τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο, quod sensu caret. Herodotus servata est in Codice R: Κυρηναίοισι δὲ Ἄμασις καὶ — συνεθήκατο. In vetusto libro, unde A et B fluxe litterulae nonnullae exciderant charta aut detrita aut perit maculata. Supererat:

ΚΤΡΗΝΑΙΟΙCΙΑ ** AM *** C.

sibi visus est Ἄλλ᾽ ἰδεῖν et supplevit Δ' ἐς Ἄλλήλους, iae securus.

gnis modis eruditi antiquarii et homines docti omne genus patrem historiae vexabant et odiose criminabantur res fabulosas et commenticias pro veris narrasset. Audiem pag. 818 Casaub.: πολλὰ δ' Ἡρόδοτος τε καὶ ἄλλοι ΡΟΤCIN ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἤδυσμά τι τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν προσφέροντες, οἷον καὶ τὸ Φάσκειν περὶ τὰς νήσους τὰς ἢ Συήνη καὶ τῇ Ἐλεφαντίνῃ τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι θάλασσαν ἄβυσσον ἔχειν τὸν πόρον κατὰ τοῦτον τὸν τόπον. Com- loco Herodoti, unde haec sumta sunt II. 28. Straboni, οὐδὲν, subirascens. Nihil enim huiusmodi pro veris Herodotus narrat sed audivisse se dicit ea in urbe Sai a quaestore sacrae, οὗτος δ' ἔμοιγε παίζειν ἐδόκει, inquit. Nihil credebat τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι ἄβυσσους. Narrat ei sacerdos ut rei fabulosae fidem faceret Ψαμμήτιχον τοῦ βασιλέως — πολλῶν χιλιάδων ὀργυιῶν πλεξάμενον κἀγεῖναι ταύτην καὶ οὐκ ἐξικέσθαι ἐς βυσσόν. Prudenter Herodotus: si quidem, inquit, haec vera narrabat, εἰ ἄρα ταῦτα εἶναι (sic R recte pro γινόμενα) ἔλεγε, εὐερίστον ἴλλοι τοῦ δίναι τινὰς ἰσχυρὰς καὶ παλιρροίην, ὥστε μὴ δύνασθαι καταπεριηγήσασθαι ἐς βυσσόν εἶναι. Potuitne Strabo meam his refutari?

Strabo neque ceteri Herodoti reprehensores recordati sunt quae historiae parens scripsit II. 123: τοῖσι μὲν νυν γυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεω τὰ τοιαῦτα πιθανὰ εἶσι, εἰ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑποκείται ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπὸ ἀκοῆς γράφω.

diligentiam eorum, qui Hecataei Milesii (τοῦ ψευδεπι-

γράφου) fragmenta collegerunt. locus Aristidis in oratione Aegyptiaca Tom. II. pag. 482 Dind.: ὁ Κανώβος ὀνομά ἐστι Μεγάρου κυβερνήτου, ὡς Ἐκαταῖος τε δὴ Φησιν ὁ λογοποιὸς καὶ τὴν κοινὸν τῆς Φήμης, οὗ τελευτήσαντος περὶ τὸν τόπον τοῦτον λείπειν τοῦ ὀνομα. et paucis interiectis pag. 483: καίτοι Αἰγυπτίους γε ἀκριβέστερον εἰκὸς εἶδέναι τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἢ περὶ Ὀμηρον τὸν ἐν Σμύρνῃ καὶ Ἐκαταῖον τὸν ἐν Μιλήτῳ. Tacitus Annal. II. 60: Germanicus — Nilo subvehabatur orsus oppido a Canopo. Considerat id Spartani ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempore Menelaus Graeciam repetens diversum ad mare terrarum Libyae deiectus est.

Aristides non contentus Hecataei testimonio, quum esset forte Canopi sacerdotem quemdam magnae auctoritatis sibi de ea re consulendum esse putavit: ταῦτά Φημι ὡς Ἕλληνες λέγουσι, ἐπεὶ ἔγωγε ἤκουσα ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ τῶν ἱερέων οὐ τοῦ Φαλοτάτου ὅτι ΜΥΡΙΑΙΟΙ ἘΤΕΡΟΙ πρότερον ἢ Μενέλαον ἐκείσε προσχεῖν τὸ χωρίον οὕτως ὀνομάζετο. In his primum observa ἐστὶ Ἕλληνες λέγουσι, prorsus ut apud Herodotum, significare ἐστὶ Ἐκαταῖος λέγει, quibus verbis declarat se non multum Hecataeo credere. Maluit credere iactabundo homini, qui DECIMIS MILLIBUS ANNORUM ante Menelai in Aegyptum adventum locum ita appellatum fuisse confidenter asseveravit. Docti illi sacerdotes, ut supra vidimus, de Menelao tamquam aequales loquebantur. Itaque si quid esset Menelao antiquius, non uno alteroque saeculo, sed more Aegyptiaco CENTUM SACVCLIS antiquius esse impudenter mentiebantur.

Acerbissime Herodotum increpat Diodorus Siculus homo nullius iudicii I. 69: ὅσα μὲν οὖν Ἡρόδοτος καὶ τινες τῶν τὰς Αἰγυπτίων πράξεις συνταξαμένων ἐσχεδιάκασιν ἘΚΟΤΣΙΩΣ ΠΡΟΚΡΙΝΑΝΤΕΣ ΤΗΣ ἈΛΗΘΕΙΑΣ τὸ παραδοξολογεῖν καὶ μύθους πλάττειν ψυχαγωγίας ἕνεκα παρήσομεν, αὐτὰ δὲ τὰ παρὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἘΝ ΤΑΙΣ ἈΝΑΓΡΑΦΑΙΣ γεγραμμένα φιλοτίμως ἐξητακότες ἐκθησόμεθα.

Iactabant se apud hospites illorum temporum sacerdotes in Aegypto quasi haberent in templis remotissimae antiquitatis ἀναγραφάς, quibus et alia vernacula continerentur et res illustriores apud exteros gestae. Aristides Tom. II. pag. 483:

Iegypti, inquit, διὰ παλαιότητα χρόνου καὶ τὸ μηδὲν αὐτοῖς τῶν
 ξ οὐρανοῦ πεπονθέναι τὴν χώραν καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐπι-
 φανῶν μάρτυρες εἰσιν αὐτοὶ καὶ ἴσORES ἀξιοχρεω καὶ ΠΑΝΤΑ
 ΘΤΑΑΤΤΟΤCIN 'ΕΝ CΤΗΛΑIC 'ΕΝ ΤΟIC 'ΙΕΡΟIC. His
 igitur ἀναγραφαῖς fretus Diodorus Herodoti fraudes et fig-
 menta confutavit. Est igitur operae pretium videre quid ex
 his ἀναγραφαῖς Diodorus protulerit. Non pauci olim fuerunt
 reges et principes superstitiosi et fanatici, quos astuta sacer-
 dotum natio quo vellet naso trahebat, sed nemo eorum,
 ne stolidissimus quidem, tam fuit in sacrificulorum potestate
 quam veteres Aegypti reges, si quid Diodori ἀναγραφαῖς cre-
 dimus. In nulla re erant sui arbitrii, διατεταγμένοι δ' ἦσαν αἱ
 τε τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ὥραι, καθ' ἃς ἐκ παντὸς τρόπου
 καθήκον ἦν τὸν βασιλέα πράττειν τὸ συντεταγμένον ἐκ τῶν νόμων,
 οὐ τὸ δεδογμένον ἑαυτῷ cap. 76. In regia servus nullus erat
 neque pretio emtus neque verna, sed ingenui omnes, principes
 iuventutis, sacerdotum filii, viginti non minus annos nati,
 praeclare eruditi et optimis artibus imbuti. Itaque, ut Diodo-
 rus acute monet, si quid improbe facere rex voluisset, non
 poterat, quia nullum circa se habebat facinoris aut flagitii
 ministrum: οὐδεὶς γὰρ ἐπὶ πλεῖον κακίας προβαίνει δυνασῆς, ἐὰν
 μὴ τοὺς ὑπηρετήσοντας ἔχη ταῖς ἐπιθυμίαις. Nihil prorsus regi
 suo arbitratu agere licebat: si ambulatum ire, si balneo uli, si
 cum iusta more legitimam venerem exercere vellet, non licebat
 nisi tempore a sacerdotibus praefinito: οὐ γὰρ μόνον τοῦ χρη-
 ματίζειν ἢ κρίνειν ἦν καιρὸς ὠρισμένος ἀλλὰ καὶ τοῦ περιπατῆσαι
 καὶ λούσασθαι καὶ κοιμηθῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς. Si forent in
 erris quam risissent ad haec Cheops et Chephren deorum et
 acerdotum contemtore, quam risisset scurra Amasis. Sed una
 es me male habet: narrat Diodorus MULTOS Aegypti reges post
 mortem populi iudicio damnatos et regiae sepulturae honore
 indignos esse iudicatos: πολλοὶ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τοῦ πλῆ-
 νους ἐναντίωσιν ἀπεσερήθησαν τῆς ἐμφανοῦς καὶ νομίμου ταφῆς
 ap. 72. Permirus est igitur Cheopem et Chephrenem non
 esse damnatos sed regaliter sepultos, et contra alios exempla
 irtutis et sapientiae ea ignominia esse notatos. Expedient for-
 tasse hanc difficultatem Diodori amatores. Equidem si quaere-
 tur uter magis res fabulosas et commenticias narrare pro

veris ἐκουσίως προκρίνας τῆς ἀληθείας τὸ παραδοξολογεῖν καὶ μύθους πλάττειν videatur Diodorus an Herodotus, non diu dubitarem quid responderem.

Quanta fuerit inscitia et impudentia etiam veterum in Aegypto sacerdotum declarat locus Herodoti II. 142: ἐν μυρίοισι ἔτεσι καὶ χιλίοισι καὶ τριηκοσίοισι καὶ τεσσαράκοντα — τετράκις ἔλεγον (οἱ ἱερεῖς) ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι· ἔνθα τε νῦν καταδύεται ἐνθεῦτεν δις ἐπανατεῖλαι, καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει ἐνθαῦτα δις καταδύναι. Est in his verbis fallax quaedam oppositionis species, de qua dixit Demetrius περὶ ἑρμηνείας § 24: ἔστι δὲ κῶλα, ἃ μὴ ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον ἔτι

τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ πὰρ τήνοις ἐγὼν.

Similes lusus e Latinis Comicis collegit Muretus in *Var. Lectt.* XIV. 5, veluti

Quoi homini di sunt propitii, ei non esse iratos puto.

Sed nihil est ab Herodoti persona alienius quam sic γελασποιεῖν. De ipsa absurda fabula ex animi sententia mea facio verba viri acutissimi ΜΙΟΥΤ ad h. l. annotantis: *que faut-il conclure de ce conte fait à Hérodote par les prêtres égyptiens? Que ces prêtres n'avaient que de très faibles notions astronomiques, qu'ils débitaient à un voyageur grec une tradition que l'ignorance seule avait accréditée, et qu'ils croiaient ce récit propre à donner une grande idée de l'antiquité de leur nation, et en même temps de la profondeur de leur science.* Prorsus in hos homines cadit quod lepidae gentis lepidissimus poeta dixit:

*nos prêtres ne sont pas ce qu'un vain peuple pense,
notre crédulité fait toute leur science.*

C. G. COBET.

DE ARISTOPHANIS NUBIBUS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Saepe mirari soleo in plerisque Aristophanis fabulis, in *Vespis*, in *Nubibus*, in *Pluto*, in *Ranis*, in *Pace*, qui factum sit, ut compositio tam sit imperfecta; singulae partes eximia arte expolitae sunt et summo poeta dignissimae; sed ἡ τῶν ὅλων σύστασις incredibiliter claudicat. Memini quod omnes meminissent, quid Wolfius pronuntiaverit in Prolegomenis ad *Homero*, sero Graecos in poesi didicisse *totum ponere* ad eamque rem attendere debere, qui dramata Graecorum ad antiquae artis leges exigere velit. De ea cautione quam Wolfius commendavit potius quam idoneis argumentis in clara luce posuit, haud contemnenda disseruit Brentano anno 1873 in programmate quodam Francofurtano. Nolo repetere quae ille docte disputavit neque id opus est, ut intelligatur quam caute et circumspecte Wolfii verba accipi debeant. Quid, si Graeci in poesi *totum ponere* sero didicerint, num pergemus admirari immortalia opera, in quibus desideratur id quod etiam mediocres poetae plerumque consequuntur? Argumentum ni *simplex dumtaxat et unum* sit, ineptum poetam facessere iubemus et tamen credemus Graecos poetas sero intellexisse id quod in spectaculo etiam indocti et de plebe homines statim intelligunt? Reiecit etiam Aristoteles *mirificam* Wolfii doctrinam, sed lubentius etiam quam Aristotelem laudabo Platonem, quia vetustior est, ne quis credat post

demum eam sapientiam fuisse natam. Scribit autem hic in Phaedro p. 268 C, quod αὐτολεξεί huc transtuli:

Σωκράτης. Τί δ' εἰ Σοφοκλεῖ αὖ προτελθὼν καὶ Εὐριπίδῃ τις λέγοι, ὡς ἐπίσταται περὶ μικροῦ πράγματος ῥήσεις καμμήκει ποιεῖν καὶ περὶ μεγάλου πάνυ μικράς, ὅταν τε βούληται, αἰκτρὰς καὶ τούναντίον αὖ φοβεράς καὶ ἀπειλητικὰς, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, καὶ διδάσκων αὐτὰ τραγωδίας ποιήσιν οἶεται παραδιδόναι;

Φαῖδρος. Καὶ οὗτοι ἂν, ὧ Σώκρητες, οἶμαι, καταγελῶεν, εἰ τις οἶεται τραγωδίαν ἄλλο τι εἶναι ἢ τὴν τούτων σύστασιν, πρέπουσαν ἀλλήλοισ τε καὶ τῷ ὄλῳ συνισταμένην.

Sed nihil hic, inquires, de comoedia Plato ac praeterea Bernaysius contendit Aristotelem veteri comoediae longe praeposuisse novam; verum utcumque de Aristotelis auctoritate in ea quaestione sentias ac quantumvis magni ingenium divini viri merito habeatur, equidem numquam adducar ut credam, bonum poetam, qualem Aristophanem fuisse novimus, non meliorem exitum fabulae invenire potuisse, quam eum qui perabsurde in Vespis pro clausula est:

ἀλλ' ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ' ὀρχούμενοι, θύραζε
ἡμᾶς ταχύ· τοῦτο γὰρ οὐδεὶς πω πάρος δέδρακεν,
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῶδῶν.

Plauti Stichus mutila ad nos pervenit et compositionem nemo admirabitur, sed tamen quanto melius apud Menandrum, cuius Φιλαδέλφους poeta romanus ante oculos habuit, in extrema fabula histriones saltando spectatorum animos exhilarant. Est hoc unum exemplum de multis, cuiusmodi unusquisque per omnes fere Aristophanis fabulas nullo negotio conquirere poterit. Lepidum est videre, quomodo ipse Odofredus Mullerus in historia comoediae Graecae eam rem disputando dissimulet. Veluti in Pace propemodum invitus concedit, se frustra quaesivisse *die Einheit einer durchgreifenden Handlung von komischer Kraft*. Tamenne putabimus talem comoediam dignam fuisse iudicatam quae secundo praemio ornaretur? *Auch sucht Aristophanes das Gedehnte dieser Scenen allzusichtlich durch einige jener unflätigen Spässe zu verkürzen, die auf den Pöbel von Athen nie ihre Wirkung verfehlten*. Sed equis tradidit quinque iudices ex faece plebis fuisse? Deinde si in Pace modo expertus fuerat quantum spurci ioci valerent apud populum, cur brevi post in re-

tractatis Nubibus omnes eiusmodi locos eliminavit, qui fuerant in Nubibus prioribus? Vide modo vs. 537:

ὡς δὲ σάφρων ἐστὶ φύσει σκέψασθ' ἤτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἤλθε βραψαμένη σκύτινον καθειμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἴν' ἢ γέλωας·
οὐδ' ἔσκωψε τοὺς Φαλακρούς, οὐδὲ κέρδαχ' εἴλκυσεν.

Difficilem aggressus sum quaestionem mihi que ipsi diffido, dum alto mari me committo, sed aliquid tentandum reor et fortuna non iuvat nisi audaces. Id certe consequemur, ut, si forte ego minus obtinere potuerim, quod suscepi demonstrare, scuti et docti viri, dum me idoneis argumentis redarguant, plana faciant atque expedita, quae ad hoc usque tempus miseros interpretes misere torserunt. Est sane verum, quod dicitur, criticum nosse debere, ultra quem finem non liceat in quaerendo progredi, sed huius quoque artis ambitus identidem promovetur et nobis sero natis fortasse concedetur, ut tractemus quae principes in re literaria viri olim desperarunt tractata nitescere posse. Nec me latet ab multis nuper de iisdem rebus quaesitum fuisse, quae me quoque adverterant, sed iuvat experiri, numquid meo more modoque efficere possim post aliorum studia, qui magis videntur quae sibi proposuerant, inchoasse quam ad finem perduxisse.

Sed ipse Wolfius, postquam verbo rem attigit, quae non arctissime cohaerebat cum intricata quaestione, quam tunc explicabat, tredecim annis post exemplo suo eximium discipulum excitavit, ut quaerere susciperet de tribus tragicis poetis, num ea quae supersunt et genuina omnia sint et forma primitiva servata, an eorum familiis aliquid debeat ex iis tribui. Augusti Boeckhii praeclarus liber est, cui multum me debere palam profiteor, sed Aristophanem et comoediam Graecam non complexus est. Huius igitur vestigiis insistentes, age exploremus, Aristophanis num ea quae supersunt et genuina omnia sint et forma primitiva servata; sed ut tandem pervenire possimus eo quo tendimus, primum explicandum est quid sit fabulam *retractare* vel *διασκευάζειν*.

Casaubonus est qui primus intellexit, quid Graeci appellarent *διασκευάζειν*. Scripserat Athenaeus III p. 110 B: Ἐπίχαρμος ἐν Ἡβας Γάμφ' κἀν Μούσαις, τοῦτο γὰρ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ

προκειμένου. Rem autem sic interpretatur in Animadversionibus p. 210: Διασκευὰς et διεσκευασμένα vel ἐπιδιεσκευασμένα δραματα solita appellari dicimus fabulas semel iam scriptas editasque sed quia non steterant, nova lima et impensiore diligentia correcti et interpolatas. Deinde cum alia affert, tum Galeni locum in primis luculentum: ἐπιδιεσκευάσθαι λέγεται βιβλίον ἐπὶ τῷ πρώτῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφέν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτάς, τινὰ μὲν ἀφηρημένα ἐκ τοῦ προτέρου γράμματος ἔχει (sed equidem malit drama legere), τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας ἕνεκα τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Quae Galenus hic utitur Eupolidis exemplo, nos hodie melius afferimus Aristophanis Nubes quia supersunt. In ea fabula, quae ex utraque editione conflata est, quod multi demonstrarunt omnium postremus E. W. H. Brentano, qui quamquam multum de retractatis fabulis disputat, quae magno opere comprobo, tamen non videtur mihi obtinuisse quod sibi proposuerat demonstrare — in nostris igitur Nubibus vs. 413 verba sunt ad *Strepsiadem*

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμίας σοφίας ἀνθραπε παρ' ἡμῶν,
ὡς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλήσι γενήσῃ,
εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντισῆς καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεσιν
ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ κάμνεις μῆθ' ἕως μήτε βαδίζων,
μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς,
οἴνου τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων,
καὶ βέλτιστον τοῦτο νομίζεις, ὅπερ εἰκὸς δεξιὸν ἀνδρα,
νικᾶν πράττων καὶ βουλευῶν καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζων.

Nihil nunc refert vs. 417 ferri non posse vocabulum *γυμνασίου* pro quo supra significavi *βαλανείων* mihi reponendum videri: sed attentum lectorem non fugiet, nullam esse causam, et tam insigni laude tanquam in coelum Chorus *Strepsiadem* evehat, qui nondum indicaverit se τὴν μεγάλην σοφίαν appetere et post demum, vs. 430, ab *Nubibus* interrogatus respondere contentum se fore, dummodo fiat τῶν Ἑλλήνων λέγειν ἕκαστος ἀριστῆς. Uniuscuiusque est intelligere, olim Chorus his verbis ipsum Socratem allocutum esse et *Diogenes Laertius* quem videbimus legisse *Nubes* priores, revera II 27 laudat Chori verba ad *Socratem*:

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμίας τοφίας ἀνθρῶπε δικαίως,
 ὡς εὐδαίμων παρ' Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι διάξεις.
 εἴ γὰρ μνήμων καὶ φροντισῆς καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
 ἐν τῇ γνώμῃ, καὶ τε τι κάμνεις οὐθ' ἐς ὧς οὔτε βαδίζων,
 οὔτε ζυγῶν ἄχθει λίαν, οὔτ' ἀρίστων ἐπιθυμεῖς,
 οἴνου τ' ἀπέχει κἀδηφαγίας καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

ut sit factum, ut hic locus refingeretur, id quia satis per-
 lexa quaestio est, infra examinabimus; nunc autem laudanda
 sunt docti grammatici verba, qui in quarto Argumento causam
 descripsit, propter quam Aristophanes fabulam retractaverit:
 ἡ πρῶται Νεφέλαι ἐν ἄξει ἐδιδάχθησαν ἐπ' ἄρχοντος Ἰσάρχου,
 τε Κρατίνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ. διόπερ Ἀρι-
 στῶφνης ἀπορριφθεὶς παραλόγως, ᾤθη δεῖν ἀναδιδάξαι τὰς
 Νεφέλας καὶ ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον· ἀποτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλ-
 λον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. De altera
 item editione ita scribitur in Argumento sexto: καθόλου μὲν
 ἢ σχεδὸν παρὰ πᾶν μέρος γεγενηγένη ἢ διόρθωσις· τὰ μὲν γὰρ
 ἐρήρηται, τὰ δὲ παραπέλεκται καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν
 ἰσάπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται. Superest hodie qua de re
 fra dicam quam potero accuratissime prior editio, cui ex altera
 litione quaedam non nimis apte assuta sunt: huius rei fide-
 ssorem nunc satis est afferre eundem grammaticum, qui ita
 scribit: τοῦτο ταῦτόν ἐστι τῷ προτέρῳ, διασκεύασαι δ' ἐπὶ μέ-
 νος. Sed disputatio nostra nondum eo pervenit, ut de Nubibus
 iaceremus.

Quum fabula populo non admodum placuisset, fecit Aristo-
 phanes quod moris erat eamque διασκεύασε, *correxuit, retractavit,*
prolixiit, ut Latinis verbis utar, quibus usi sunt Quintilianus
 instit. Orat. X. 1 et Gellius Noct. Att. III. 3. Aemuli poetae
 eam rem maligne interpretabantur, idem appellabant interdum
καττύειν vel *πτερνίζειν*, quae verba Phrynichus explicat apud
 ekkorum p. 39. 19: τὸ τὰ παλαιὰ ἐπισκευάζειν· ἢ μεταφορὰ
 τὸ τῶν τοῖς παλαιοῖς ὑποδήμασιν ἕτερα καττύματα καὶ πτέρνας
ροσραπτόντων· λέγουσι δὲ ἐπὶ τῶν τὰ παλαιὰ τῶν δραμάτων
παποιούντων καὶ μεταρραπτόντων. Anaxandrides hoc non facie-
 rit nec retractabat fabulam, si qua forte praemium non repor-
 tasset. Scribit Chamaeleo apud Athen. IX p. 374 B: ὅτε μὴ
 ψῆ, λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν καὶ οὐ

μετεσκευάζεν ὡς περ οἱ πολλοὶ καὶ πολλὰ ἔχοντα κομψὴ
 δραμάτων ἠφάνιζε, δυσκολαίνων τοῖς θεαταῖς διὰ τὸ γῆρας
 que si qua fabula non placuerat, plerumque retractaba
 postea circumferebatur ἢ νέαι ἔκδοσις, ἢ δισκευή, sed p
 editionem nemo curabat. Fiebat hoc pariter in tragoedii
 comoediis et nos hodie habemus *alteram* recensionem Hi
 et Iphigeniae Aulidensis, sed priores tragoediae perierunt
 que addit Chamaeleo: θαυμάζω οὖν πῶς ὁ Τηρεὺς περιεσ
 τυχῶν νίκης καὶ ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ, un
 paret Anaxandridis amicos ipso poeta fuisse diligentio
 cavisse ne opera lepide composita deferrentur in vicum
 tem tus et odores. Cum Anaxandride componam Eurip
 qui duplicem Hippolytum scripsit, de quo ita legimus
 goediae argumento: ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἰππόλυτος δεύτερος καὶ
 νηφόρος προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕπερον γεγραμμέ
 γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διῶρθωται τῷ δ,
 Raro, opinor, emendata fabula scripto tantum edita est.
 morabile est quod Athenaeus perhibet VI p. 270 A: *οἰδ.*
 καὶ οἱ (Μεταγένουσ) Θουριοπέρσαι καὶ τὸ τοῦ Νικοφῶντος
 (scil. Σειρήνες) ἀδίδακτά ἐστι, sed Eratosthenes cum Call
 infirmis utuntur argumentis in scholio ad Nub. vs. 552
 τοσθένης Φησὶ Καλλιμάχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις,
 ρουσιν ὕπερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικῶν τῶν Νεφελῶν, σα
 ταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον κηθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν,
 ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἶρηκεν, ἐν
 ὕπερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄποπον· αἱ διδχ
 δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσιν. Constat Aristoj
 Nubes retractavisse, nam habemus ea de re ipsius poeta
 monium in Parabasi, sed Callimachus fortasse dum se
 non recordatus est, vel obscurius locutus est, vel nam
 Eratosthenem eorum quae dixerat malignum interpreti
 certe videmus Alexandriae Nubes priores superfuisse
 fabulam ab Eratosthene lectitatam fuisse, quum utati
 fecto εἶρηκεν. Docuit autem Aristophanes τὰς πρώτας Ν
 ἐπ' ἄρχοντος Ἰσάρχου Olymp. 89. 1, sed prorsus nihil
 quominus credamus emendatam fabulam scenae com
 fuisse post Eupolidis Μαρικῶν circa Olymp. 90. 1, cf. Co
 Platonem Com. p. 146. Poeta spe excidit: quum p:

Nubibus certaret, acceperat tamen tertium praemium; retractata fabula explosa fuit itaque tenuit quartum quintumve locum. Quae fabulae populo placuerant, postquam Dionysiis vel Lenaeis praemio ornatae erant, non oblivioni tradebantur, sed festis et profestis diebus saepius edebantur. Apparatus fortasse erat minor et praeter plausum poetae nullum erat praemium propositum, sed populus vetera non minus cupide expetebat quam nova Athenis Athenienses idem sentiebant quod Romani Romae:

Qui utuntur vino vetere, sapientes puto,

Et qui libenter veteres spectant fabulas.

Nam nunc novae quae prodeunt Comoediae,

Multo sunt nequiores quam nummi novi,

ut est in Casinae prologo. Hinc fiebat ut multi locos insignes, Euripidis praesertim, memoriter tenerent et omnes haberent aures exercitatas ad agnoscendas *παρωδίας* versuum, qui multis annis ante iam in theatro pronuntiati fuerant. Ipsi iudices qui sedebant in Socratem, Aristophanis Nubes optime norant, quod ex Platonis Apologia apparet; plerique non meminerant, uti arbitror, cum plus quam viginti annis ante fabula ageretur, sed Socratem in scena saepe spectarant ipsaque recordatione delectabantur. Norant autem et meminerant Nubes *prior*es, nam retractatam fabulam, quae parum placuerat, mox poeta oblivioni tradidit: hoc est illud quod modo vidimus: *ἀποτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν*. Omnium fere fabularum quae supersunt, posterior potissimum recensio aetatem tulit, sed Nubes excipitur: *τοῦτο ταῦτόν ἐστι τῷ ΠΙΠΟΤΕΡΩΙ*. Non habemus retractatam fabulam, sed *prior*es Nubes, cui fabulae ex altera recensione quaedam admixta sunt.

Omnibus notum esse arbitror, magnis Dionysiis in certamine quinas fabulas comperiti solitas fuisse. Dixerunt de ea re tum alii, tum Boeckhii in Corpore Inscr. Gr. I. p. 352 et in Oec. Civ. I p. 339. Deinde novis quibusdam inscriptionibus e terra erutis, nuper de certaminis ordine dixerunt Köhlerus in Commentariis Instituti Archaeologici Attici III p. 104 sqq., Bergkii in Museo Rhenano XXXIV 292 sqq. et Weckleinii in Bursiani Annalibus vol. VII. Quinarum illarum fabularum indicium est in Pluti argumento, in quo quinque poetae recensentur: *ἐδιδάχθη ἐπ' ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ*

Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἄριστομένους δὲ Ἀδμήτω, Νικοφῶ δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάγῃ. Quum autem essent quae fabulae quae uno tempore committerentur, sed praemia te semper eveniebat, ut bini vincerentur, reliqui tres publice tores renunciarentur. In didascaliis scribebantur omnium tarum nomina, qui de victoria certarant, quod apparuit ex Pluti argumento, sed procedente tempore uti fit, gramm duobus nominibus neglectis, id tantum curabant, qui vic exstitissent. Videbamus hoc supra in Nubium argumento et quoque ea res confirmatur veluti in argumentis Pacis et Av In tragoedia factum est idem, veluti de Aeschilo legimus loco: *ἐνίκᾳ Λαίῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγί σκτι δεύτερος Ἄριστίας Περσεῖ, Ταυτάλω, Παλαισιαῖς σατυρικοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργεῖα τετραλ* Estque adeo consentaneum, non potuisse tres victores renun nisi poetae minimum quinque descenderint in certamen. M laus erat primum retulisse praemium; aliquanto minus ho ficus secundus locus habebatur, tertius qui venerat iam pro victo erat; nemo mirabitur neglectos fuisse qui duo e reliqui, de quibus, uti arbitror, ne quaesitum quidem fuit utri praestaret, vel si id mavis, uter utro esset deterior. diocres mediocrium fabularum poetae contemnebantur atque est factum, ut apud grammaticos Alexandrinos constaret, anno Nubes priores acta esset, quippe quae tertium praeu reportavisset, sed ut ignoraretur annus, quo retractata fa repraesentata esset, quum poeta *ἀπέτυχε πολὺ μᾶλλον*, uti dimus, et in quarto quintove loco constitisset. Denique fabula quae superest, eiusmodi sit, ut in theatro spectari modo possit, non enim retractatio ad finem erat perduc videbatur *διεσκευάσθαι ἐπὶ μέρους*, eo tandem perventum fu plerique crederent Aristophanem comoediam retractavisse, ut spectaretur sed ut legeretur. Sed eam suspicionem simpliciter protulisse satis habeo, nam infra sedulo exami mus, quibus in rebus fabula quae aetatem tulit, a priori censione differat.

Non tantum poetae scenici solebant opera sua *διασκευά* sed pervulgatum erat institutum apud omnes. De Demo legimus apud Diogenem Laertium: *τὰ δ' ἄλλα ἕσα τινὲς*

ι εἰς αὐτόν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ δισκεύασαι, τὰ δ' ὁμο-
 νως ἐστὶν ἀλλότρια, unde vides etiam fuisse, qui aliena
 κτετεύζοιεν. Alia exempla vide apud Casaubonum Anim-
 naeum p. 212, inter quae etiam illud est quod de Eu-
 photius retulit: Δύο πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας
 συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ
 κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει
 αἶαν καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ
 βᾶν βασιλέων καθαρπτόμενος, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἦν καὶ νέαν
 ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ
 βεῖας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται. Plurimum interest inter
 u et διορθωσιν, nam ὁ δισσκευαστῆς ipsum librum retrac-
 corrigendo argumentum aliquatenus diversum facit, ὁ
 : autem leviora menda procurat ut sententiae lenius de-
 et bellum gerit adversus librarium negligentiam. Si
 um ipse librum διορθοῖ, minuta et pusilla emendat, sed
 ουκῆς hoc agit, ut fere novus liber exeat. Qui hodie
 us semel eduntur in lucem, plerumque ante διορθοῦνται
 ypothesis iterum committuntur. sed multi fugiunt la-
 et molestias τοῦ δισσκευάζειν. Festis diebus quum de
 certabatur, saepe multi poetae attulerunt fabulam δισο-
 κην· repulsam tulisset qui nihil exhibuisset praeter fa-
 ιωρθωμένην.

qui verbum δισσκευάζειν paulo aliter usurpent, ut sit
 m quod *interpolare*. Hinc saepe coniunguntur verba
 ἰλλεῖν et δισσκευάζειν. Est verbi causa apud Casaubonum
 locus: τὰ δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα
 ζεύγη φλεβῶν ἐμβεβλησθαι τε μοι δοκεῖ τοῖς ἐπιγραφο-
 Ιπποκράτους συγγράμμασι καὶ δισσκευάσθαι φανερῶς. Qui
 pseudepigraphos Alexandriae vel Pergami venales offerre
 publicarum bibliothecarum praefectis, praeter ipsum
 titulum praeterea alia quoque, sicubi opus erat, addebant,
 nt, immutabant. Hoc scribit Galenus initium fuisse
 ἰ τὰς ἐπιγραφὰς τε καὶ δισσκευάσας ῥαδιοργίας. Tres
 ut, qui collati in unum, rem in clara luce ponent.
 Galenus tom. XV p. 105: πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ
 Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει πκλαιῶν βιβλίων
 λέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγράφατο σύγγραμμα· λαμβάνειν

δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς σύγγραμμα παλαι-
 τινὸς ἀνδρός, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζο
 Cum hoc loco conferenda sunt quae Galenus scribit in eode
 volumine p. 109: ἐν τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολ-
 μαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους πε-
 κτήσεως βιβλίων ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς α-
 τῶν ἤρξατο γίνεσθαι βραδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύρι-
 ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα, qui
 verba recurrunt tom. XVI p. 5. Vidimus tamen supra iam oli
 Athenis fabulas retractari vel διασκευάζεσθαι solitas fuisse
 audivimus Anaxandridem in ea re aliorum exemplum noluis-
 sequi. Neque id latebat Galenum ipsum, cuius testimonium ὁ
 duplici recensione Eupolidis fabulae Autolycei supra exscrips
 Operae pretium fuit ea de re dicere, ne quis forte se decipi
 pateretur iis quae Cobetus obiter dixit *Mnem.* XIV. p. 72.

Etiam in Scholiis ad Homerum verbum διασκευάζειν interdum
 paulo aliter usurpatur, nec mirum si quis διασκευῆν appellet
 quam alii satis habent διόρθωσιν dicere. Scribit Lehrsus ὁ
 Aristarcho p. 334; „Quod nos solemus dicere”, inquit, inte-
 polare vel quocumque modo genuinum textum scriptoris mu-
 tare, hoc a Graecis grammaticis proprio vocabulo dicitur δι-
 σκευάζειν.” Deinde postquam eam verbi significationem compr-
 bavit, allato Galeni loco, apud quem coniuncta leguntur verba
 διεσκευάσθαι et παρεγγεγράφθαι, redit ad Scholia Venet. ac pr-
 mum laudat Aristonici adnotationem ad Iliad. Π 666: Ζηνόδοτος
 καὶ ἐνταῦθα διεσκεύασε γράφων· καὶ τότε ἄρ' ἐξ Ἰδῆς προσέειπε
 Ζεὺς ὃν φίλον υἷόν, ἴν' ἐκ τῆς Ἰδῆς προσφωνή τὸν ἐν τῷ πεδῷ
 Ἀπόλλωνα. Hunc igitur locum Zenodotus, sive libris addicent
 bus, sive ex ingenio idque verius esse autumo, correxit, emend-
 davit, coniecturam periclitatus est. Imprimis de interpolationi-
 bus verbum in usu est, v. c. Iliad. Σ 356: Ζηνόδοτος πειρᾷται
 ἀποδεικνύναι διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον ἐπ' ἅν ἰγ', h. e. tres
 decim versiculos ab aliena manu interpolatos vel adiectos esse
 Διασκευῆ substantivum legitur Schol. Iliad. Π 97: ἀθετοῦνται
 εἰς τοὺς τέσσαρες διότι κατὰ διασκευῆν ἐμφάνουσι γεγράφθαι ὑπὸ
 τινὸς τῶν κομιζόντων ἑρᾶν τὸν Ἀχιλλεῆα τοῦ Πατρόκλου. Eodem
 modo usurpantur synonyma verba προστιθέναι, ἐγγράφειν, πα-
 ρεμβάλλειν, ἐμποιεῖν, παρεντιθέναι. Exstat etiam compositur

ἐνδιασκευάζειν, v. c. Schol. Iliad. Γ 395: *δεξάμενος δέ τις τὸ πρότερον τοὺς ἐξῆς ἐνδιασκευάζει· διὸ ἀθετοῦνται*. Interpolator modo dicitur ὁ *διασκευάσας*, modo usurpatur substantivum *διασκευασῆς*, ut Schol. Iliad. Ζ 440. Satis est unum praeterea locum laudare: Schol. Iliad. Ο 414: *ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι· ἢ διπλῆ ὅτι ἐκ τούτου διεσκευάσται ὁ τῆς τειχομαχίας σίχρος· ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσι*. Lehrsius rectissime: „*διασκευάζειν* primo dicitur de libro vel loco, qui primam et genuinam formam vel additamentis vel quivuscumque mutationibus factis amisit, *διεσκευάσαι*· deinde locus ipse qui additus est, dicitur *διεσκευασμένος* vel *ἐνδιασκευασμένος*.” Qui suum ipsius librum retractat, plerumque dicitur *διασκευάζειν* vel *μετασκευάζειν*, quod ab Anaxandridis ingenio, uti vidimus, alienum erat. Est quoque recte observatum ab Wolfio in Prolegomenis p. 152: „De ipsis auctoribus libri usitatum est verbum *διασκευάζειν*, sive de iis qui limam alienis libris adhibebant, non de criticis posteriorum saeculorum.” Sed de Homero lubrica et anceps quaestio est a qua inde aetate illae interpolationes repetendae sint, in scenicis poetis quaestio diversa est ac fortasse facilior. Qui librorum errores in codicibus corrigunt *διορθωταί* sunt, non *διασκευασταί*. Hi quoque textum interdum suo arbitratu refingunt, sed minuta fere sunt ad quae attendunt, ipsam operis compositionem non attingunt. Exemplum est in Aristophanis Ranis vs. 1286, ubi ad illud *Φλαττόθρατ* adnotatum est: *τινὲς δὲ καὶ σημειοῦνται αὐτό, ὅτι τῶν διορθωτῶν τινὲς περιεῖλον τὰς τοιαύτας ἐν τοῖς μέλεσι προσθέσεις*.

Boni poetae vident interdum meliora probantque, sed coguntur sequi deteriora et morem gerere histrionibus; ñebat in Graecia quod apud nos quoque fit, neque histriones semper conducuntur ut fabula agatur, sed interdum fabula conscribitur ut egregius histrio eximiam artem populo ostentare possit. Scribit Aristoteles Poet. c. 9: *τῶν δὲ ἀπλῶν μύθων καὶ πράξεων αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσι χεῖρις αἰ. Λέγω δὲ ἐπεισοδιώδη μῦθον, ἐν ᾧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὐτ' εἰκὸς οὐτ' ἀνάγκη εἶναι. Τοιαῦται δὲ ποιοῦνται ὑπὸ μὲν τῶν Φαύλων ποιητῶν δι' αὐτοὺς, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν διὰ τοὺς ὑποκριτάς· ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες καὶ παρὰ δύναμιν παρτείνοντες πολλακίς ἀναγκάζονται διασρέφειν τὸ ἐφεξῆς*. Praeterea dubium non est, ab histrionibus pronunciata passim

esse quaedam a magistris non erant, quod postquam poe-
 Boeckhii p. 10 ita pergit: „Quis negare ausit, ubi seme-
 pulpito aliquid aliter quam poeta scripserat, recitatum es-
 facile id in vulgaria exemplaria transiisse? Paucos enim
 dramatum codices habebant: audiebantur magis quam legel-
 tur.” Facile est afferre exempla ut appareat, quam vere
 dicta sint, in quibus Wolfii discipulum nullo negotio agnos-
 mus. Nolo provocare ad id quod de Lycone traditur apud
 tarchum de fort. Alex. p. 334 F: τούτω εἶς τινα κωμωδίαν
 βαλόντι τῖχρον κίτητικόν, Ἀλέξανδρος γελάσας ἔδωκε δέκα τάλα:
 nam hoc singulare est, sed quod scribit Aristoteles Rhet. 3. 1
 μείζον δύνανται νῦν τῶν ποιητῶν οἱ ὑποκριταί, id etiam
 Aristotelis tempora verum erat, si quidem recte de Sopho-
 Ister retulit, poetam πρὸς τὰς φύσεις τῶν ὑποκριτῶν γράφει
 δράματα. Conferenda sunt etiam quae Valckenaerius conge-
 ad Eurip. Phoen. vs. 1286. Veram lectionem primus Dindorf
 reperit Eur. Phoen. vs. 264: λαβόντες οὐ μεθῶσ' ἀναίμακτον
 χροῶ. Ibi histriones, uti scribit scholiasta, veterem lectionem
 μετέπλασαν διὰ τὸ δυσέκφορον. Collato Photii loco intelli-
 Dindorfius, genuinam Euripidis manum esse: οὐκ ἐκφρ
 ἀναίμακτον χροῶ. Sed in ea disquisitione quam ingressi sum
 talia minuta possunt videri; non autem negligendum est, his-
 triones interdum integros versus et longas ῥήσεις proprio Me-
 addidisse. Lepidum est, quod legimus apud Scholiastam
 Eur. Orest. 1352: τούτους δὲ τοὺς τρεῖς τῖχρους οὐκ ἂν τις
 ἐτοίμου συγχωρήσειεν Εὐριπίδου εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὑπο-
 κριτῶν, οἵτινες ἵνα μὴ κακοπαθῶσιν ἀπὸ τῶν βασιλείων δόμων καθ-
 λόμενοι, παρανοίξαντες ἐκπορεύονται τὸ τοῦ Φρυγῶς ἔχοντες σχῆ-
 μα καὶ πρόσωπον. ὅπως ἂν διὰ θυρῶν εὐλόγως ἐξίοντες φαίνωνται,
 ὧν δ' αὐτοὶ λέγουσιν ἀντιμαρτυροῦσι τῇ διὰ τῶν θυρῶν ἐξό-
 δῳ. Φανερόν γὰρ ἐκ τῶν ἐξῆς ὅτι ὑπερπεπήδηκεν. Ferebatur o-
 Rhesi prologus, quem veteres grammatici suspicabantur
 histrionibus fuisse additum: καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων εἶ-
 ρος τις φέρεται πρόλογος περὶ πάντων καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ
 τάχ' ἂν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευαστότεροι εἴεν αὐτόν. Hoc tan-
 libenter concedam Boeckhio p. 329, quidquid histriones im-
 taverint vel addiderint, id antiquitus immutatum vel addit
 fuisse, sed inde a perlata Lycurgi lege, de qua mox quaerem:

ab histrionibus aut nihil aut paucissima fuisse mutata. Etiam Dindorfius in praefatione quintae Aeschyli editionis A. 1865 p. 77 recte statuit longas interpolationes, quas in tragicis poetis agnoscere sibi visus est, non Alexandriae demum, famosa fraudis literariae sede, sed in ipsa Graecia proximis post principum tragicorum trium aetatem saeculis esse susceptas.

Sed ut plene intelligatur, quid sit fabulam retractare et interpolare, recurrendum est ad Terentii prologos, quo nemo veterum de hoc argumento disertius dixit. Legitur verbi causa in Andriae prologo:

Menander fecit Andriam et Perinthiam.

Qui utramvis recte norit, ambas noverit:

Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen

Dissimili ratione sunt factae ac stilo.

Quae convenere in Andriam ex Perinthia

Fatetur transtulisse atque usum pro suis.

Cuiusmodi fuerit quod Terentius fecit, discimus e Donati commentario. Prima scena de Perinthia translata est, ubi senex ita cum uxore loquebatur, ut apud Terentium cum liberto: at in Andria Menandri solus senex est. Deinde in reliqua fabula, dummodo Donati verba recte interpretor, qua de re conferri iubeo Franckenium in *Mnem.* XV p. 148, poeta sequitur fere Menandri Andriam, exceptis duobus locis, altero versuum fere undecim, altero versuum fere viginti, qui in Perinthia positi erant. In colloquio senis cum liberto secundum Donatum Terentius utitur pene iisdem verbis quibus Menander in Perinthia: hoc quam verum sit, hodie quoque apparet. Nam quod senex narrat: *Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis, vicia haec, moritur, et quod libertus reponit: O factum bene! beati; hei, metui a Chryside*, et reliqua de exsequiis, haec omnia apud Menandrum senex narrabat uxori suae, quae domum servans et lanam faciens ignorare potuit, quae res in vicinia agerentur, sed libertus etiam citius quam dominus talia resciscere debuit et Menandrum Terentius uti vides corruptit potius quam correxit.

Non diversa ratio est in Adelphis. In prologo ita legimus:

Synapthnescontes Diphili comoedia est,

Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

In Graeca adulescens est, qui lenoni eripit
 Meretricem in prima fabula; eum Plautus locum
 Reliquit integrum. Eum hic locum sumsit sibi
 In Adelpbos, verbum de verbo expressum extulit.

Itaque quum Menandri Adelpbos Terentius Latinam faceret, ex Diphilo assumsit quaedam, quibus locum dedit in Actu secundo, ubi impurus leno cum Aeschino rixatur, qui *in fratris gratiam* fidicinam ereptum ivit. Ipsa fabulae inscriptio indicio est, etiam apud Diphilum fratrem fratri dedisse hoc fraterni amoris documentum. Fabulae tamen simplex nomen est Adelphi; unius enim graeci exempli nomen inscribi solitum est, etiamsi duo fuerunt, quae latinus poeta in condenda fabula secutus esset; quae verba sunt Ritschelii in praefatione ad Trinumum p. 322. Terentius autem haud semel fabulas interpolavit, sed Phormio, Hecyra et Hautontimorumenus ex integris Graecis integrae comediae sunt. Erant tamen inimici, homines invidi ac malevoli, quibus sic respondit in Hautontimorumeno:

Nam quod rumores distulerunt malevoli,
 Multas contaminasse graecas, dum facit
 Paucas latinas, id esse factum hic non negat,
 Neque se pigere, et deinde facturum autumat.
 Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi
 Licere id facere, quod illi fecerant, putat.

Ipsam rem ne quis miretur, scito etiam hodie idem fieri et adscribam recens exemplum quod Paulo Lindavio debeo, qui ostendit Sardovii Odettam, quam nuper Parisienses plausu exceperunt, *διασκευήν* esse Marii Uchari Flamminae, cui fabulae quaedam accessere ex Pauli Giacometti fabula *Culpa Culpa Vindicat*. Qui autem hodie scribunt de interpolationibus in retractatis fabulis, *contaminationem* appellare solent; frustra meo quidem iudicio, nam vocabulum ii demum recte usurpabunt, qui rem factam *improbant* et Lindavius arguit Sardovium Italas fabulas contaminasse; poeta enim spectatores rem celarat. Sed ipse Terentius non videbatur sibi fabulam contaminare, sed *interpolare* vel *retractare*. Qui autem sunt illi boni, quorum exemplum Terentius profitetur se sequi? Respondebit ipse in Andria:

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant
 Contaminari non decere fabulas.

Faciuntne intelligendo ut nihil intelligunt?

Qui quum hunc accusant, *Naevium, Plautum, Ennium*

Accusant, quos hic noster auctores habet,

Quorum aemulari exoptat negligentiam

Potius quam istorum obscuram diligentiam.

Hinc lux affunditur iis quae inveniuntur in Eunuchi prologo. Eunuchus fabula Menandri est, quam Terentius vertit, translatis personis parasiti et militis ex Colace eiusdem poetae itaque videmus interpolavisse poetam Romanum primam scenam actus tertii, cf. Franckenius ll. p. 151. Sed erat aemulus quidam poeta, qui arguebat:

Colacem esse Naevi et Plauti veterem fabulam,

Parasiti personam inde ablatam et militis.

Deinde factum Terentius utcumque excusat. Plautus autem interpolarat, vel ut hodie docti viri loquuntur, contaminarat et emendatam retractarat Naevii fabulam, quam hic duxerat e Menandri Colace. Etiam ipse Plautus, uti suspicor, Naevii Colacem laudat Casin. 3. 1. 9; sed ulterior huius rei disquisitio a meo proposito aliena est et lectores ablegandi sunt ad eos qui historiam literarum Latinarum scripserunt et imprimis ad Ritschelium in Parergis p. 104 et ad Grauertum de Contaminatione p. 147.

Redeo ad Graecos et primum videbimus de scenicis poetis, qui suas ipsorum fabulas dicuntur retractavisse. Operae pretium est exempla quaedam duplicis recensiois colligere et sub uno conspectu ponere. Doleo quidem quod Fritzschi commentarios de hoc argumento consulere non potui, sed Amstelodamensis sum non Berolinensis et in mea librorum penuria scribo haec ut possum, quando ut volo non licet. Faciam a Sophocle initium, qui saepe dicitur fabulas suas expolivisse et expolitas iterum scenae et spectatorum existimationi commisisse. Eo pertinet Arist. Nub. vs. 257, ubi Scholiasta contendit a poeta respici *τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα*, quocum Hesyehius convenit, qui semel iterumque laudat *Ἀθάμαντα α'* et *Ἀθάμαντα β'*. Missis coniecturis nimium incertis Ahrentis Coburgensis, equidem potissimum Dindorfium sequar, qui suspicatur alteram fortasse fabulam nihil aliud fuisse quam correctam et expolitam prioris editionem, cuius idem argumentum fuerit, etsi diversis modis

tractatum. In pauculis fragmentis quae aetatem tulerunt, est sane nihil quod suadeat ut aliter statuamus. Etiam prior et altera *Τυρῶ* circumferebantur et praeterea videmus in retractata fabula prologum mutatum fuisse, quod indicat Schol. Arist. Av. 276: *ἔξεδρον χῶραν ἔχων*, ad quae verba adnotatum est: *ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς ἀρχῆ· τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χῶραν ἔχων*. Deinde Phineus a poeta emendata fuit et speciosa est Welckeri coniectura, drama illud satyricum iterum commissum fuisse titulo *Τυμπανισῶν*. Sequuntur *Λήμνιαι*, cuius fabulae duplex recensio innotuit nobis testimonio Stephani Byz. in voce *Δώτιον*. Denique inter Sophoclis tragoedias *Θυέτης δευτερος* laudatur; prior fabula ut ab altera distingueretur, inscripta fortasse fuit *Θυέτης ἐν Σικυῶνι* vel *Σικυῶνιος*. Neque desunt indicia in fabulis quae supersunt, „*eas non brevi dierum spatio fuisse natas et editas, numquam in posterum retractandas; sed poetam, cum drama mente conceptum et informatum, partim literis mandavisset, non statim ad finem properasse, sed interdum longo demum tempore ultimam manum admovisse*”; quae verba sunt amici Johannis van Leeuwen in egregia commentatione de Sophoclis *Aiace*. Intricata questio est, cum etiam postea praeclara monumenta ab ineptis poetastris retractata et interpolata sint, inter utrumque interpolandi genus certa iudicii norma accurate distinguere; sed de ea re lectores Nauckium adire debebunt, nam mihi cavendum esse video ne a meo proposito me abstrahi patiar.

De Euripide plura investigari possunt ac fortasse certiora. Legitur verbi causa in Argumento Hippolyti: *ἔτι δὲ οὗτος ὁ Ἰππόλυτος δεύτερος καὶ σεφανεύς προσαγορευόμενος, ἐμφαίνεται δὲ ὕπερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κκτηγερίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι*. Prior autem *ἔκδοσις*, quod Pollux docet 9. 50, inscripta fuit *Ἰππόλυτος καλυπτόμενος*. De inscriptionibus potest dubitari num recte traditae sint, qua de re dignus est qui conferatur Valckenaerius in Praefatione p. 19, sed cum ea quaestio ad propositum meum nihil pertineat. malo reliqua apponere, quae Valckenaerius sibi indagavisse videtur de ambarum recensionum discrimine. „*Sunt inter fragmenta*”, inquit, prioris editionis quae mihi paene persuaserunt totam dramatis oeconomiam in editione secunda fuisse mutata; in

collocutam cum Hippolyto Phaedram; nec per interpre-
sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno
tam; non ab oraculo reversum Thesea, sed ab inferis re-
n in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori
em nonnumquam rerum fuisse dispositionem, qualis multo
ior obtinet in Hippolyto Senecae, cui suspicor lectam
olytum Euripidis priorem". Non intercedo quominus ve-
videatur quod de Theseo Valckenaerius perhibet, sed iam
triginta annos me tetigit suspicio, de Phaedra summum
a errare et nunc occasione oblata, fortasse mihi concedetur
ndem modeste ut decet significem cur ita putem. Pri-
retractatione fabula *δισκευασμένη* non necessario fit melior
que factum existimo quod Boeckhius scribit p. 170, ubi
de duplici Medae recensione: „In emendando fieri solet,
ro mendis quae deleas, maiora committas." Unum certe
um mihi videor agnoscere, quod non fuit in editione pri-
sed ab Euripide iudicii errore illatum fuit in editionem
am. Nempe etiamsi Phaedra nefaria mulier sit apud Se-
a, non talis est apud Euripidem, qui praeterea primas
non novercae adsignavit sed privigno. Venus est quae
nolentem et repugnantem quantum potest licetque. Frustra
hortatur ut cedat amori et quod pessima mulier collo-
cum casto adolescente, facit id iniussu reginae. Hinc
ira, vs. 486:

τοῦτ' ἔσθ' ὁ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
οὐ γάρ τι τοῖσιν ὥσ' ἰερπνὰ χρὴ λέγειν,
ἀλλ' ἐξ ὅτου τις ΕΥΚΛΕΗΣ γενήσεται.

nutat sententiam generosa mulier, dum parat e vita abire;
iam gravissime invecta est in nutricem, vs. 682:

ὦ παγκακίση καὶ Φίλων διαφθορεῦ,
οἷ' εἴργασαί με. Ζεὺς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
πρόρριζον ἐκτρίψειεν οὐτάσας πυρί.
οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προύνοησάμην Φρενὸς
σιγαῶν ἐφ' οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;
σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοίγαρ οὐκέτ' ΕΥΚΛΕΕΙΣ
θανούμεθα,

igitur postquam vociferata est, sequuntur post aliquod

intervallum vs. 715 novissima verba:

ἐν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ
 εὖρημα δὴ τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
 ὧσ' ΕΥΚΛΕΑ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
 αὐτὴ δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκῶτα.
 οὐ γάρ ποτ' αἰσχυρῶ γε Κρησίουσ δόμους,
 οὐδ' ἐς πρόσωπον Θησέωσ ἀφίξομαι
 αἰσχροῖσ ἐπ' ἔργοισ οὐνεκα ψυχῆσ ἐμῆσ.

Non est ea mulier, quae etiam post mortem per litterum decipere potuit, ut Hippolytum perderet. Euripio conicio, in prima editione rectissime et convenienter fatales illas literas *ab nutrice* fraude mala suppositas fuisse intellexit postea in repetita editione, si Phaedra ipsa beret, se tragoediam corrumpere potius quam corrigi praesto sunt multorum exempla quae ostendunt saepe et doctos homines opera sua artificiosissime compositis modis mutilare et deturpare, si post aliquod intervallum redeant, ut perficiant, quae sibi imperfecta reliquissent nec semper *αἱ δευτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι*, nam reperias verum esse quod Anglis in ore est: *First thou best*. Ceterum nunc quoque suturae in Hippolyto: Quam languent illa quae Phaedra pronunciat vs. 688. F sortem suam deploravit: *τοίγαρ οὐκέτ' εὐκλεεῖσ θα* sequuntur inficeta verba:

ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων,
 οὗτος γὰρ ὄργῃ ξυντεθηγμένος φρένας
 ἔρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ ΣΑΣ ἀμαρτίας
 πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχυρίων λόγων.

Non lecta haec fuerunt, uti arbitrator, in prioribus editionibus literis quibus parat decipere maritum, Phaedra numquam dicit, nisi *unico* loco, cuius *διασκευὴ* facile agitur. Moritura Phaedra ita loquitur vs. 725:

ἐγὼ δὲ Κύπριν ἥτις ἐξόλλυσὶ με
 ψυχῆσ ἀπαλλαχθεῖσα τῆδ' ἐν ἡμέρᾳ
 τέρψω· πικροῦ δ' ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.

Haec pulchre dicta sunt et reginam decent, sed illa displicent:

ἀτὰρ κακόν γε χᾶτέρῳ γενήσομαι

θανοῦσ', ἴν' εἰδῆ μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
 ὑψηλὸς εἶναι· τῆς νόσου δὲ τῆςδέ μοι
 κοινῇ μετασχὼν σωφρονεῖν μαθήσεται.

habeo testem in paucis locupletem, ipsam deam Dianam.
 c in extrema fabula ad miserum patrem ita dicit, vs. 1304:

γνώμη δὲ νικᾶν τῆν Κύπριν πειρωμένη
 τροφοῦ διώλετ' οὐχ ἐκοῦσα μηχαναῖς,
 ἢ σῶ δι' ὄρκων παιδί σημαίνει νόσον.
 ὁ δ' ὥσπερ οὖν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο
 λόγοισιν, οὐδ' αὖ πρὸς σέθεν κακούμενος
 ὄρκων ἀφέϊλε πίσιν εὐσεβῆς γεγώς.

vides, nihil dicit immortalis dea admodum inclementer in
 iam: periit artibus nutricis, non suo vitio, οὐχ ἐκοῦσα.
 de pergīt:

ἢ δ' εἰς ἔλεγχον μὴ πέσοι φοβουμένη
 ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε καὶ διώλεσε
 δόλοισι σὸν παῖδ', ἀλλ' ὅμως ἔπεισέ σε.

t mihi quis iterum totum locum uno tenore. Quae ea est
 metuit ne πέσοι εἰς ἔλεγχον? Post mortem Phaedra nil
 ullo modo metuere potuit, nec causam reperio, quae illam
 alerit ut illas literas scriberet. Sed nutrix fuit, quae φο-
 ἔνη μὴ πέσοι εἰς ἔλεγχον, h. e. μὴ βασανισθεῖη, eam frau-
 excogitavit. Metuens ne per tormenta interrogaretur, in-
 t epistulam dominae manibus, quae modo suspensio vitam
 at. In tota tragoedia *unicus* omnino locus est, ubi regina
 te dicitur literas ipsa scripsisse. Legitur vs. 1288: *ψευδεῖς*
 ἰ ἀλόχου πεισθεῖς. Sed anapaesti quibus Diana hic uti-
 nisi omnia me fallunt, accessere demum in altera editione.
 e quod statuit Valckenaerius ad vs. 792, in priore recen-
 Theseum non Delphis redire sed ab inferis, id facile con-
 rim et praeterea conicio, in hoc quoque priorem fabulam
 onendam fuisse τῇ δισκευασμένη, sed non mihi persuadeo
 sam potissimum imitari τὸν Ἰππόλυτον καλυπτόμενον, in
 fabula Phaedra generosa mulier fuit et invicti animi. Ea-
 in tragoedia quae exstat, ultro citroque iactatur nec magis
 rtute sibi constat quam in flagitio. Apud Euripidem, verba
 Racinii, Phaedra *n'est ni tout-à-fait coupable, ni tout-à-fait*
ente. Apud Senecam perdita mulier est habuitque fortasse

poeta Sophoclem quem imitaretur; Euripidem certe non esse imitatus. Nunc quoque Euripides exemplo suo ostendit, etiam limae sicuti optimae cuiusque rei esse quendam abusum. Hanc scio an viri docti meam sententiam suffragiis suis comprobatur sint, sed Racinius poeta certe fuisset comprobaturus, cuius illi sunt prorsus egregie dicta, in quibus veri praesagam mentem habuit: *J'ai pris soin de rendre Phèdre un peu moins odieuse qu'elle n'est dans les tragédies des Anciens, où elle se résout d'elle-même à accuser Hippolyte. J'ai cru que la calomnie avait quelque chose de trop bas et de trop noir pour la mettre dans la bouche d'une Princesse, qui a d'ailleurs des sentimens si nobles et si vertueux. Cette bassesse m'a paru plus convenable à une Nourrice, qui pourrait avoir des inclinations plus serviles et qui néanmoins n'entreprend cette fausse accusation que pour sauver la vie et l'honneur de sa maîtresse.*

De repetita editione Hippolyti sunt praeterea acutissimae suspiciones Boeckhii p. 180. Describam id quod maxime ad rem nostram facit. In Hippolyto velato finis egregius fuit hic:

ὦ μάκαρ, οἷας ἔλαχες τιμᾶς,
 Ἴππόλυθ' ἤρωσ, διὰ σωφροσύνην·
 οὔποτε θνατοῖς ἀρετῆς ἄλλη
 δύναμις μείζων. ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ'
 ἢ μετόπισθεν
 τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Non dubito, inquit, quin hos versus omnes praelaturi sint istis, qui nunc claudunt tragoediam:

κοινὸν τὸδ' ἄχος πᾶσι πολίταις
 ἦλθεν ἀέλπτως.
 πολλῶν δακρῶν ἔσαι πίτυλος·
 τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς
 Φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.

Cur haec pro illis reposita sint, *χάλκεα χρυσείων*, apparet e versibus qui proxime praecedunt:

ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὄρσιματα,
 οἴου φερήσεσθ' ἀνδρός· ὦ τλήμων ἐγώ,
 ὡς πολλά, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.

Hippolytus autem iterum edita est Olymp. 87. 4, eodem anno quo periit Pericles morbo absumtus: unde iam nequit dubium

esse, haec, οἷου τερήσεσθ' ἀνδρός, pronunciata ab Theseo heroe populari, dicta esse ad significationem nuper defuncti viri, ideoque etiam illa, κοινὸν τὸδ' ἄχος κτέ., pro multo melioribus substituta esse, ut hoc lenocinio audientium animi captarentur, utque Periclis, quo nullus de republica videretur melius meritus fuisse, memoria in tragoedia quoque celebraretur, quem ille sua munificentia tantum promoverat.

Iam supra, *Mnem.* XXI. 11, ostendere sum conatus Euripidem in priore Medae recensione Medae filios non per matrem trucidasse, sed per Corinthios; deinde praeter Autolycum et Phrixum, quarum fabularum olim duplex recensio videtur existisse, legimus Euripidem minorem post patris obitum scenae commisisse Iphigeniam Aulidensem, Alcmaeona et Bacchas. Non potuerunt illae fabulae iterum repraesentari nisi correctae et huius rei vestigia etiam hodie apparent, quod Boeckhii accurate demonstravit. Sunt in extrema Iphigenia supplementa quaedam admodum inficeta, sed his omissis, quorum non est habenda ratio, videmus Euripidem minorem post actam Aristophanis *Ranas* reseculisse prologum, quem Diana pronunciarat, ut inde quaedam derivaret in Agamemnonis *ῥῆσιν*, quae nunc est a vs. 49. Factum est igitur in Iphigenia idem quod in Hippolyto et in Medea, ut posterior potissimum editio aetatem ferret. Baccharum diversa conditio est, nam fabula, quam hodie legimus, ex duabus recensionebus conflata est. Apparet hoc potissimum in persona Cadmi, qui immerito plectitur in extrema fabula. Sed praestat lectores ablegare ad eximiam Boeckhii disputationem p. 322. de qua supra dixi *Mnem.* XXI. 273.

Mitto Timesitheï duas retractatas tragoedias, quae a Suida memorantur, ut ad comicos poetas veniam. Supra iam laudabamus Epicharmum, qui teste Athenaeo III p. 110 B Ἡβας Γάμον emendavit, deinde emendatam inscripsit Μούσας. Sed Eupolis retractavit Autolycum, cf. Galenus Vol. V p. 38 B, Aristophanes *Nubes*, *Pacem*, *Ranas*, *Plutum* et *Aeolicona*, nam de alteris Thesmophoriazusi potest dubium videri, fueritne retractata fabula an argumentum prorsus diversum habuerit, Archippus *Amphitryona* cf. Athen. III p. 95 E, Menander *Ἀδελφοὺς* cf. Schol. Plat. *Phaedr.* p. 279 C et *Ἐπίκληρον* cf. Athen.

IX p. 373 C, Diphilus *Συνωρίδα* cf. Athen. IX p. 373 C, Alexis *Φρύγιον* cf. Athen. VI p. 247 C, denique Theopompus fortasse *διασκεύασε τὴν Παμφίλῃν*, cf. Athen. XI p. 485 B. E. Post *διασκευὴν* saepe titulus mutabatur feceruntque omnes quod Epicharmum modo fecisse deprehendimus, cf. Meinekium in *Historia Critica* p. 254, Bernhardius in *Hist. Litt. Graec.* II p. 664 et Ritschelius in *Parergis* p. 164. Sic fuit Hermippi *Μαῖραι ἢ Στρατιῶται*, cf. Athen. XV p. 668 A et Schol. Arist. Pac. 1241, Phrynichi *Τραγωδοὶ ἢ Ἀπελευθεροί*, cf. Suidas in voce, Antiphanis *Ἄγροικος ἢ Βουταλίων*, cf. Athen. VIII p. 358 D, Alexidis *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος*, cf. Athen. XIV p. 663 C, eiusdem *Κρατεύας ἢ Φαρμακοπόλης* cf. Athen. VI p. 254 A. Triplex deinde titulus est apud Athen. XI p. 496 F: *Δίφιλος ἐν Εὐνούχῳ ἢ Στρατιώτῃ· ἔστι δὲ τὸ δράμα διασκευὴ τοῦ Αἰρησιτείχους*. Praeterea, quod supra nobis comparuit, non multum dissimiles fuisse arbitror Menandri Andriam et Perinthiam, quem ad modum Studemundus nuper ostendit summam fuisse convenientiam Diphili fabularum quas Plautus fecit Rudentem et Vidulariam. Nec mirandum est, poetas interdum in diversis fabulis usos fuisse versibus iisdem; Athenaeus demonstrat Alexidem hoc aliquoties fecisse, sed est cautione opus ne decipiamur ab librariis, quorum multiplices fuerunt errores in fabulis laudandis.

Scenici poetae non tantum suas fabulas refingunt, sed etiam alienas. Scribit Boeckhius p. 242: „Veteres tragici in exprimendis aliorum locis, immo in mutuandis totis versibus non ita religiosi fuerunt, ut alii poetae ac prosae praecipue scriptores, sed in hac re maiorem sibi libertatem sumpserunt, idque iis condonatum est pluribus de causis. Primum, quod veteres non illud postulabant, ut scenicus poeta nihil nisi peculiaris afferret, sed ut pulchra et quae delectarent populum: nam popularis apud Graecos cuncta poesis fuit, et imprimis scenica: nec tam poeta quam poesis spectabatur: ut singuli scriptores propriam quandam formam, ab aliis diversam, impressam haberent, non desiderabant, modo nationis indoli convenirent carmina. Deinde nonnulli versus, quorum magna vis et effectus in scena fuit, in Aeschyli praesertim fabulis, videntur spectatoribus imprimis fuisse cari et grati: eos suo loco Sophocles repetere

est dedignatus." Itaque fecerunt hoc omnes, non mali et mediocres poetae, sed optimus quisque alienos versus mutuabatur nec solum singulos versiculos avulsos, sed et adeo fabulae argumentum et dispositionem. Omnes scepoetae impune aliena mutantur, vel si malignis interpretandum est, aliena *furantur*, neque est proorsus de fictum quod scribit Clemens Alexandrinus de furtis orum. Quod miramur, ipsum adeo Aeschylum in illo offendimus. In Argumento Persarum ita legimus: Γλαῦν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν Φησὶ Φρυγίχου Πέρσας παραπεποιῆσθαι· ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματι· ταύτην·

Τὰδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων,
ἐκεῖ εὐνοῦχος ἐστὶν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἦτταν
; τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις, de quo loco annus egit de Persis p. VII. Etiam ex recta interpretatione Aristophanis in Ranis vs. 910 et 1298 potest hodie appari, quantum Aeschylus Phrynicho debeat. Quum hoc moris alienis audacter uti pro suis, iam minus miramur, quod lotus tradit VI. 21, Athenienses, postquam Phrynichus eum docuisset Μιλήτου ἄλωσιν, mulctam poetae irrogavisse, spectatores ad lacrimas adegisset, ac iussisse μηκέτι μηρούτω χρᾶσθαι τῷ δράματι. Athenis nemo curabat in theatris fabulae quae repraesentaretur, revera auctor esset. Aristophanes aliquot fabulas commisit per Callistratum et Philemonem, sed nemo magno opere ad eam rem attendebat. Post praemium acceperat is qui descenderat in certamen, si fortasse ipse esset asinus ad lyram, nemo invidebat, indigne ferebat, ipse poeta fortasse domi sibi soli plauderet et ingenuè laetabatur honore et successu amici, cui factum dederat agendam. Hinc quas fabulas poeta post mortem Phrynichi reliquerat, tum eas quae populo iam placuerant, eas quas fortasse inchoaverat necdum absolverat, quasi aequo iure perveniebant ad liberos et nepotes atque sic factum, ut poetarum posteris saepe poetica facultate dicebatur excellere: habemus exempla Pratinae, Phrynichi, Aeschyli, Euripidis, Aristophanis, Carcini, Philemonis, quorum nepotes, interdum etiam pronepotes, scenicis poetis accen-

sentur. Patrum, avorum dramata hi impune corrigebant, emendabant, mutabant, etiam corrumpabant, donec ea licentia Lycurgi lege, de qua statim dicam, quodammodo cohibita fuit. Quod semel populo placuerat et praemio decoratum fuerat, res propemodum nullius erat; omnes utebantur et abutebantur atque hinc poetae scenici libere usurpant quidquid ab aemulo et aequali poeta commode excogitatum fuit. Hinc acres lites oriuntur et saepe comici poetae de aemulorum impudentia queruntur. Habemus undecim tantum comoedias Aristophanis et tamen possumus existimare cuiusmodi fuerit id quod dixi; facile autem est conicere rem olim multo latius patuisse quam nunc liquido possit demonstrari. Sed est operae pretium quaedam cognoscere exempla furtorum, quae ingeniosis viris indigna dixeris.

Primum componam quae mihi de tragicis poetis observata sunt. Quod Sophocles Aeschylum interdum elegantissime imitatur, id sane haud reprehendimus, laudamus potius. Exemplum est, quod Boeckhiius attulit p. 244, *Electr.* vs. 1415, ubi Clytaemnestra, dum ferrum recipit, ὦ μοι πέπληγμαι exclamat et rursus ὦ μοι μάλ' αὔθις. Nempe utitur iisdem verbis quibus apud Aeschylum Agamemnon in cognomine dramate vs. 1335. Sed in hoc illustri loco, ut ait Boeckhiius, quis tam rudis est quin videat, quam eximie hic summus tragicus Aeschyli verba spectatoribus in memoriam revocaverit? Nunc autem illud quaerimus, possintne hodie afferri indicia servilis imitationis. Audiamus Athenaeum I p. 17 C: Αἰσχύλος ἀπρεπῶς πάνυ παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικαταγνύναι. λέγει γοῦν·

ὁ δ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
 γελωτοποιόν, τὴν κάκισμον οὐράνην,
 ἔρριψεν οὐδ' ἤμαρτε, περὶ δ' ἐμῶ κάρᾳ
 πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὄφρακουμένη
 χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

Deinde Sophoclem laudat, qui simillima dixit in Ἀχαιοῶν συλλόγῳ·

ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκισμον οὐράνην
 ἔρριψεν οὐδ' ἤμαρτε, περὶ δ' ἐμῶ κάρᾳ
 κατὰγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον·

ἔδειματούμην δ' οὐ Φίλης ὁσμῆς ὕπο.

aret *δρᾶμα σατυρικὸν* fuisse, in quo poeta his versibus lusit, ade mihi quidem probabilis coniectura videtur, Sophoclis *μαίων σύλλογον* vel *σύνδειπνον* nihil fuisse nisi *διασκευὴν* Aeschyli fabulae, cuius titulum Athenaei epitomator resecurit, quam Welckerus coniicit fuisse *Ἄσολόγους*. Etiam Euripides saepe singulos versus ab Aeschylo et Sophocle mutuatus est, sed nimis incerta fama mihi videtur esse de *Medea*, quae Neoronis fabula fuisse perhibetur, quam Euripides retractavit. In tragoediae quae praemio donatae erant itemque eae quae saepe steterant et tamen forte in hominum manus pervenerant, quibus rebus fere derelictis habebantur omnesque suo arbitratu in illis modis refingebant. Non magis curabant quis poeta primus id dixisset, quam nostra aetate ii faciunt, qui quotidie scribit de universo statu Europae et alienas opiniones, quas nulla pars protegit, compilant, compilant, compilant. Queritur Dionysius Siculus I 5, quod sunt homines *διασκευάζειν εἰωθότες τὰς ἑλικυς* eosque vult *ἀποτρέψαι τοῦ λυμάλινεσθαι τὰς ἀλλοτρίας ἐγκυρματείας*. Poetis etiam magis quam historiarum scriptoribus *διασκευασαί* metuendi erant. Veteribus fabulis non certabatur nisi correctis: iam intelligitur in quanto periculo versatae sunt triumvirum tragoediae, quae saepe ac diu steterunt et populi plausum tulerunt. De Aeschylo certe luculentum testimonium est Quintilianus X. 1. 66: „Tragoedias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis et gravis et grandiloquus saepe que ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus: propter quod *correctas* eius fabulas in certamen deferre posterioribus aetatis Athenienses permisere suntque eo modo multi coronati.” De ea natione Aeschyli correctorum — sunt *οἱ περὶ Αἰσχύλον*, quibuscum ipse Sophocles certasse dicitur — Boeckhius dixit in p. 31. Eadem sors fuit Sophoclis, sed imprimis Euripidis retractatae fabulae sunt semperque illud malum latius serpsit, donec cohibitum fuit anno 364 Lycurgi lege, qua perlata in tragoediarum illarum compositione aut parum aut nihil novatum fuisse censeo.

Lycurgi lex de qua dicebam, servata est in Vitis X Oratorum p. 841 F: *ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγωδίας αὐτῶν ἐν*

κοινῷ γραφισμένους φυλάττειν, καὶ τὸν γραμματέα τῆς πόλεως παραναγιγνώσκειν· τοῖς δ' ὑποκρινομένοις οὐκ ἐξεῖναι παρ' αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι. Sic enim locum correxerunt Wytttenbachius et Bernhardius. Hoc igitur agebat Lycurgus, ne praeclaræ fabulæ in posterum interpolarentur et bellum gerebat adversus τοὺς διασκευαστάς. Dum tragoediae illae agebantur, scriba publicus debebat παραναγιγνώσκειν et curare, ne quid histriones immutarent et simul consequitur, tunc non amplius de praemio certatum fuisse inter eos, qui veterum heroum fabulas in scenam producerent. Ab eo tempore Athenis adservabantur trium poetarum exemplaria, quae *textum receptum* continebant. Haec exemplaria Ptolemaeus Evergeta interposito pignore quindecim talentorum ab Atheniensibus petiit describenda, sed relicto pignore in sua bibliotheca posuit. Iam fac pretiosum Codicem omnes tragoedias continuisse quibus hodie utimur, fac omnes nostros libros fluxisse ex illo Lycurgi exemplari, non tamen sequetur genuinam formam tragoediarum illarum ad nostra usque tempora fuisse propagatam. Habebat rex in bibliotheca alios vitiosos tragicorum poetarum codices, qui retractatum textum exhibebant: quam facile inde aliquid derivari potuit? Sed etiamsi Alexandrini grammatici curarint, ne quid vitii quod ex mendosis Codicibus fluxisset, sua auctoritate confirmaretur, vel sic tamen non otiosum erit quaerere de immortalium operum genuina forma, quae olim fuerit. „Cur Lycurgus legem tulit,” verba sunt Boeckhii p. 14, „ne Triumvirorum fabulae ab aliis ederentur, nisi a poetis et histrionibus paulatim vitiatæ essent? Cui rei finem is imponere voluit. Sed Lycurgus ea tandem Olympiade natus est, qua vitam reliquerunt Sophocles et Euripides, Aeschylō recentiores. Ol. 93, fato functus Ol. 113; et ante quadragesimum certe annum decretum illud vix sanxerit, h. e. ante Ol. 103; quo tempore ab actoribus multis iam modis interpolata esse dramata poterant. Ita tantum abest, ut institutum hoc tragoediarum integritatem servaverit, ut etiam factas pridem mutationes confirmarit et confirmatas bona fide Grammaticis tradiderit.” Ottonis Kornii est disputatio, cuius notitiam Dindorfio debeo: disseruit autem ille in hanc sententiam, quae mihi admodum arridet: „Exemplum fabularum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Lycurgo auctore confectum neque

omnes horum poetarum fabulas complexum est neque eum praebeuit textum qui ad poetarum autographa quam proxime accederet, sed *qualis decursu temporis in usum scenae ab histrionibus confirmatum erat*. Interpolationes autem actorum, quae in scholiis traduntur, eo tempore natae esse videntur, quod fuit inter compositionem exempli publici idque Alexandriam translatum." Fac de amoribus Romani et Iuliae nihil superesse nisi exemplum tragoediae vel ab histrione Britanno vel a Germano poeta quantumvis magno in scenae usum correctae et expolitae: quam difficile foret iudicare de arte Shakespearii.

Hic conferre iuvat Plautinas fabulas de quibus idem quaeritur quod de Graecis comoediis. Verbi causa non dicam *Miletem Gloriosum* esse natam ex duarum fabularum commixtione, nam prima specie videtur quidem aliunde esse assuta Artotrogi parasi persona, sed nuperrime id ipsum negavit peritus in paucis index, Ribbeckium dico, in *Alazone* p. 58. Certius pronuntiaripoteri, contaminatam esse *Poenulum*, quod *Franckenianus* mihi quidem evicisse videtur. Deinde quum *Terentio* iam mortuo, ineunte septimo saeculo ab urbe condita, *Plautinae* fabulae post aliquod intervallum iterum expeterentur et scenae redderentur, quod apparet ex prologis *Poenuli*, *Casinae*, *Amphitryonis* et *Captivorum*, fabulae retractatae fuerunt eaeque retractatae fabulae nobis supersunt: unde repetendum est tot reperiri vestigia duplicis recensiois, veluti in *Epidico*, in *Sticho*, in *Persa*, in *Mercatore*, in *Menaechmis*, in *Bacchidibus*, in *Casina*: quibus de rebus *Ritschelii* discipuli adeundi sunt, nam ipse magister satis habuit digitum intendere in praefationibus fabularum quas edidit et tantum de *Bacchidibus* paulo curatius disseruit. Praeterea sunt quaedam decurtatae fabulae, veluti *Stichus* et *Persa* et ex *Cistellaria*, sicuti ex *Ecclesiazusis* non nisi quaedam lacinae supersunt, nam nunc nostra nihil interest, in Codicibus quibus utimur, periisse aliquot scenas *Amphitryonis*, *Aululariae* et *Bacchidum*. Etiam personarum nomina interdum in retractata fabula diversa sunt, quod in *Casina* et *Cistellaria* factum esse suspicamur, in *Sticho* certis argumentis ostenditur. Denique interdum ne titulus quidem idem mansit qui fuit et quum *Casina* reddita est, dicta fuit *Sortientes*, qua de re vide *Ritschelium* in *Parergis* p. 204.

Haec omnia, quae nunc verbo attigisse satis habui, componenda sunt cum iis, quae in Graecis fabulis facta sunt, ut haec illinc illustrentur et illa hinc.

Triginta tres tragoedias Graecas habemus, quarum compositio saepe mille modis vitiata est. Nihil desiderarem ad fabulae integritatem, si Aeschyli Agamemnon inciperet a versu 503; quidquid praecedit in splendida tragoedia, quae tot fere versibus longior est quam ceterae omnes, merito admiramur, sed cum sequentibus ea pars haud arctissime cohaeret. Sed potest ea de Aeschyli Agamemnone observatio puerilis videri; mihi certe ea primum subnata est, quum paene puer et a sermonis scientia parum instructus, Aeschylum prima vice non sine Lexico perreptarem, neque tamen hodie prorsus reiicio id quod tunc suspicabar. Est praeterea multorum opinio in Septem adversus Thebas, quae tamen tragoedia in trilogia ultima fuit, actionem ultra modum protendi et minime dubito quin haec fabula olim Athenis retractata fuerit et retractatum exemplum Alexandriam delatum fuerit. Sed ut, missis Aeschylō et Sophocle, ad paulo certiora veniamus, nuperrime in Herme XVII 353 de Euripidis Heraclidis quaesivit Möllendorfius. Accurata singularum partium pervestigatio eum docuit quod ipsius verbis apponam: *Das Stück will nicht anders sein, als die Herakliden des Euripides. Mit andern Worten, wir haben es eigentlich gar nicht mit einer litterarischen Arbeit zu thun; es ist vielmehr ein Regisseur, den wir vor uns haben, und nur für den praktischen Gebrauch seiner Truppe hat er sich die παλαιὰ τραγῳδία zugeschnitten. Die Zeit, wo die Agone für diese eigens Raum geschafft hatten, wo die schauspielerische Willkür, wie wir wissen mit den Dramen der beliebten Tragiker freies Spiel hatte, weil die philologische Behandlung der Litteratur noch nicht auf die Dichter der jüngsten Vergangenheit sich erstreckte, das vierte Jahrhundert, etwa 380—330, wird auch diese Bearbeitung der Heracliden hervorgebracht haben.* Hoc igitur omne quod idoneis argumentis Möllendorfius demonstravit, ex animi sententia meum facio, nisi quod crediderim hanc quoque fabulam ante Lycurgi legem, h. e. ante annum 364, retractatam fuisse. Sed miror quomodo Möllendorfius addere potuerit: „Für Euripides behaupte ich mit voller Entschiedenheit, dass die Herakliden das einzige

nachweisliche, unter den erhaltenen überhaupt das einzige Beispiel sind. Veluti Bakhuyzenius de parodia p. 204 nuper aggressus est demonstrare de Troadibus hanc quoque fabulam ex contaminatione natam esse itidemque ostendit in Phoenissis postremam scenam aliunde assutam fuisse, cum prioribus minime respondeat. Etiam in superioribus hiulcam compositionem notavimus *Mnem.* XXI. 148 et vidimus poetam sibi non constare, cum Iocasta simulet se nosse cur fratris filius sese pro patria devoverit, de qua re neque quidquam resciverat neque adeo potuit resciscere. Ipsos veteres non latuit quod neminem latere potest, qui animum ab omni superstitione liberaverit antequam ad lectionem huius tragoediae accedat. Legitur in argumento: *ἐπι μὲν ταῖς σκηνικαῖς ὄψεσι καλὸν τὸ δράμα, ἐπεὶ καὶ παραπλημματικόν· ἢ δ' ἀπὸ τῶν τειχέων Ἀντιγόνη θεωροῦσα μέρος οὐκ ἐπι δράματος, καὶ ὑπόσπονδος Πολυνεΐκης οὐδενὸς ἕνεκα παραγίγνται. ἔτι ἐπὶ πᾶσι μετ' ὤδῃς ἀδολέσχου Φυγαδεύμενος ὁ Οἰδίπους προσέρριπται διὰ κενού, modo quis emendet: προσέρριπται.* Scilicet fabula constat ex versibus undecumque copsis et in episodiis quantumvis aptis ad animos spectatorum movendos frustra quaeres unitatem, vel loci vel temporis vel argumenti denique. Hic quoque Romanos conferre possumus et quam multa immutavit Pacuvius in Iliona, cum in aliis Euripidis Hecubam imitaretur.

Satis magnam fuisse vidimus tragicorum poetarum licentiam, comicorum autem poetarum saepe etiam maior fuit.

(Continuabitur).

Amstelodami,
d. 8 m. Decembris 1882.

AD

PLATONIS LIBRUM VIII.

DE LEGIBUS.

Post sextum librum ad octavum transeo; nam quae de septimo dicenda habui fere omnia in Epistola Philebo praemissa reperiuntur.

Initium faciam a pag. 843 E, ubi satis certa et proreus necessaria correctio facienda est: καὶ ἂν ἔσμοὺς ἀλλοτρίους σφετερίζῃ τις τῇ τῶν μελιττῶν ἡδονῇ ξυνεπόμενος. Διώκειν ἡδονὴν omnibus in ore est, sed ξυνέπεσθαι ἡδονῇ nemo umquam dixit. Quam vero voluptatem ipsae apes, (nam de cura apum non agitur) cuiquam praebere possint, ignoro, qui nihil praeter λύπην inde perceperim. Lege τῇ τῶν μελιττῶν ἡγεμόνι.

Haud minus ridiculus error in 846 D, irrepsit. Cives ab opificiis prohibere vult, ne quis a civilibus officiis distrahatur.

Τὸ δὲ τῶν ἄλλων δημιουργῶν ποιεῖν χρὴ κατὰ τὰδε. πρῶτον μὲν ἐπιχώριος μηδεὶς ἔσω τῶν [περὶ] τὰ δημιουργικὰ τεχνήματα διαπονούντων, μηδὲ οἰκέτης ἀνδρὸς ἐπιχωρίου· τέχνην γὰρ ἰκανὴν πολλῆς ἀσκήσεως ἄμα καὶ μαθημάτων πολλῶν δεομένην κέκτηται πολίτης ἀνὴρ τὸν κοινὸν τῆς πόλεως κόσμον σώζων καὶ κτώμενος, οὐκ ἐν παρέργῳ δεόμενον ἐπιτηδεύειν.

Ecquis Graece dici posse credit τοῦτο δεῖται ἐπιτηδεύειν? Ipsum *curatoris egere* diceres. Sed facillima est correctio, κόσμον — οὐκ ἐν παρέργῳ δεχόμενον ἐπιτήδευCIN.

Neque minus absurde in 844 D legitur; διττὰς ἡμῖν δωρεὰς ἢ θεὸς ἔχει χάριτος αὐτῇ — ubi pro ἔχει χάριτος legendum

γράφω. Scripserat, qui codicem, unde nostri derivati sunt, carabat, ΕΧΕΙ — tum, ut se errasse intellexit, denuo exorsus ΕΧΑΡΙCΑ posuit; sed cum literis perperam scriptis puncta adhibere deberet, videtur id neglexisse. Hinc illae turbæ.

Cum talia habeamus indicia mirum sane foret, si cetera in hoc libro vel omnia vel magna ex parte sana essent. Sed si tendere voluero quot quantaeque in Edd. nostris corruptelae iam lateant, longiores aliquae *ρήσεις* erunt apponendae, praeterea quoniam saepe factum est ut orationis ambitus in singula membra prave dispersit novis erroribus et futilibus supplementis occasionem praebuerit. Quid ergo? Num Platonis idiosi τὰ μήκη, dummodo πρὸς τὸν λόγον fuerint, reformidari erunt? Haud credo; itaque ab ipso initio incipiamus, 8. de sacris quotidianis haec praecipit, ταῦτα δὲ ξυνηλθόντες γηται καὶ ἱερεῖς ἱερεῖαι τε καὶ μάντις μετὰ νομοφυλάκων ξάντων, ἃ παραλείπειν ἀνάγκη τῷ νομοθέτῃ. καὶ δὴ καὶ αὐτοῦ ἴτου χρὴ γίνεσθαι ἐπιγνώμονας τοῦ παραλειπομένου τούτους ἢ αὐτούς. ὁ μὲν γὰρ δὴ νόμος ἐρεῖ δώδεκα μὲν ἑορτὰς εἶναι τοῖς δεκα θεοῖς, ὧν ἂν ἡ Φυλὴ ἐκάστη ἐπώνυμος ἦ, θύοντας τούτων ἵστοις ἔμμηνα ἱερὰ χοροῦς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς, τοὺς δὲ ἁρμονικούς κατὰ τὸ πρέπον προσνέμοντας τοῖς θεοῖς τε αὐτοῖς ἅμα καὶ ταῖς ὄραις ἐκάσταις, γυναικείας τε ἑορτὰς, ὅσαις χωρὶς ἀνδρῶν κρήσει καὶ ὅσαις μή, διανέμοντας.

Vide quanto cum aestu bis eadem praecipiat. Nonne satis esse edixit, quae legum auctor omiserit, ea a certis magistratibus supplenda esse? quorsum igitur iterat τούτους ἐπιγνώμονας καὶ τοῦ παραλειπομένου? Adde quod particulae καὶ δὴ καὶ novi quid promittere videntur. Sed vix est operae pretium his amorari, quandoquidem ex sede ipsa, quam tenet, cernas τοῦ παραλειπομένου a loco alienum esse. Quod dicere voluit, hoc est: eosdem illos etiam legis, quam non omisit, curam habere portare. Ea vero lex ad duodecim sacra quotannis facienda spectabat. Sed in ipsa lege pro ἑορτὰς εἶναι legendum ἑορτὰς γίγειν, alioqui θύοντας contra syntaxin esset. Quid autem κήσει? Inter alia, χοροῦς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς! Apage ritus referendos! Sed τοῦτ' ἐκεῖνο. Nescio quis male incidendo effecit ut haec a θύοντας penderent, quum perspicue ad προσνέμοντας spectarent. Cur illud? Quia nesciebat μουσικούς τοὺς δὲ γυμν-

κούς attice dici pro τούς μὲν μ. τούς δὲ γ. Huius usus vide luculentissimum exemplum in Philebo 66. C. ἐπισήμααις, τὰς δὲ αἰσθήσεσιν. Vulgo ἐπισήμααις ταῖς. Ibid. 56. D. ἄλλην, τὴν δ' ἄλλην. Leg. 862. B. ὑγιές, τὸ δ' ἐξίλασθέν. Cetera hunc ad modum legenda sunt, τοῖς θεοῖς τ' αὐτοῖς ἅμα καὶ ταῖς ἄραις ἐκάσταις γυναικείαις τινὰς ἑορτὰς ὅσας χωρὶς προσήκει, [καὶ ὅσας μὴ] διανέμοντας. Etiam quae sequuntur plurima vitia alunt. ἔτι δὲ καὶ τὸ τῶν χθονίων καὶ ὄσους αὐθροῦς οὐρανίους ἐπονομασεῖον καὶ τὸ τῶν τούτοις ἐπομένων οὐ ξυμμικτέον, ἀλλὰ χωρισεῖον τῷ τοῦ Πλούτωνος μηνὶ τῷ δωδεκάτῳ κατὰ τὸν νόμον ἀποδιδόντας, καὶ οὐ δυσχεραντέον πολεμικοῖς ἀνθρώποις τὸν τοιούτον θεόν, ἀλλὰ τιμητέον ὡς ὄντα αἰεὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἄριστον· κοινωνία γὰρ ψυχῆ καὶ σώματι διαλύσεως οὐκ ἔστιν ἢ κρεῖττον, ὡς ἐγὼ Φαίην ἂν σπουδῆ λέγων. Lego ἐπονομασαμεν, et τὸ τοῦ Πλούτωνος, quod cum praecedentibus τὸ τῶν χθονίων optime congruit.

Mox addit non convenire hominibus πολεμικοῖς hunc Deum aversari; quod, etsi verum est, in Platonicae civitatis cives non cadit, quippe qui iubeantur pacem maxime colere. Equidem lego Φρονίμοις, nulla literarum motus similitudine, quae quidem perexigua est, sed propter singularem eius vocabuli proprietatem.

Est enim τῶν Φρονίμων falsa bona a veris dignoscere; quamobrem addit: κοινωνία (l. - αν) γὰρ ψυχῆ καὶ (l. ψυχῆς) σώματι διαλύσεως οὐκ ἔστιν ἢ κρεῖττον (l. κρεῖττον') [ὡς] ἐγὼ Φαίην ἂν σπουδῆ λέγων, mox libri praebent, ὡς ἔσθ' ἡμῖν ἢ πόλις, οἶον οὐκ ἂν τις ἑτέραν εὔροι τῶν νῦν περὶ χρόνου σχολῆς καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐξουσίας. Nihil huc faciunt ἀναγκασία. De solo otio loquitur, quod quoniam abundat, quaerendum monet, quo modo hoc recte usuri sint. Quocirca legendum puto, περὶ χρόνων τῶν ἀναγκαίων, quae verba nescio quis interpretatus σχολῆς in margine posuit.

829. A. Legendum videtur: ταῦτόν δὲ τοῦτ' ἔστι καὶ πόλις· ἢ ὑπάρχει κτέ. C. ὅτι μάλισ' ἐναργῶς· [μάχας]. D. μηδὲν δράσαντες (lege ἔδρασαν). — Post νομοφύλαξιν insere οἱ. E. χρὴ δ' ἀναφέρειν παραδεικνύνθ' ἑαυτῷ τὸν νομοθέτην τῷ λόγῳ. Quid παραδεικνύντα? Procul dubio παραδείγματα· ἄττα. Quin

hoc ipsum inserimus? Cf. quae in Rep. 484. C. dixit: μηδὲν ἠπαργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παράδειγμα, μηδὲ δυνάμενοι . . . ἐκείσε ἀεὶ ἀναφέροντές τε καὶ θεώμενοι — ubi ἀναφέροντες sine casu ponitur.

830. A. ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ οὐδενὶ καθ' ἡμέραν προσμαχόμενοι. Inepte additum est καθ' ἡμέραν. D. μείζους τε καὶ ἐλάττους; haec postrema Astio aliena visa sunt. Verte *maiōta et rariōta*; quia maiōta solennia rarius occurrunt. Ibid. τὰς δὲ οἷον τινὰς μείζους τε καὶ ἐλάττους γυμνασίας μὴ ἔλαττον ἢ κατὰ μῆνα ἕκαστον ποιεῖσθαι προστάξει, ἀμίλλας τε πρὸς ἀλλήλους πηουμένους κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν, ἐπὶ κατάληψιν χωρίων ἀμιλλομένους καὶ ἐνέδρας, καὶ πᾶσαν μιμουμένους τὴν πολεμικὴν ὄντως, σφαιρομαχεῖν τε καὶ βολαῖς ὡς ἐγγύτατα τῶν ἀληθῶν χρωμένους ὑποκινδύνοις βέλεσιν.

Nihil auxili praebent Codices. Omnes in σφαιρομαχεῖν consentiunt, (quasi ἢ σφαιρομαχία in re bellica usurpari soleret), neque quidquam afferunt, quo orationis compositionem restituamus. Desideratur nomen substantivum cui adiectum fuerit τὴν πολεμικὴν. Desideratur etiam aliquid cui βολαῖς opponantur. Quid multa? Lege, καὶ πᾶσαν μιμουμένους τὴν πολεμικὴν ὄντως χειρομαχίαν τε καὶ βολάς.

831. E. εἰ μόνον ἔχη δύναμιν καθάπερ θηρίῳ τοῦ φαγεῖν παντοδαπὰ καὶ πιεῖν ὡσαύτως καὶ ἀφροδισίων πᾶσαν πάντως παρασχεῖν πλησμονήν. Perinde erit, sive θηρίῳ defendas operam perdes, sive corriges. καθάπερ θηρίῳ lectoris cuiuspiam adnotatio est, qua remota omnia recte atque ordine procedunt. Quid? Num bruta animalia παντοδαπὰ ἐσθίουσι? Num vinum bibunt? Num *varietatem* ἐν τοῖς ἀφροδισίοις excogitant? Praeterea, nisi fallor, pro πάντως legi oportet ἑαυτοῖς.

E. Αὕτη μὲν τοίνυν, ἣν λέγω, μία κείσθω [διακωλύουσα] αἰτία τοῦ μήτε ἄλλο καλὸν μήτε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἰκανῶς [ἑῶσα] ἀσκεῖν τὰς πόλεις.

Nemo mirabitur me διακωλύουσα et ἑῶσα uncinis inclusisse, qui reputaverit primo nullam esse posse κωλύουσαν αἰτίαν deinde κωλύειν τὸ μή dicendum fuisse, postremo inter duo μήτε nullum locum esse participio ἑῶσα, quo efficiatur ut idem infinitivus ἀσκεῖν duo simul regimina subeat, τοῦ ἀσκεῖν, et ἑῶσα ἀσκεῖν.

832. A. Quis sine risu videat πολεμικούς inter tot facinorosa locum habere, imo principatum quemdam, qui ad τυραννικὸν proxime accedat? Cur autem Φονικούς exclusit? Vereor idem hic factum sit, quod in tot populorum bellis ac seditiōnibus fieri videmus, ut Φονικοί sub πολεμικῶν specie delitescant.

A. Πῶς μὲν οὖν αὐτοὺς οὐ λέγοιμ' ἂν τὸ παράπαν δυστυχέϊ οἷς γε ἀνάγκη διὰ βίου πεινῶσι τὴν ψυχὴν αἰεὶ τὴν αὐτῶν διεξελλέει.

Optime Astius τὴν τύχην; sed Turicenses τὰ ὄτα ἐκίνεον. Quod plerumque accidit, si quis in colloquendo alterius verba sua facit, aut alterum se alloquentem fingit, ut personae scribis confundantur, idem ob similem causam in loco, quae mox proponam, accidit. Nempe Clinias „αὕτη μὲν τοίνυν μία” dixerat. Cui Atheniensis; „Confiteris igitur hanc unam esse causam cur sit.”

ΚΛ. Αὕτη μὲν τοίνυν μία· τὴν δὲ δὴ δευτέραν αἰτίαν τίνα λέγεις, ὦ Ξένη;

ΑΘ. Καλῶς ὑπέμνησας. Αὕτη μὲν δὴ, Φῆς σύ, μία διὰ βίου ἀπληθους ζήτησις, παρέχουσα ἀσχολον ἑκάστον, ἐμπόδιος γίγνεται τοῦ μὴ καλῶς ἀσκεῖν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἑκάστους. ΚΛ. Ἐστὶ τὴν δὲ δὴ δευτέραν λέγε.

Vides Atheniensem Cliniae alia imputare, quam quae dixit. Sed hoc partim ludens facit, partim ἀνακεφαλαιοῖ τὰ εἰρημνῆ.

C. Ταῦτ' οὖν ἐστὶ τὰ δύο πάντων μὲν σμικροῦ διαφερόντως αἰτίαι τούτων δ' οὖν ὄντως διαφέρει. τὸ δὲ τῆς νῦν πολιτείας ἣν νομοθέτοιοι λέγομεν, ἐκπέφυγεν ἀμφότερα· σχολὴν τε γὰρ ἄγει πλεονεξίαν, ἐλευθεροὶ τε ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶ, φιλοχρήματοι δὲ ἦσαν, οἶμι, γίγνονται ἂν. Primum plenius distinguendum propter αἰτία. Deinde legendum τούτων δ' οὖν ὄντως διαφέρει τὸ τῆς πολιτείας, ἣν νομοθετομένην λέγομεν ἐκπέφυγεν εἶναι ἀμφότεροι. Quomodo ἐκπέφυγεν? Quia nec civis civi officit, nec pecunia avidi sunt. Sed pro duabus his causis tres nescio cuius munificentia lectori obtulit. 1. Otiosi sunt, 2. liberi, 3. parum avidi. Atqui hoc ipsum explicare vult, cur non satis otii in Graecis civitatibus quotidiana virili exercitationi et ludicris pugnis assiduis relinquatur. „Otium non habent,” inquit, „primo propter insatiabilem pecuniae cupiditatem, deinde quia necesse est cuique contra factionum insidias aut suspiciosorum dominorum inquisitiones se tutari.” Diceres auctorem modo Londini me-

Petropoli vitam egisse. Sed cur de hac nova civitate tam plenus fiduciae est? σχολήν τε γὰρ ἄγειν που μεγίστην ἐλεύθεροι τὰ π' ἀλλήλων εἰσί, Φιλοχρήματοι δ' ἦκιστα κ. τ. ἔ.

833. A. ΑΘ. Ἔστι γυῖν πάντων πολεμικώτατον ἢ σώματος ἕξις πάντως, ἢ μὲν ἀπὸ τῶν ποδῶν, ἢ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν. Φυγεῖν μὲν καὶ ἐλεῖν ἢ τῶν ποδῶν, ἢ δ' ἐν ταῖς συμπλοκαῖς μάχῃ καὶ σύσσεις ἰσχύος καὶ βώμης δεομένη.

Loci lacunosi medicina necessario incerta est; sed e reliqua oratione coniiicere licet, quale fuerit id quod intercidit. Nempe, Φυγεῖν μὲν καὶ ἐλεῖν ἢ τῶν ποδῶν, ἢ δ' ἐν ταῖς συμπλοκαῖς (μάχεσθαι ἱκανοὺς παρασκευάζει (seu ἀπεργάζεται) πρὸς τὴν ὄλην) μαχητικὴν ζύσασιν ἰσχύος καὶ βώμης δεομένη.

833. B. Incidendum est inter πάλιν et βρύτερον, legendum ἀφήσομεν λειοτέρας ὁδοῦς, sublato διαμιλλώμενον; τιθέντες in θέτες; mutandum.

D. Ταῖς δὲ τριακαίδεκέτεσι μέχρι γάμου μενούσης κοινωνίας, μὴ μακρότερον εἴκοσιν ἐτῶν μηδ' ἑλαττον ὀκτωκαίδεκα· προπούση δὲ σολῆ ταύτας ἐσαλμένας καταβατέον ἐπὶ τὴν ἄμιλλαν τούτων τῶν δρόμων.

Libri μὲν οὖσαις; sed omnes in Böckhii lectione consentiunt. Quos prius quaerere oportebat unde penderet datus ταῖς τριακαίδεκέτεσι. Certe non a θήσομεν, quod superiores dativos regit, nam his quidem nullum cursus genus τίθησι. Si μενούσιν αἰ κοινωνίαι legeris, omnia expedita et suo loco posita habebis. IN compendiose scriptum et literis ΟΤC superpositum facile describentis oculos effugere potuit. E. οἱ περὶ τὴν πάλην αὐτὴν ἴμο οἱ π. τ. πάλην αὐτοί.

834. A. Τόξοις καὶ πέλταις καὶ ἀκοντίοις contendere iubentur. Alias monui legendum esse παλταῖς. — τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἵππων δὲ περὶ ἀγῶνος γίγνοιτο ἐξῆς ἂν νομοθετούμενα. Haecine ad hunc diem in Platone tolerari! Pro ΔΗ lege AN, pro ἂν ἄ, pro νομοθετούμενα νομοθετοῦμεν. — ἵππων ἂν περὶ ἀγῶνος γ. ἐξῆς ἂ νομοθετοῦμεν.

B. Ἄρματος μὲν οὖν καὶ τὸ παράπαν οὐ τέ τις τροφεὺς ἡμῖν ἐπὶ οὐ τέ τις Φιλοτιμία πρὸς ταῦτα οὐδενὶ γίγνοιτ' ἂν λόγον ἔχουσα, ἔστω τούτου μὲν ἀγωνιστὰς οὐκ ἐπιχώριον ἔσαι τιθέντας κῦν μήτε ἔχειν μήτε δοκεῖν κεκτῆσθαι. Locum descripsi ut monerem frigidissimum et frigidissimo sene indignum iocum Pla-

toni in mentem non venisse, qui scripserat. ὤσε (τούς) τούτου . . . (οὐ) οὐκ ἐπιχώριον κ. τ. ἐ. C. κατὰ φύσιν τῆς χώρας ἂν . . . ἀποδίδοιμεν. Suspisor scribendum κατὰ φύσιν ἂν omisso τῆς χώρας; non enim ex regionis natura, sed quia τροφεῖς τ' εἰσι καὶ πολλοὶ πρὸς ταῦτα φιλοτιμοῦνται, μονίπποις ἄλλα τίθησι. Ceterum pro καὶ αὐτοὺς δὴ lege καὶ αὐτοὺς δέ. D. παῖδας ἢ παρθένους κοινωνεῖν: Lege παιδιᾶς π. κ. D. ὅσα καθ' ἡμέραν (διὰ) διδασκάλων ἐκπονούμεθα. E. (ἔταν) εἶτε τριτηρίδος.

835. E. Τίνα δὴ ποτε τρόπον ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἀφέξονται τῶν πολλοὺς δὴ καὶ πολλὰς ἐπιθυμιῶν εἰς ἔσχατα βαλλουσῶν ἂν ἂν ὁ λόγος προστάτῃ ἀπέχεσθαι, νόμος ἐπιχειρῶν γίγνεσθαι.

Libri optimi τῶν πολλοὺς δὴ πολλὰ. Facili errore scriba a et ai confudit, et superscriptum κίς praetervidit. Mox legendum εἰς ἔσχατα βαλλουσῶν ἐπιθυμιῶν, ἂν ὁ λόγος προστάτῃ ἀπέχεσθαι, νόμος ἐπιχειρῶν γίγνεσθαι, h. e. „si sine legis auctoritate agere audebit.”

836. A. Ἄνδρῶν γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν γυναικῶν. Foedam diligentiam Platoni imputant, qui sic interpretantur quasi inter γυναικῶν et ἀνδρῶν ὡς subaudiatur. Non ab exquisitis illis flagitiis, quae rara sunt, τὰ μυρία κακὰ humano generi nascuntur, sed ex notis et pervulgatis libidinum generibus. Recte autem addit foeminas quoque hoc furore agitatae perniciem civitati attulisse. Quod ad ἀνδρῶν γυναικῶν attinet, in meo libro iamdiu deleta sunt. Fecerint alii prout cuique liberit. C. εἰ γὰρ τις ἀκολουθῶν τῇ φύσει θήσει τὸν πρὸ τοῦ Λαΐου νόμον, λέγει ὡς ὀρθῶς εἶχε τὸ τῶν ἀρρένων καὶ νέων, μὴ κοινωνεῖν καθάπερ θηλειῶν πρὸς μῆξιν ἀφροδισίων, μάρτυρα παραγόμενος τὴν τῶν θηρίων φύσιν καὶ δεικνὺς πρὸς τὰ τοιαῦτα οὐχ ἀπτόμενον ἄρρην ἀρρένος διὰ τὸ μὴ φύσει τοῦτο εἶναι, τάχ' ἂν χρωτόπιθάνῳ λόγῳ καὶ ταῖς ὑμετέραις πόλεσι οὐδαμῶς ξυμφωνοί. πρὸς δὲ τούτοις: ὁ διὰ παντός φαμεν δεῖν τὸν νομοθέτην τηρεῖν, τοῦτο ἐν τούτοις οὐχ ὁμολογεῖ. Nonnulla ex his alias correxi, velut ἀπόλυτος ἀπιθάνῳ et ξυμφώνωι, quae omnia defensione non egent. Praeterea legendum τὸ τῶν ἀρρένων ἄρρην μὴ κοινωνεῖν, nisi credis τῶν ἀρρένων καὶ μὴ νέων consuetudinem non prohiberi. Postremo corrige: πρὸς δὲ τοῦθ', ὁ. δ. π. φ. δ. τ. ν. τ. τίς ἂν τούτοις οὐχ ὁμολογοίη. Mox legitur γιγνόμενον ἐμφύεται τὸ τῆς ἀν

ἄλλας ἦθος. Quid? nonne idem est τὸ γίνεσθαι ἐν τῇ ψυχῇ quod τὸ ἐμφύεσθαι? Lege ἐκφύεται. Cf. L. VI πρὸς ἐκφυσιν ἀρετῆς.

837. A. εἰ μέλλει τις ταῦτα ὀρθῶς διανοηθῆσεσθαι. Neque hoc nec διανοησεσθαι scribendum. Sed vel διαθήσεσθαι, vel διαγνώσεσθαι. Hoc praetulerim. B. Pro ἐν ἡμῖν malim ἐνι ἡμῖν. C. ὀρῶν δὲ μᾶλλον ἢ ἐρῶν τῇ ψυχῇ, δεόντως τῆς ψυχῆς ἐπιτεθιμηκώς. — L. τῇ ψυχῇ δ' ὄντως.

838. C. καὶ ἐν πάσῃ τε σπουδῇ τραγικῇ λεγομένη. L. ἐν πάσῃ τῇ σπουδῇ, et, si τραγικῇ retineas, τῇ τραγικῇ. Sed consulto τῇ σπουδῇ λεγομένη dixit, quia Tragoedia non est vera σπουδῆ, sed res ludicra.

839. A. Μὴδ' εἰς πέτρας τε καὶ λίθους σπείροντας, οὐ μὴ ποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ ριζωθὲν λήψεται γόνιμον, ἀπεχομένους δὲ ἀρούρης θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιο ἂν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν. Lege γονίμου δ' ἀπεχομένους ἀρούρας [θηλείας] πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτ' ἂν τίς οἱ φύεσθαι τὸ σπαρέν.

A. ὁ δὲ νόμος οὗτος διηνεκῆς μὲν γενόμενος ἄμα καὶ κρατήσας, καὶ ἄπερ νῦν περὶ τὰς τῶν γονέων συμμιξίεις κρατεῖ, [ἐὰν καὶ περὶ τὰς ἄλλας νικήσῃ] δικαίως, μυρία ἀγαθὰ ἔχει. Manifestum est δικαίως ad κρατεῖ pertinere et ἐὰν — νικήσῃ ineptum esse supplementum, nec coniunctivo locum esse nisi ἔξει legeris. Sed his deletis lege μυρί' ἂν ἀγαθὰ ἔχοι. C. ἀλλὰ γὰρ εἰς ταῦτο προβέβηκε. Quid? τὸ πρᾶγμα. Sed omitti non debuit. Quod si προβεβηκέναι τοὺς νῦν leges, a praecedente Φαμέν pendebit oratio; quod mihi quidem multo concinnius videtur; tum δοκεῖ scribendum erit δοκεῖν.

839. C. Ad δυνατὸν εἶναι δύνασθαι quis non offendat? Neque vero credibile est alterum alterius esse interpretationem. Fac autem Platonem μὴ εἶναι scripsisse: tum nihil veri similium erit quam grammaticos homines μὴ δυνατὸν et μὴ δύνασθαι in margine adscripsisse. D. βούλεσθε ὑμῖν πειραθῶ τινὰ λόγον ἐχόμενον πιθανότητος εἰπεῖν τινός; aliud est ἐπειράθην aliud ἐπειρασάμην; quorum hoc est conatus sum, illud periculum feci. Itaque ἐπειράθην τινός vel ἐν τινι πράττων τι (ut in Philebo 60. C) usurpatur; hic autem infinitivus εἰπεῖν ἐπειρασάμην flagitaret; sed ipsum εἰπεῖν insititium esse sedes arguit. Qui antea ἔχει ἰρίσατο et ἐχαρίσατο tantum non confudit, idem hic in re simili peiore fortuna usus est. Lege παραθῶ. 840. E. Ἄρ' οὖν

οὐκ ἴσμεν τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον [ἀκοῆ] διὰ τὸν Ὀλυμπιάσι τε ἀγῶνα καὶ τοὺς τε ἄλλους, ὧν διὰ Φιλονικίαν καὶ τέχνην καὶ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος, ὡς λόγος, οὐδέ τίς τις πώποτε γυναικὸς ἤψατο κ. τ. ἔ.

Primum ἀκοῆ utpote supervacuum, et alieno loco positum, inducamus. Deinde τε, quod aperte vitiosum est, mutare malim quam eicere; nam quid erat, cur quisquam coniunctionem prorsus inutilem pro arbitrio inferret? Lego igitur, καὶ τοὺς τρεῖς ἄλλους. Mox recte Heindorfius ὧν in ὡς mutavit; sed non vidit ineptum esse Φιλονικίαν καὶ τέχνην, quasi diceret „propter gloriae cupiditatem et rem militarem.” Quin etiam quis paullo elegantior auctor hunc ad modum scriberet? διὰ τοὺς ἀγῶνας, διὰ τὴν Φιλονικίαν? Igitur corrigo ὡς Φιλονικίαν κατὰ τέχνην κ. τ. ἔ.

840. A. Πολὺ καλλίονος ἕνεκα νίκης, ἣν ἡμεῖς καλλίστην ἐκ παιδῶν πρὸς αὐτοὺς λέγοντες ἐν μύθοις τε καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν μέλεσιν ἄδοντες, ὡς εἰκός, κηλήσομεν.

ΚΛ. Ποίας;

Displicet κηλήσομεν sic absolute positum, nam αὐτοὺς subintelligi nequit: neque ferendum est καλλίστην tam longo intervallo a λέγοντες separatum. Utrique malo medeberis scribendo, ἣν ἡμεῖς καλλίστην λέγοντες ἐν μύθοις τε καὶ ῥήμασι, καὶ ἐν μέλεσιν ἄδοντες, ἐκ παιδῶν αὐτοῦ, ὡς εἰκός, κηλήσομεν; Postremo in Cliniae responso, lege Ποίσις.

841. A. Τὸν ἐχόμενον τούτου [δεύτερον]. — Vidistine unquam manifestius glossema? — Τὴν ἐπίχυσιν καὶ τροφήν. Quae possit esse τῆς βώμης τροφή, non video. Num dici possit, τὴν βώμην ἐπιχεῖσθαι τε καὶ τρέφειν? Lege ἐπίχυσίν τε καὶ τροφήν.

B. τὸ δὴ λαμβάνειν τούτων δρᾶντά τι καλὸν παρ' αὐτοῖς ἔσω νόμιμον, ἔθει καὶ ἀγράφῳ νομισθέν νόμῳ. [τὸ δὲ μὴ λαμβάνειν αἰσχρὸν] ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως δρᾶν. οὕτω τοῦτο [αἰσχρὸν] καὶ [καλὸν] δευτέρως ἂν ἡμῖν ἐν νόμῳ γενόμενον κέοιτο, ὀρθότητά ἔχον δευτέρου, καὶ τοῦ: τὰς φύσεις διεφθαρμένους, οὓς ἤτους αὐτῶν προσπυρρῶμεν. ἐν γένος ὅν, περιλαβὼν τὰ τρία γένη βιάζοιτ' ἂν μὴ παρρυμείν. Dele τὸ δὲ μὴ λαμβάνειν αἰσχρὸν. nam, nisi hoc feceris, post ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως δρᾶν necessario subaudiendum erit αἰσχρὸν ἔστι, quo nihil ineptius. Sed longius grassatus est falsarius: cui si credimus, τὸ αἰσχρὸν

que nascitur et habet ὀρθότητα quamdam et adolescentes a vitio cercere potest. Nonne perspicuum est in unum honestum haec adere, non illud quidem quod summo iure sic vocatur, sed τὸ δεύτερος λεγόμενον. (Sic enim pro γενόμενον, legi oportet). Ἰσχυγε ἰgitur δρᾶν οὕτω. τοῦτο δ' αὖ, καλὸν δεύτερος ἂν *** λεγόμενον *** ἐν γένος ὅν προσλαβόν τε τρία γένη κ. τ. ἐ.

C. Ταῦτα δὴ καθάπερ ἴσως ἐν μύθῳ τὰ νῦν λεγόμενα ἔστιν εὐχαι. Nihili est καθάπερ; neque e ceteris sensum extundas. Si scriptum esset, ταῦτα δὴ καίπερ ἴσως ἔστιν εὐχαι, cum sequentibus optime quadraret, πολὺ γε μὴν ἄριστα *** γίγνοιτ' ἴν. Si reliqua retinere vis scribendum erit, ἴσως (ὡς ἐν μύθῳ νῦν λεγόμενα).

D. Ἄβυτα δὲ [παλλακῶν] σπέρματα καὶ νόθῃ μὴ σπείρειν μηδὲ ἴγνα [ἄβύτων] παρὰ φύσιν· ἢ τὸ μὲν τῶν ἀβύτων πάμπαν φειλίμεθ' ἂν. Dele παλλακῶν et ἀβύτων. Τὰ σπέρματα, ut pinor, ad τοὺς σπείροντας pertinent.

842. C. Τούτοις δ' ἐστὶν ἀκόλουθον ἢ τοῦ βίου κατασκευή, τίν' ὁτοῖς ἂν τρόπον ἔποιτο. Non de victus parandi ratione quaesitus est, ut Interpretibus visum, sed quam victus naturam esse oporteat: quippe multa, quibus aliae civitates fruuntur, his interdicta erunt. Iam videmus quid sit ἔποιτο. „Post ea, quae constituimus, sequitur victus ratio; igitur videndum, quo modo ἔποιται.” h. e. quid in praegressis legibus hanc de victu legem agere videatur. Lego: ἢ τίν' ἂν αὐτοῖς τρόπον ἔποιτο; Possis tiam τίνα δ' ἂν — sed interrogativam esse sententiam vel inc efficitur, quod ἀσύνητον illud, βίος κ. τ. ἐ., aliter non erendum, in τερροσο nihil habet offensionis.

E. Νῦν δ' ἐπὶ τοὺς τὴν τροφήν καὶ ὅσοι περὶ αὐτὴν ταύτην ὑνδιαπονοῦσιν. — Lege: ἐπὶ τε et ὅσοιπερ. Graeci dicunt vel διαπονεῖν τι vel διαπονεῖσθαι περὶ τι. Infra legendum puto, μὴ κνείτω γῆς ὄρια μηδεὶς μήτ' οἰκείου πολίτου γείτονος, μήθ' ὁμοῦ ἔρμονος ἐπ' ἔσχατιᾶς κερτημένους κερτημένῳ ἄλλῳ ξένος ξένῳ γειτονῶν.

843. A. Recte Turicenses cum Ω Φιλίαν τε καὶ ἐχθράν. Necessarium est τε ubi duae res se invicem excludunt, ut vel haec vel illa praeferenda sit. Quod si animadvertissent viri docti ad Lib. V. 747. D sanam lectionem ἀλλόκοτοι τ' εἰσὶ καὶ ναῖσιοι αὐτῶν non sollicitassent. — ὁμόφυλος Ζεύς. Igitur ξένος,

ικέτης, ἔρκος Ζεύς. L. ὁμοφύλιος. Sed cur postquam duc Ioves commemoravit, οἱ μετὰ πολέμων τῶν ἐχθίσων ἐγείρονται, statim addidit τῶν ἀπ' αὐτοῦ κακῶν? Censeo geminos illos Ioves relinquendos, sed pro πολέμων scribendum πολέμου. Non enim οἱ πόλεμοι sunt ἐχθισοί, sed bellum geretur cum infensissimis, utpote qui ob fidem violatam arma ceperint.

E. αὐδρία δ' εἴ τισι τόποις ξύμφυτος ἐκ γῆς τὰ ἐκ Διὸς ἴοντα ἀποσέγει (A et Ω ἀποσέγειν) νάματα. Frustra arguantur qui efficere conantur ut ἀποσέγειν sit *absorbere*. „Terra continet hoc est bibit; ergo absorbet.” Eo redeunt quae hoc de locis disputantur. Perit, nisi fallor, verbum sensu τοῦ κωλύειν quo pendeat ἀποσέγειν. „Arenosa soli natura *prohibet*, ne terra pluvias retineat.” Fortasse aliquid huiusmodi excidit: ἐκ γῆ (ψαμμώδους ἐσκαμμένον ὄχετον μὴ ἐᾷ) τὰ ἐκ Διὸς ἴοντα ἀποσέγειν νάματα.

B. δι' ἀκριβείας ἴη?

C. καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐθέλωσι διὰ ταῦτα κοινωνεῖν ἀλλήλοις. Si propter iniurias nolent de iniuriis inter se convenire. Qui unquam sic locutus est? Sed quid tum? Magistratus advocandus est, (scilicet ut δημοσίᾳ lis componatur). Olim scriptum erat; μὴ εβελωCIIΔΙΑ. Inde factum est ΔΙΑ cui ταῦτα corrector adiecit.

D. Lege παιδῶν Διονυσιάδα. h. e. fructus artificiose excultos ut solito grandiores sint, quos infra γενναίους vocat. Hi non seponbantur, ἦσαν γὰρ ἀθησαύριστοι. Contra τὰ εἰς ἀπόθεσι γενόμενα ad certam διανομὴν, de qua mox acturus est, destinabantur. Quare haud mirum diversam esse de utroque genere legem

845. Τῆς δ' ἀγροίκου λεγομένης καὶ τῶν τοιοῦτων ὁ νόμος εἰργέτω μὴ κοινωνεῖν ἡμῖν τοὺς ξένους. Nulla sunt τὰ τοιαῦτα Lege, τὸν τοιοῦτον. (sc. τὸν ξένον τὸν ἐπιδημήσαντα) et iniussu illos peregrinos facessere iube.

D. Lege, ὕδωρ δὲ πάντων τῶν περὶ τὰς κηπέας διαφερόντως τρέφειμον. Vulgo τό.

846. A. Plene interpungendum post γίγνεσθαι. Mox optime Astius: (αὐτὸς ἦ) διὰ τῶν αὐτοῦ κτημάτων. — C. Pro μέτρη Baiterus μέτρον scribendum vidit. Quam certissimam correctionem collegae eius commemorarunt quidem, sed recipere veri sunt. O prudentiam imprudentem!

847. Ἐναντιώσεις τῶν ἔργων non sunt *reiectiones*, nedum *approbationes*; sed ut Duumviri cives mei digni illi Gaisfordii discipuli, in optimo Lexico interpretantur, *operum susceptiones*. Cf. Librum XI. 921. D. ἀνελόμενος τῶν δημοσίων ἔργων. Cuius loci indicium his ipsis debeo. Ceterum nullae aliae lites ad opifices pertinere possunt, praeterquam de *mercede non soluta*, vel de *opere non confecto*; hanc illis redemptores intendunt, illam ipsi redemptoribus. Quocirca καὶ deletur. C. λιβανωτῶν δὲ καὶ ὅσα περὶ θεοῦ τὰ τοιαῦτ' ἔστι ξενικὰ θυμιάματα. — Optimi libri πρὸς. Θυμιάματα non sunt περὶ θεοῦ nec πρὸς θεοῦ, sed πρὸς- (Φορα) θεοῖς. Sed ne hoc quidem ibi poni licet ubi ὅσα α τοιαῦτα distrahit. Malim καὶ ὅσα τοιαῦτα πρὸςΦορα θεοῖς ἔστι ξενικὰ θυμιάματα.

C. Περὶ δ' ὄπλων καὶ ὅσα περὶ τὸν πόλεμον ἅπαντα ὄργανα. Retrahe huc, quod sequentis membri compositionem turbat, γίνεσθαι, et corrige ὅσα π. τ. κ. ἀνάγκη ὄργανα γίνεσθαι.

E. Τροφῆς δὲ καὶ διανομῆς τῶν ἐκ τῆς χώρας ἐγγυὺς τῆς τοῦ κρητικοῦ νόμου ἔοικεν ὁρθότης ἂν τις γιγνομένη κατὰ τρόπον γίνεσθαι. ὁρθότης τις γίνεσθαι κατὰ τρόπον! Quasi in una eademque re plures ὁρθότητες esse possent, eaeque non essent sed γίνοντο, idque κατὰ τρόπον, h. e. ὀρθαί. Sed quis in orationem intulit? Qui τῆς διανομῆς subiectum deesse ratus est. Sed διανομῆς a vicino τροφῆς vitium contraxit. Lege, τροφῆς δὲ διανομῆ καὶ τῶν ἐκ τῆς χώρας κ. τ. ἐ. Τὰ ἐκ τῆς χώρας sunt coria, vellera et diversa vestimentorum genera, quae agrestes domi conficiunt. V. infra ad 849. C.

849. C. Τρίτη δὲ τῇ εἰκάδι τῶν ζώων ἔσω πρᾶσις, ὅσα πρατέα ἐκάσις ἢ ὠνητέα αὐ τοῖς δεομένοις καὶ ὀπόσων σκευῶν ἢ χρημάτων γεωργοῖς μὲν πρᾶσις, οἶον δερμάτων ἢ καὶ πάσης ἐσθῆτος ἢ πλοκῆς ἢ πιλήσεως ἢ τινων ἄλλων τοιούτων, ξένοις δὲ ἀναγκαῖον ἀνεῖσθαι ἄλλων κταμένοις καπηλείᾳ. Τούτων δὲ ἢ κριθῶν (τι) ἢ πυρῶν εἰς ἄλφιστα νεμηθέντων, ἢ καὶ τὴν ἄλλην ξύμπασαν τροφήν ἀσπίς μὲν καὶ τούτων δούλοις μὴ τέ τις πωλείτω, μήτε ἀνεῖσθω παρὰ τοιούτου μηδεὶς μηδενός, ἐν δὲ ταῖς τῶν ξένων ξένος ἄγοραῖς πωλείτω τοῖς δημιουργοῖς τε καὶ τούτων δούλοις, οἶνον τε μεταβαλλόμενος καὶ σίτου [πρᾶσιν], ὃ δὴ καπηλείαν ἐπονομάζουσιν οἱ πλείστοι.

Non viderunt interpretes haec omnia et quae mox sequuntur

ad ζῶν πρᾶσιν spectare. Haec cives agrestes coriis et vestibus contra parare possunt. Peregrinis necesse est eadem aliarum rerum cauponatione mercari. Sed non vult peregrinos cum civibus καπηλεύειν. Itaque cavet ne quis eorum partem frumenti quod sibi in victum menstruum assignatum est, (κριθῶν τι ἢ πυρῶν εἰς ἄλφιτα νεμηθέντων), vel quemvis alium cibum in civili foro vendat. Non αὐτοῖς sed αὖ τοῖς legendum Stephanus monuerat, καὶ ante ἄλλων contra optimorum librorum fidem retinuerunt editores. Vulgo παρ' ἄλλων contra sensum, et καπηλείας δε τούτων quod novae orationis initium est. (ἀνεῖσθαι παρ' ἄλλων κτωμένους per se ineptum est. Omnes enim qui emunt ἀβ αἰο emunt, et emendo *potiuntur*). Hactenus de libro octavo. αἱ δὲ λοιπαὶ ἡμᾶς περιμενόντων.

SYDNEY.

C. BADHAM.

EMENDATUR THUCYD. II 16.

ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔφερον οἰκίας τε καταλείποντες καὶ ἱερὰ ἂν διὰ παντός ἦν αὐτοῖς ἐκ τῆς κατὰ τάρχατον πολιτείας πάτρια. Hunc locum edens delere debueram voculam κατὰ ad exemplum loci VI 4 extr. ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τάρχατον πατρίδος et VI 69, 3 τῆς ἰδίας ἔκαστος τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας. Cf. τὰ πρότερα I 2, 1 et IV 115, 5. Herod. I 56 ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἔθνεα (pro ἔοντα Dobree, probante Cobeto) τὸ ἀρχαῖον. Ib. 173 οἱ δὲ Λύκιοι ἐκ Κρήτης τὸ ἀρχαῖον γεγόνασι. IV 108 εἰσὶ γὰρ οἱ Γελωνοὶ τὸ ἀρχαῖον Ἑλληνας. IX 45 αὐτός τε γὰρ Ἑλλην γένος εἰμὶ τὸ ἀρχαῖον, quae crasis nescio an Herodoto ubique reddenda sit, ut τάρχαῖον Atticis. Aesch. Suppl. 325 δοκεῖτε δὴ μοι τῆσδε κοινωνεῖν χθονὸς τάρχαῖον. Simile est apud Aristophanem Avib. 481 ὡς οὐχὶ θεοὶ τοῖνον ἤρχον τῶν ἀνθρώπων τὸ παλαιόν, alia, quae facili negotio aliquis colligat. Haud satis diligenter de his nuper disputavi Mnem. XI p. 63.

H. VAN HERWERDEN.

NOVA STUDIA AD ANTIPHONTEM.

SCRIPTIT

H. VAN HERWERDEN.



Studia Antiphontea, quibus I. I. Hartman in programme Gymnasii Leidensis nuperrime bene meruit de vetustissimo oratore Attico, meam quoque industriam denuo excitarunt. Intenta mente relegi Antiphontis orationes nec ita pauca repperisse mihi videor, quae haud inutiliter addam iis quae antehac in Mnemosyne IX p. 201 sqq. (N. S.) litteris mandavi. Utar praeter Iernstedtii editionem ea quam secundis curis a. 1881 apud Teubnerum retractavit Blass apud Teubnerum.

Φαρμακείας κατὰ τῆς μητριᾶς.

§ 6 καὶ (l. καίτοι cum Cobeto) οὐ τοῦτό γ' ἐρεῖ ὡς εὖ οἶδεν ὅτι [γ' dele] οὐκ ἀπέκτεινεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸν πατέρα τὸν ἡμέτερον. ἐν οἷς μὲν γὰρ αὐτῷ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι παρὰ τῆς βασάνου, οὐκ ἠθέλησεν· ἐν οἷς δ' οὐκ ἦν [πυθέσθαι dele], τοῦτ' αὐτὸ προυθυμήθη. Expuncto πυθέσθαι, quod sciolus adscripsisse videtur e sequentibus: περὶ γ' ὧν οὐκ ἠθέλησε πυθέσθαι (§ 7). mente repetatur σαφῶς εἰδέναι, quod aliquanto est aptius, ut arbitror.

§ 10 διὰ οὖν ταῦτα ἐγὼ βάσανον τοιαύτην (deleto τοιαύτην cum codice Crippsiano Hartman non male coniecit τοῦτο δὲ τοιαύτην ἐγὼ βάσανον) ἠθέλησα ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν, γράψας ἐν γραμματείῳ ἃ ἐπαιτιῶμαι τὴν γυναῖκα ταύτην, βασανιστάς τε

αὐτοὺς τούτους ἐκέλευον γίνεσθαι ἐμοῦ παρόντος, ἵνα μὴ ἀναγκάζομενοι ἂ ἐγὼ ἐπερωτῶν λέγοιεν, ἀλλ' ἐξήρκει μοι τοῖς ἐν τῷ γραμματεῖῳ χρῆσθαι· καὶ αὐτό μοι τοῦτο τεκμήριον δίκαιον γενέσθαι (recte sic Iernstedt cl. VI, 27 pro ἔσαι), ὅτι ὀρθῶς καὶ δικαίως μετέρχομαι τὸν Φονέα (Φόνον hic et infra l. cum Hartmanno) τοῦ πατρός· εἰ δὲ ἄπαρνοι γίγνοιτο ἢ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα, . . . ἀναγκάζει τὰ γεγονότα κατηγορεῖν· αὕτη γὰρ καὶ τοὺς τὰ ψευδῆ παρεσκευασμένους λέγειν τᾶληθῆ κατηγορεῖν ποιήσειν. Haec omnia tam arcte cohaerent, ut post ὁμολογούμενα non nisi paucissima verba desiderentur. Deinde manifestum est, apodosin verborum εἰ - ὁμολογούμενα suspensa esse ex coniunctione ἵνα, unde pendent ex praegressis verba μὴ - λέγοιεν, itaque certissimam esse Stephani emendationem ἀναγκάζοι, receptam, ut video, a Blassio. Ut vero comode illa coniunctio hic cogitando iteretur, necesse est parenthesis ordiatur a verbis: ἀλλ' ἐξήρκει μοι τοῖς ἐν τῷ γραμματεῖῳ χρῆσθαι, quibus fortasse addendum est τούτους, quia adversarii, quibus servorum quaestionem mandaverat, non ipse accusator τοῖς ἐν τῷ γραμματεῖῳ usuri erant. Tandem κατηγορεῖν bis usurpatum pro καταγορεύειν, i. e. μηνύειν, valde mihi suspectum est. Locum igitur sic constituerim: ἵνα μὴ ἀναγκάζομενοι ἂ ἐγὼ ἐπερωτῶν λέγοιεν — ἀλλ' ἐξήρκει μοι <τούτους> τοῖς ἐν τῷ γραμματεῖῳ χρῆσθαι, καὶ αὐτό μοι τοῦτο τεκμήριον δίκαιον (sc. ἔσαι) γενέσθαι, ὅτι ὀρθῶς καὶ δικαίως μετέρχομαι τὸν Φόνον τοῦ πατρός —, εἰ δ' ἄπαρνοι γίγνοιτο ἢ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα, <ἢ βᾶσανος αὐτοῦς> ἀναγκάζοι τὰ γεγονότα καταγορεύειν· αὕτη γὰρ καὶ τοὺς τὰ ψευδῆ παρεσκευασμένους λέγειν τᾶληθῆ καταγορεύειν ποιήσει. Iam Turicenses addiderunt ἢ βᾶσανος, sed eadem opera obiectum, cuius iusto durior hic foret omissio, revocandum erat. Quid sit cur in sequentibus Hartmann dubitet de sanitate verbi ἀπηγγέλθη prorsus me latet, sed recte idem § 11 rescripsit ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρός τὸν Φόνον pro Φονέα, quod eo minus ferri potest, quia Graecum saltem foret τῷ Φονεῖ vel κατὰ τοῦ Φονέως. Similiter in codicibus confundi solent ἵππος et ἱππεύς. Tota sententia sic scribenda mihi videtur: καίτοι εὖ οἶδά γ' <ὅτι cum Reiskio>, εἰ οὔτοι — Φόνον, ἠθέλησαν τάνδράποδα (vulgo τὰ ἀνδράποδα) παραδοῦναι ἐγὼ δὲ μὴ παραλαβεῖν, αὐτ' ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήρια παρῆ

χρητο κτῆ., deletis verbis otiosis ἀ ἦν αὐτοῖς post τάνδράποδα et ἤλιγα ante παραλαβεῖν.

§ 13 ταύτην οὖν [πυθομένη del. Iernst.] ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποίησατο Φίλην. αἰσθομένη (cum Cobeto l. πυθομένη) δ' ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω μεταπέμπεται. καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν, ἔλεξεν αὐτῇ ὅτι καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου. Haec oratio, ita comparata me indice ut facilem habeat interpretationem, vituperatorem nacta est Hartmanum p. 32 sq., qui nodum quaerens in scirpo post sophisticam disputationem audacissima coniectura rescribi iussit: ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ μεταπέμπεται. καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν, ἔλεξεν αὐτῇ ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω, ὥσπερ καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου, delstis ceteris omnibus. Orator autem de industria, ni fallor, verba ἐποίησατο Φίλην posuerat in orationis principio, quo probabilior iudicibus videretur narratio pellicem ab ipsa arcessitam venisse, nec aliter haec intelligenda sunt quam sic: *contraerat aliquam antea cum illa muliere consuetudinem.* Stili elegantiam si in rhetoricae artis infantia requireremus, mallems fortasse huiuscemodi compositionem: ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω — ἐποίησατο γὰρ Φίλην — μεταπέμπεται, sed in Antiphonte talia non tangere praestiterit, ut arbitror.

§ 16 ἄμα δὲ θύσαντα τὰ ἱερά ἐσιᾶσαι. Quamquam mero errore (haplographia) in codice Oxoniensi articulus abesse videtur, dubito tamen num otiosum additamentum τὰ ἱερά sit ipsius oratoris.

§ 17 ἡ οὖν καλλακὴ τοῦ Φιλόνεω ἠκολούθει τῆς θυσίας ἔνεκα. καὶ ἐπειδὴ ἦσαν ἐν τῷ Πειραιεῖ, οἶον εἰκὸς ἔθουον. καὶ ἐπειδὴ αὐτῇ (l. αὐτοῖς cum Iernst.) ἐτέθυτο [τὰ ἱερά dele], ἐντεῦθεν ἐβουλεύετο ἡ ἄνθρωπος ὅπως (ἂν dele cum Hartm. sed praeterea requiro ὁπότ'ε, *quandō*) αὐτοῖς τὸ φάρμακον δοίη, πότερα πρὸ δειπνοῦ ἢ ἀπὸ δειπνοῦ. ἔδοξεν οὖν αὐτῇ βουλευομένη βέλτιον εἶναι μετὰ δειπνον δοῦναι, τῆς (l. ταῖς cum A pr. et Cobeto) Κλυταιμνήστρας τῆς τούτου μητρὸς ὑποθήκαις ἄμα διακονοῦσα. Correxerunt syntaxin eruditi rescribendo διακονοῦσαν, sed haud temere dixit Hartman se verba ἄμα διακονοῦσαν non intelligere. Neque ego hercle intelligo; nam ne hoc qui-

dem, ut post coenam potius quam ante coenam venenum daret, Philonei uxor pellici suaserat. Sed optimam sententiam ista verba, scripta ut leguntur in libris, praebebunt, si mecum transposueris in paragraphi initium hoc modo: ἡ οὖν παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω ἠκολούθει τῆς θυσίας ἕνεκα, ταῖς Κλυταιμνήστρας τῆς τούτου μητρὸς ὑποθήκαις ἅμα διακονοῦσα, i. e. non solum festi causa, sed etiam (ἅμα) sic nactu occasionem obsequendi scelestae mulieris consiliis.

§ 20 τὸν ἑαυτῶν Φονέα μεταχειριζόμενοι, ἐκπίνουσιν ὑσάτην πόντιν. Reiske interpretatur: *amplexantes alternis, modo hic modo ille, ulnis et osculantes*, prudenter tamen addens „pro τὸν malim τήν.” Sed praeter articulum verbum quod est μεταχειρίζεσθαι, tractare significans non *amplexari*, quod Graece sonat περιπλέκεσθαι, et compositum verbum ἐκπίνειν documento sunt oratorem ποιητικώτερον h. l. τὸν ἑαυτῶν Φονέα dixisse *letiferum poculum*. Noti sunt versus Sophoclis in Aiace 1026 sqq.:

οἴμοι, τί δράσω; πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ
τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος, ὃ τάλας, ὑφ' οὗ
Φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας;

§ 22 ὑμεῖς δ' οὐ τῶν ἀποκτεινάντων ἐσὲ βοήθοι, ἀλλὰ τῶν ἐκ προνοίας ἀποθνήσκόντων. Ambigo utrum cum Schoellio ἐκ προνοίας transponendum sit ante ἀποκτεινάντων, an potius legendum sit utrobique. Haud enim sine vi repeterentur. Iniuria verba sequentia καὶ ταῦτα ὑφ' ὧν ἦκισ' [αὐτοῦς] ἐχρῆν [ἀποθνήσκειν], quae Cobet glossematis liberavit, expungi iussit Iemstedt. Augetur enim iis sceleris atrocitas.

§ 23 ὑμεῖς δὲ ὅπως διδώσι δίκην οἱ ἀδικοῦντες, τούτου ἕνεκα καὶ δικασαὶ ἐγένεσθε καὶ ἐκλήθητε. Cobet pro ἐκλήθητε leniter et ingeniose coniecit ἐκληρώθητε, sed si haec vera lectio sit, verba ἐγένεσθε καὶ misere me iudice abundant. Hartman aut ipsius oratoris etymologiam esse putat, aut, si nimis absurda visa fuerit quam ut ab Antiphonte expectari possit, grammatico cuidam, qui in margine eam adnotavit, tribuendam esse. Ipei viro doctissimo ea etymologia vix minus ridicula videtur quam qua apud Aristophanem Τριβιλλῶς ἀπὸ τοῦ ἐπιτριβείης formetur. Mihi, ut candide dicam quod sentio, Antiphon minus clare id dixisse videtur, quod si alia dicendi forma usus foret, minime absurdum esset. Quid enim aliud est δικα-

ein quam absolvere quidem insontes, sed *damnare ac plectere ocentes*, ut damnati saepe Graece audiunt οἱ δικασθέντες. In equenti paragrafo procul dubio obtemperandum est Hartmano corrigenti τούς νόμους ὑπεριδοῦσα pro παριδοῦσα, quod ritium tamdiu tot criticos fefellisse permirum est. Idem paullo ante coniecit διὰ ταῦτα vel τοιγαροῦν (pro ταύτη) καὶ ἄξιόν μοι βοηθῆσαι ὑμᾶς ἅπαντας. Sed equidem nescio an potius ταύτη expungendum sit, ut errore invectum ex ipsis sequentibus: ταύτη βοηθὸς καθέστηκεν. Nam cum violentior est viri docti mutatio, tum si quid addideris, incommoda parenthesi id disunget sententias inter se oppositas κἀγὼ μὲν κτέ. et οὗτος δὲ κτλ. Deleta contra ea vocula, verba καὶ — λέγω commode unguuntur cum priorē sententia hoc modo: κἀγὼ μὲν ἐπεξέρχομαι λέγων, ἵνα δῶ δίκην ὧν ἠδίκηκε, καὶ τιμωρήσω (l. τιμωρῶ) ᾧ τε πατρὶ τῷ ἡμετέρῳ καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις, καὶ ἄξιόν μοι βοηθῆσαι ὑμᾶς ἅπαντας, εἰ ἀληθῆ λέγω· οὗτος δὲ τάναντία ἵπως ἢ τοὺς νόμους ὑπεριδοῦσα μὴ δῶ δίκην ὧν ἠδίκηκε, ταύτη βοηθὸς καθίσταμαι.

§ 25 καὶ πότερον δεῖ οἰκτῖραι μᾶλλον τὸν τεθνεῶτα· καὶ γὰρ δικαιοτέρον καὶ δσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων γίγνεται ὑμῖν. Reiske, probante Hartmano, annotavit „aut, si nihil hoc loco deest, genetivi hi cum accusativis mutandi sunt, aut deest aliquid v. c. εὔνοια καὶ ἀγαθὰ πολλά.” Prior coniectura si vera est, cum Dobraeo et Iernstedtio non tantum corrigendum καὶ γὰρ <ἄν> δικ. sed etiam καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους <τοῦτο> γίγνεται ὑμῖν; alteram si amplectimur, scribendum: καὶ γὰρ δικαιοτέρον καὶ δσιώτερον (sc. ἐσι), καὶ <οὕτω> πρὸς θεῶν καὶ [πρὸς] ἀνθρώπων γίγνεται· <ἄν> ὑμῖν <εὔνοια καὶ ἀγαθὰ πολλά>. Neutrum admodum mihi placet, et potius inclino in eam partem, ut scribendum suspicer: καὶ γὰρ δικαιοτέρον καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους [γίγνεται ὑμῖν], deletis duobus ultimis verbis, quae grammatici supplementum esse videntur.

Sequuntur haec: ἤδη οὖν ἐγὼ ἀξιῶ, ὥσπερ κάκεῖνον ἀνέλεγκτόνως καὶ ἀνοικτίως αὕτη ἀπώλεσεν. Quid interest inter ἀελεγκτόνως et ἀνοικτίως? Prorsus nihil; sed alterum vocabulum alterius glossema est. Utrum vero utrius? Facillima opinio, nam ἀνελεγκτόνως et ἀνελεγκτόνως nemo veterum usurpavit pro

ἀνηλεῆς ἐτ ἀνηλεῶς, suntque ea vocabula vitiose formata et τοῦ πονηροῦ κόμματος. Sine controversia igitur emendandum: ἤδη οὐ ἐγὼ ἀξιῶ, ὥσπερ κἀκεῖνον ἀνοικτίσως αὕτη ἀπώλεσεν, οὕτω καὶ αὐτὴν ταύτην ἀπολέσθαι ὑπὸ τε ἡμῶν καὶ τοῦ δικαίου.

§ 26 ἢ μὲν γὰρ ἐκουσίως καὶ βουλευσασα τὸν θάνατον <ἀπέκτεινεν>, ὃ δ' ἀκουσίως καὶ βιαίως. Optime locum sic explevit Reiske, sed nescio an simul pro glossemate habendum τὸν θάνατον, quod admissum in textum necessarium verbum expulerit. Pro qua suspitione pugnat etiam membrorum aequilibrium. In sequentibus probō Hartmani coniecturam inserentis verba πῶς οὐχ ἐκουσίως ante ἀπέκτεινεν ἡμῶν τὸν πατέρα.

§ 27 οὕτω δέ τοι καὶ ἐλεεῖν ἐπὶ τοῖς ἀκουσίοις παθήμασι μᾶλλον προσήκει ἢ τοῖς ἐκουσίοις καὶ ἐκ προνοίας ἀδικήμασι καὶ ἀμαρτήμασι. Reiske coniecit: οὐκ οἶδεν ὅτι συγγνώμην ἔχειν καὶ ἐλεεῖν — καὶ ἀμαρτήμασιν; Suffecerit, ni fallor, lenior correctio: Οὐκ οἶδεν ὅτι κατελεεῖν κτέ. Ad verbum κατελεεῖν cf. Lysias c. Andocid. § 3, Andoc. de reditu § 15, Plat. Rep. III p. 415 C.

§ 28 ἀλλ' ὡς μάλιχα δύνανται λάθρα (Cobet pro λαθραϊστάτα) καὶ ὡς ἀνθρώπων μηδένα εἰδέναι. Malim ὥς, ἵτα ἕτ πεπο μοι ταλίμ σιαί.

§ 29 Φίλους καὶ ἀναγκαίους τοὺς σφετέρους <αὐτῶν> καλοῦσι καὶ μαρτύρονται, καὶ λέγουσιν αὐτοῖς ὕφ' ὧν ἀπόλλυνται, καὶ ἐπισκῆπτουσι τιμωρῆσαι σφίσιν αὐτοῖς ἡδίκημένοις. Frustra Reiske, probante Hartmano, coniecit excidisse ante Φίλους αὐτοῦς aut ἀδελφούς. Has enim notiones vox ἀναγκαῖος complectitur. Noti sunt versus Philemonis (Mein. F. C. G. IV 34. 3 sq.):

οἶον τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινί

ἢ νῆ Δί' ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις.

ubi obiter corrigas ἄλλος, si quidem ἄλλων τῶν ἀναγκαίων Graecum non est pro τῶν ἄλλων ἀναγκαίων.

Sed ut recte Hirschig rescripsit σφετέρους αὐτῶν, ita suspectum mihi est αὐτοῖς adiecta pronomini σφίσιν, quod noto usu refertur ad universae sententiae subiectum. Vide igitur ne αὐτοῖς hic, ut saepe, sit praegressi pronominis glossema. Cum enim sequiores eodem modo pronomine αὐτός usurparent, magistelli apud veteres σφεῖς per αὐτοί explicare assolent. Cf. Hesychius s. νν. σφάς, σφέας, σφείων.

Περὶ τοῦ Ἡρόδου Φόνου.

§ 6 ἀνάγκη δὲ κινδυνεύοντα <ὄρωδεῖν Iernst.> περὶ αὐτῷ καὶ τοῦ τι καὶ ἐξαμαρτεῖν. οὐ γὰρ μόνον τῶν λεγομένων ἀνάγκη ἐνθυμῆσθαι ἀλλὰ καὶ τῶν ἐσομένων. Propter oppositum ἐσομένων expectabam γενομένων, ut intellegantur omnia quae ad Herodis interitum pertinerent. De accusatorum oratione si sermo esset, requireretur saltem τῶν λελεγμένων, si de iis quae ipsi reo dicenda erant, Antiphon scripsisset τῶν λεκτέων.

§ 11 ἐν ᾧ οὐτ' ἂν κακὰ πολλὰ εἰργασμένος ἠλισκόμην ἄλλῃ ἢ αὐτῷ τῷ πράγματι, οὐτ' ἂν πόλλ' ἀγαθὰ εἰργασμένος τούτοις ἂν ἐσκόμην [τοῖς ἀγαθοῖς]. Deleatur interpretamentum.

§ 17 ἔτι δὲ μάλλ' ἐδέθην, quae verba praeceuntibus Reiskio et Cobeto corrupta esse putabam, Hartman sana esse evincere conatur docta sane disputatione pag. 10 sqq. Idem verba praegressa sic corrigenda esse putavit: ἔπειτα δὲ οὐχ ὡς πισεύων τῷ πράγματι ἀναμφισβητήτως ἕνα τὸν ἀγῶνα περὶ τοῦ πράγματος ἐποίησω, ἀλλ' ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον ὑπελίπου, ὥς ε μὴ δ' ἀποφυγόντι μοι μὴ δὲν πλέον εἶναι, ἀλλ' ἐξεῖναι σοι λέγειν ὅτι κακουργίας ἀπέφυγον, ἀλλ' οὐ τοῦ φόνου τὴν δίκην· ἐλὼν δ' αὐ ἀξιώσεις με ἀποκτεῖναι ὡς τοῦ φόνου τὴν δίκην ὠφληκότα, ὡς καὶ τοῖς τότε δικασαῖς ἀπισήσων, huc transpositis verbis ὥς ε μὴ δὲν μοι ἐνθάδε μὴδὲ πλέον εἶναι μὴ δ' ἀποφυγόντι, quae vulgo lecta post ἀπισήσων ita correxit Cobet, licet non videam quidni servata ἐνθάδε legamus ὥς ε μὴ δὲ μοι ἐνθάδε ἀποφυγόντι μὴδὲν πλέον εἶναι. Transponendo quid lucremur fateor me non intelligere; nam vel sic obscura manent verba ὡς — ἀπισήσων. Rectius, nisi fallor Pahlé reposuit ὡς καὶ τοῖς δὲ τοῖς δικασαῖς ἀπισήσων, quod recepit Blass.

§ 22 οὐτ' αὐ ἐγὼ ἄνευ προφάσεως ἱκανῆς φαίνομαι τὸν πλοῦν ποιησάμενος [εἰς τὴν Αἴνον]. Deleo emblemata sumtum ex § 20, quod iterum orationem onerat § 25 πρῶτον μὲν γὰρ πρὶν ἀνάγεσθαι με [εἰς τὴν Αἴνον].

Qui ex una nave, curru, aut quidquid est eiusmodi in alium transcendunt ab antiquis non μεταβαίνειν dicuntur, sed μετεκβαίνειν. Itaque recte et ordine scriptum est § 21 οὐ τὸ πλοῖον ἄρμει τοῦτο εἰς ὃ μετεκβάνατα φασὶν ἀποθανεῖν αὐτόν et § 23 ἐπειδὴ δὲ μετεξέβημεν εἰς τὸ ἕτερον (malim θάτερον) πλοῖον.

Hinc optime § 22 primum legitur: οὐτ' αὖ ἐπειδὴ ὠρμιστάμεθα ἢ μετέκβασις ἐγένετο εἰς θάτερον πλοῖον, sed deinde ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐπλέομεν ἀσέγαστον ἦν [τὸ πλοῖον dele], εἰς ὃ δὲ μετέβημεν, ἐσεγασμένον, ubi corrigere non dubitām μετ<εξ>έβημεν. Etiam ubi veram lectionem dederunt editores, variant codices. Nam § 21 μεταβάντα habet libri Cripssiani m. pr. et § 22 μεταβάσις, contrario errore § 23 μετέβημεν est in Oxoniensi.

§ 23 Ἐπειδὴ δὲ μετεξέβημεν εἰς θάτερον πλοῖον, ἐπίνομεν. καὶ ὁ μὲν ἐστὶ Φανερὸς ἐκβάς [ἐκ τοῦ πλοίου] καὶ οὐκ εἰσβάς πάλιν ἐγὼ δὲ τὸ παράπαν οὐκ ἐξέβην [ἐκ τοῦ πλοίου] τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Quae uncinis notavi verba inutilia aurem offendunt et melius aberunt. Necessaria eadem sunt § 26, sed § 27 παρεχόμενος μὲν τοὺς μάρτυρας ὡς οὐκ ἐξέβην ἐκ τοῦ πλοίου· εἰ δὲ καὶ ὡς μάλις ἐξέβην [ἐκ τοῦ πλοίου] alterum ἐκ τοῦ πλοίου debetur magistelli.

Post pauca, ubi editur καὶ εἴ τῳ τῶν ἄλλων ἐδόκει δεῖν ὅτι ἐνομοίως, καὶ ἐμοὶ ὁμοίως, ultima vox, quae in tali compositione non additur (nec mirum, nam significat *si quis alius se*, itaque *se imprimis* rem moleste tulisse), non videtur genuina.

§ 24 ἐπειδὴ δ' ὁ ἀνὴρ οὐτ' ἐν τῇ Μυτιλήνῃ ἐφαίνετο ζητῶμενος οὐτ' ἄλλοθι οὐδαμοῦ. Hartman „Mytilenen missus esse „pedisequus qui nuntiaret Herodem exisse ex navi nec rediisse „non qui eum ibi quaereret.” Optime admonet, et iam dudum male me ea res habuit. Ubi vero quaeso hominem quaesitum erant praeterquam ubi ἀφ᾽ αὐτῆς ἐγένετο, i. e. in agro Methynnaeo? cf. § 21 et 23. Quare non dubito oratori aut reddendum esse ἐν τῇ Μηθυμναίᾳ, aut ἐν τῷ λιμένι, cl. § 27 ζητῶμενον δὲ τοῦ ἀνδρὸς δὴ ἡμέρας καὶ ἐν τῷ λιμένι καὶ ἄπειθεν τοῦ λιμένος, quod fortasse etiam praestat. Fortasse in vestro codice litterarum ΤΩΙ ΛΙΜΕΝΙ non nisi prima et posteriores aegre legi potuerunt, ita ut librarius T . . . ΔΗΝ dispicere sibi videretur, quae pro reliquiis nominis ΤΗΙ ΜΙΤΙΑΗΝΗΙ paullo ante lecti habuerit.

§ 26 οὔτε γὰρ αὐτοῦ κρατεῖν ἴσως [ἔν] ἐδύνατο, οὔτε τῷ ἀπυγοντι νύκτωρ μακρὰν ὕδον ἢ πρόφασιν ἂν εἰκότως ἐγίγνετο. Quae necessaria est vocula ἂν in posteriore sententiae parte, tam inepta est in priore. Neque enim fortasse corpus suum regere poterat nec si quis noctu hominem longe abducere voluisset, probabile est eum praetextum inuenturum fuisse.

§ 27 ἐπειδὴ δ' αὐτοῖς τοῦτ' οὐκ ἐνεχώρει. Bene monuit Hartman ἐγχωρεῖν significare fieri posse, hic vero sententiam requirere quod significet *is non successit*. Nec tamen perfacile illa lectio nasci potuit ex eo quod vir doctus coniecit οὐ προχωρεῖ, sed minore molimine emendandum censeo οὐκ ἐχώρει. syllaba EN dittographia nata est e duabus sequentibus litteris EX. Aristophanes Pac. 473 πῶς οὖν οὐ χωρεῖ τοῦργον; Herod. II 42 χωρήσαντος δὲ οἱ τούτου, V 89 καὶ σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. VII 10, 2 χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας.

§ 30 Suppleverim: παρέξομαι δὲ τούτων <ὑμῖν> τοὺς μάρτυρας. Cf. § § 29, 23, 24, 28.

§ 32 πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι λέγειν ὅτι ἂν ἐκείνοις ἐέλλωσι χαριεῖσθαι. Hartman rescripto cum Cobeto εἰώθασιν λέγειν iubet ὅτι — χαριεῖσθαι, nec diffiteor, si necessaria sit illa correctio, satis otiosa esse verba quae Hartman tribuit interpolatori. Cum tamen εἶναι πρὸς τινος optime dicantur qui tant ab alicuius parte (vide v. c. Thuc. VII 22, Plat. Prot. 366 D), nescio an potius corrigendum sit πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι, <ὥς> λέγειν ὅτι ἂν ἐκείνοις ἐέλλωσι χαριεῖσθαι.

Εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν ἐκέλευον αὐτὸν φρεβλοῦν ὡς οὐ τάληθῆ λέγοντα, τίς ἂν ἐν αὐτῷ τούτῳ ἀπετρέπετο μηδὲν κατ' ἐμοῦ καταεῦδεσθαι. Hartman „Quid est ἐν αὐτῷ τούτῳ? An forte: eo ipso temporis momento, iam ante quaestionem institutam.” Tur tam obscure Antiphon locutus est, cum clare posset ommissa repositione αὐτῷ τούτῳ, i. e. τῷ κελεύειν με αὐτὸν φρεβλοῦν, aequae solis mihi? Suffecisset, inquit, mihi minari homini tormenta, ut a mendaciis desisteret. Vocula EN dittographia nata est ex antecedenti AN.

De § 33 videatur Hartman pag. 13 sq., de § 34 mea disputatio in Mnem. vol. IX, p. 206.

§ 35 δῆλον οὖν ὅτι οὐ τοῦ σώματος αὐτοῦ (sc. τοῦ μηνυτοῦ) χρεία αὐτοῖς, ἀλλὰ τῶν λόγων· ζῶν μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς αὐτῆς ἐπάνου ὡν ὑπ' ἐμοῦ κατηγορος ἂν ἐγίγνετο τῆς τούτων ἐπιβουλῆς, κινεῶς δὲ τὸν μὲν ἔλεγχον τῆς ἀληθείας ἀπεσέρει δι' αὐτοῦ τοῦ ἱμπετος ἀπολλυμένου, τοῖς δὲ λόγοις τοῖς ἐψευσμένοις ὑπ' ἐκείνου ἀληθέσιν οὖσιν ἐγὼ ἀπόλλυμαι. Imperfectum h. l., ut saepius de in hac ipsa oratione § 37 ἀπόλλυτο et § 53 ἐπεμπον. Cf. Herod. II 120 περιήιε) eam vim habet quam apud Latinos oratio

periphrastica imperfecti verbi substantivi iuncti cum participio futuri, et ἀπεσέρει valet ἐμελλεν ἀποσπερήσειν. Sed cum neminem alium praeter reum eo documento privaturus esset, non potuit omitti pronomem ἐμέ, de quo addendo iam Reiskium video cogitasse, qui praeterea coniecit δι' αὐτοῦ, τῷ σώματι συναπολλύμενον, aut ἀπεσέρει ἐμέ διὰ τοῦ σώματος ἀπολλυμένου. Innumeris autem locis confundi a librariis διὰ τοῦ, δι' αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ τοῦ, δι' αὐτοῦ τούτου, norunt omnes qui multum triverunt libros manu scriptos. Cur displiceat mihi novissima Hartmani coniectura: δι' αὐτοῦ τοῦ σώματος ἀπολλύμενον, haec causa est, quod subinepta mihi videtur oppositio inter ἐλεγχον ἀπολλύμενον et ἐγὼ ἀπόλλυμαι, quae obtegitur saltem in priorē Reiskii emendatione. Sed praeferenda mihi ut lenior altera videtur, quamquam haud diffiteor me verba satis inutilia δι' αὐτοῦ τοῦ σώματος ἀπολλυμένου prorsus abesse malle. Schoellium delevimus ἀπολλυμένου me docet Blassii editio. Non probo. Διὰ τοῦ σώματος ἀπολλυμένου noto usu valet tantumdem quantum διὰ τοῦ δλίφου τοῦ σώματος. Cf. Herod. I 51. IV 44. V 36 init. al.

§ 37 τοὺς δὲ προτέρους λόγους τοὺς κατεψευσμένους ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες ὥςτε μηδέποτε εἰς τἄληθές καταστῆναι. Cum Hartmano non dubito quin recte Sauppe verba ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες transposuerit post καταστῆναι, sed quoniam verbum ἀφανίζω non ad λόγους pertinere videatur, sed ad servum, de quo tunc in proximis et infra idem vocabulum usurpatur, et tamen, si nihil addideris, ad solum λόγους referri possit, simul scribendum arbitror ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες <αὐτόν>.

Post pauca requiro: αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ ἀπαγωγόντες καὶ ζητοῦντες τὸ πρᾶγμα τὸν κατ' ἐμοῦ μηνυτὴν ἠφάνισαν, i. e. ἠ ἀπήγαγον (= τῇ ἀπαγωγῇ ἐχρήσαντο κατ' ἐμοῦ) καὶ ἐζήτουν τὸ πρᾶγμα κτέ. Speciosa quaedam participiorum concinnitas hucque celavit manifestum errorem.

§ 39 Ἔτι δὲ καὶ τὰδε λέγουσιν, ὡς ὠμολόγει ὁ ἄνθρωπος βασιανιζόμενος συναποκτεῖναι τὸν ἄνδρα. ἐγὼ δὲ Φημι ταῦτα μὴ οὐ λέγειν αὐτόν, ὅτι δ' ἐξαγάγοι ἐμέ καὶ τὸν ἄνδρα ἐκ τῷ πλοίου, καὶ [ὅτι] ἤδη τεθνεῶτα αὐτόν — συνανελὼν καὶ ἐνθεῖς εἰς τὸ πλοῖον καταποντώσειεν. Antiphon non magis quam Thucydides alique boni scriptores, in tali compositione, ubi non variatur modus, iterare solet coniunctionem, quare alterum ὅτι tribuerim magistellis.

§ 40 *καίτοι σκέψασθ' ὅτι πρῶτον μὲν, πρὶν ἐπὶ τὸν τροχὸν
ναβῆναι, ὁ ἀνὴρ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης τῇ ἀληθείᾳ ἐχρῆτο.*
fale me habet cum Hartmano ὁ ἀνὴρ dictum de libero, eidem-
que concedo ferri posse quod ambo § 54 promiscue τὰ ἀνθρώπων
vocentur. Propterea Hartmano ubicumque sic peccetur litura
utendum esse videtur. Et hic quidem et § 47 ὁ ἀνὴρ et τὸν
ἄνδρα sine damno aberunt nec minus ἀνθρωπος § 42 post ὁ ἕτε-
ρος, sed durior videtur obiecti omissio § 56 *εἰ γὰρ ἠγήσαντο
τὸν ἄνδρα κείσιν ἀπὸ πρώτης καταψεύδεσθαι μου, nec § 47 νῦν
δ' αὐτοὶ καταγνόντες [τὸν] θάνατον τοῦ ἀνδρὸς ἀπεκτείνετε*
genetivo libenter caream. Videndum igitur an eiusmodi locis
praestet corrigere τὸν ἄνθρωπον et τοῦ ἀνθρώπου. Nam
utriusque vocis confusio in libris non caret exemplis. Licet
autem labefactare nolim hanc de vocabulorum discrimine per-
suasionem, miror tamen Aristophanem in Equitibus vs. 918 de
servo Paphlagonem chorum fecisse canentem:

ἀνὴρ παφλάζει, παῦε, παῦ' κτέ.

§ 43 ὁ δὲ τὸ παράπαν οὐδ' ἐκβῆναί μ' ἔφη ἐκ τοῦ πλοίου καὶ
τι τὸ εἶδος σύμμαχόν μοι ἔστιν. οὐ γὰρ δήπου οὕτω κακοδαίμων
ἐγώ, ὥς τὸ μὲν ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα προνοησάμην ἴκονος, ἵνα
μὴ μηδεὶς συνειδείη, ἐν ᾧ μοι ὁ πᾶς κίνδυνος ἦν, ἤδη δὲ πε-
πραγμένον μοι τοῦ ἔργου μάρτυρας καὶ συμβούλους ἐποιούμην.
Subesse mendum intellexit Hartman, qui adnotat „Num recte
„συμβούλους? Praecedat enim ἤδη πεπραγμένου μοι τοῦ ἔργου.”
Praegressa verba ἵνα μοι μηδεὶς συνειδείη eo ducunt, ut suspicer
oratore in oppositis dixisse *testem et conscium*, quod si ita est,
Antiphonti reddendum ἤδη δὲ πεπραγμένου μοι τοῦ ἔργου μάρ-
τυρας καὶ συνίστορας ἐποιούμην. Ambo vocabula similiter con-
iunxit Polybius 28, 17, 3 et Thucydides, qui multa habet cum
Antiphonte communia, usurpavit ξυνίστωρ II 74. Hesychius *συνί-
στωρ: γνώσεως, συνόμιλος, συμπράκτωρ*. Fieri potest ut anti-
quus lector ex simili glossario, rariorem vocem, quam non
intelligeret, perverso interpretamento *συνομίλους* explicuerit,
indeque natum sit *συμβούλους*. Hoc certe video, unice aptum
esse *συνίστορας*. Licet de uno seruo teste et conscio agatur,
nihil impediēbat oratorem, quo minus generaliore usus oratione
ita scriberet pro μάρτυρας καὶ συνίστορας.

§ 45 *ἔπειτα ἐν τῇ γῆ μὲν ἀποθανόντος, ἐντιθεμένου δ' εἰς*

τὸ πλοῖον, οὐτ' ἐν τῇ γῆ σημεῖον οὐδὲν ἐφάνη οὐτ' ἐν τῷ πινύκτωρ μὲν ἀνπιρεθέντος, νύκτωρ δ' ἐντιθεμένου [εἰς τὸ πλοῖον]. Notandum duplex imperfecti participium, ubi expectes Aoristum ἐντεθέντος. Hic quoque abesse malim εἰς τὸ πλοῖον.

§ 46 μὴ οὖν ἐξέληται τοῦτο ὑμῶν μηδεῖς, ὅτι κτὲ Demosthenes XXIV 37 οὔτε γὰρ τὸ γνῶναι καὶ δοκιμάσθαι βέλτιστον ἐξελέσθαι δύναται ἂν ὑμῶν μηδὲ εἰς, et verborum ordine, iunctis quae non cohaerent, vocabulis ὑμῶν μ.

§ 48 ἀλλὰ παραδιδάσιν αὐτοὺς τῇ ἀρχῇ (i. e. τοῖς ἰεῖ) νόμοις ὑμετέροις πατρίους. Non magis hic opus est ut ad cum Reiskio κολασθῆναι (melius certe Hartman κολάσαι), infra § 70, ubi legitur παραδεδομένος ἤδη τοῖς ἔνδεκα, id est adiectum est. Sollemnis est ea formula.

In sequentibus quoque verbis εἴπερ γὰρ καὶ μαρτυρεῖν δούλω κατὰ τοῦ ἐλευθέρου τὸν Φόνον, obloquendum mihi tam Hartmano delenti τὸν Φόνον quam Reiskio transponenti καὶ τὸν Φόνον (pro τὸν Φόνον, καὶ) τῷ δεσπότη, ἂν (i. e. εἰάν) ἐπεξελεῖν ὑπὲρ τοῦ δούλου, huic quia, ut recte ait H., quae cumque iniuriam servo illatam domino persequi licebat, quod in solo caedis crimine testimonii dictio servis concepitur. Vid. MEIER ET SOHOEMANN, *der Attische Proceß*, pag.

§ 49 ὁ μὲν γὰρ δούλος δύο λόγῳ ἔλεγε· τότε μὲν ἐφειράσθαι τὸ ἔργον, τότε δ' οὐκ ἔφη. Si verba τότε — sunt ipsius oratoris (nec abiudicare ei ausim; nam est verbum Antiphon), nescio an scribendum sit τότε μὲν <γὰρ> ἔφη.

§ 53 ἂ γὰρ μὴ οἶόν τε εἰδέναι τὸν Φέροντα, ταῦτ' ἂν μάλιστα συγγράψας πέμψειεν. Cum magna vehementia offerri nequit ut sciat, dixit pro scire ei prorsus non licet.

§ 56 sq. Delenda esse perversa glossemata ὁ πρότερος βιβλισθεὶς et ὕσερος Mnem. IX 206 sq. demonstravi, proli Hartmano pag. 16. Ceterum fieri potest ut § 56 verum ἐπειδὴ δ' ἀνεγνώσθη τὸ γραμματεῖδιον καὶ ὕσερον δ (pro ὁρος) βασανιζόμενος οὐ συνεφέρετο [τῷ γραμματείδι abesse μαρτυρεῖται οἶόντ' ἦν ἀφανίσαι τὰναγνωσθέντα.

ἀπὸ πρώτης. Quod Hartman pag. 17 dicit se non periclitari, quid sibi hic velit Thuc. I 17 allatus a Maetznere nil tali reperitur, eum decepit typorum error. Nam pro dubio Maetzner laudare voluit locum I 77 § 2. Comp.

praeterea potest locutio διὰ πάσης apud Thuc. I 14, 3, ἐκ νέης Herod. I 60. V 116. ἐξ ὑτέρης I 108. V 106. VI 85. ἐκ τῆς ἡέης II 161, τὴν πρώτην εἶναι Her. I 153, alia.

§ 57 ἀλλὰ δεῖ μεγάλην τὴν ἔχθραν ὑπάρχειν τῷ τοῦτο μέλλοντι ποιήσειν (sc. κτενεῖν ἄνδρα) καὶ τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν φανεράν εἶναι ἐπιβουλευομένην. Tria coniecit Pahle ἐκ πολλοῦ, quod receperunt Iernstedt et Blass, delendum esse φανεράν, scribendum esse ἐπιβεβουλευομένην. Mihi nihil horum verum videtur. Nam φανεράν quidem aegre hic desiderarem propter sequentia § 59 ἐγὼ μὲν γὰρ τοῦ φανεράν τὴν πρόνοιαν εἰς ἐμὲ ἀποδείκνυμι κτέ. Porro cum nihil faciat ad rem, utrum dudum an paullo ante structae sint insidiae, sed contra multum referat, utrum multis an nullis argumentis de iis constet, necessarium videtur ἐκ πολλῶν. Sed valde dubito num genuina sit vox ἐπιβουλευομένην. Nam optime quidem dicitur *scelus ἐπιβουλεύεσθαι*, sed *praemeditationem* dici posse ἐπιβουλεύεσθαι non nisi exemplo victus concedam.

§ 60 δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ Λυκίνου ἀπολογήσασθαι, ὡς εἴοικεν [ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνου]. Spuria esse verba seclusa eo facilius mihi persuadet Hartman quod saeculo a. C. Vto nemo sic scribere potuit pro ἑμαυτοῦ. Contra § 59 vereor ut demonstrari possit quod idem contendit non genuina esse verba ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῷ, (scil. *χρήματα*, quam vocem magistellus potius additurus fuerat), quae optimum praebent argumentum, quo reus accusatorum criminationem (ἀλλὰ *χοήματα* ἐμελλον λήψεσθαι ἀποκτείνας αὐτόν) falsam esse demonstraret. Confirmatur autem ea res iis quae dicit pro Lucino § 60 λέγω τοίνυν ὑμῖν ὅτι ταῦτα ὑπῆρχεν αὐτῷ εἰς ἐκεῖνον ἄπερ ἐμοί· οὔτε γὰρ *χρήματα* ἦν [αὐτῷ dele cum Nauckio] *δ' ἄρθρον* ἂν ἔλαβεν ἀποκτείνας ἐκεῖνον, οὔτε κίνδυνος αὐτῷ ὑπῆρχεν οὐτινα διέφυγεν (l. *ὄντιν' ἂν διέφυγεν*) ἀποθανόντος ἐκεῖνου, quae vix dicere potuit, nisi illis verbis praemissis. Facilius feram, licet dubitabundus (nam verbosior est bonus Antiphon) praeunte eodem exturbari verba inutilia οὐ δῆτα· τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἦν *χρήματα*, ἐμοί δ' ἦν, sed prorsus non dubito, quin recte proscripterit verba τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ τῆς Λυκίνου, quae syntactico vitio laborantia perabsurde addita sunt. His enim deletis *ixigua* rei cum Lucino consuetudo maximum argumentum esse

dicitur, cur improbable sit Lucinum reum ad Herodem occidendum permovisse.

§ 65 τοσοῦτον τὸ μικρότατον τῆς ἀποκρίσεώς ἐστιν. Miram locutionem iure vocat Hartman. Comparari quodammodo potest nota Anglorum locutio: *This is the long and the short of it.*

τῷ δὲ ποιήσαντι (caedis auctori) ῥαδία ἐστὶν ἢ ἀπόδειξις, καὶ μὴ ἀποδείξαντι εὖ εἰκάζει. Haec verba, etsi paullo obscuriora, non depravata esse evincunt sequentia: οἱ μὲν γὰρ πανουργοῦντες ἅμα τε πανουργοῦσι καὶ (i. e. eodem tempore quo maleficium animo concipiunt) πρόφασιν εὐρίσκουσι τοῦ ἀδικήματος (i. e. reperiunt quo pacto futurum scelus ita explicent, ut a semet ipsis avertant suspicionem). τῷ δὲ μὴ εἰργασμένῳ χαλεπὸν (litotes est pro οὐχ ὀδόντε) περὶ τῶν ἀφανῶν εἰκάζειν. Hinc apparet, ut arbitror, oratorem non sine ironia, quamvis specie εὐηθικῶς, dixisse: *sceleris vero auctori facile est id indicare et, si non indicaverit (nam se ipsum accusare noluerit), speciosam (aliis) proponere coniecturam.* Nolite, inquit, credere meam culpam eo demonstrari, quod explicare non queam qui factum sit, ut Herodes nusquam reperiatur. Immo contra est: nam si ipse hominem interfecissem, facile mihi fuisset causam aliquam comminisci speciosam, qua ea res expediri videretur; nempe ab initio rem ita instituissem, ut reus factus purgare me ipsum possem. Solito diutius huic loco immoratus sum, quod post Reiskium haerere vidi Hartmanum. Alii autem dirimunt, infantiaene cuidam (nam procul a perfecta arte abest Antiphon) tribuenda sit huius loci obscuritas, an potius rhetorico artificio, quo reus simplicitatis speciem affectet, quod mihi quidem videtur probabilius. Hoc saltem video, de corruptela cogitari non posse, et criticos in errorem induxisse verbum εἰκάζειν, quod hic de *proponenda* non de *facienda coniectura* accipiendum est.

§ 68 De caedibus Ephialtis aliorumque virorum popularium, quas optimates commiserunt, ut alia plurima, lectu dignissima sunt quae scripsit IULIUS SCHVARCZ in novissimo opere „*die Democratie von Athen*” pag. 184 sq., in quo optimo iure impugnavit nimiam plerorumque eruditorum admirationem imperii popularis Atheniensium, quod haud prorsus immerito paene omnibus qui aetatem tulerunt scriptoribus Atticis valde displi-

t. Dolendum tamen virum sagacissimum et egregie cordatum sine ira et studio scribentem saepius fidem habuisse fabellistales Aelianus, Athenaeus, Plutarchus similesque scriptores memoriae prodiderunt, nec semper optimis fontibus satis diligenter usum esse, velut quod p. 183 e plebis scito anni 435 J. I. A. 32) efficit, nemini tum licuisse in comitiis proponere ἰσφοράν, plane neglectis verbis haud exigui momenti μὴ ἐψη-
 λιμένης πω τῆς ἀδείας. Sperandum est fore, ut post Schvarczium ilius vir aequè peritus, sed ab omni cupiditate et partium studio alienus, neglectis omnibus quae e seris turbidisque fontibus fluxerint, idem argumentum tractandum sibi sumat. Sic nemum vera nascetur democratiae Atticae imago! Sed redeamus ad Antiphontem.

§ 69 τοῦτο δ' ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου παῖς ἐζήτησεν οὐδὲ δώδεκα τῆ γεγονῶς τὸν δεσπότην ἀποκτείναι· καὶ εἰ μὴ φοβηθεῖς, ὡς ἐνεβόησεν, ἐγκαταλιπὼν τὴν μάχαιραν ἐν τῇ σφαγῇ ᾤχετο βεύγων, ἀλλ' ἐτόλμησε μείναι, ἀπώλοντο ἂν οἱ ἔνδον [ἄντες lele cum Cobeto] ἅπαντες· οὐδεὶς γὰρ ἂν ᾤετο [τὸν abesse iubeo] ταῖδα τολμῆσαι ποτε τοῦτο. Valde miror Hartmanum adnotare „verba ὡς ἐνεβόησεν neque explicare neque emendare possum.” Quid enim quaeso facilius ad intelligendum? Puer iste ποτε caesi perterritus fugam capessit, eoque ipso se prodidit, sin minus omnis familia de caede postulata periisset; nemo enim credidisset puerum XII annos natum (propterea delendus est articulus) tantum facinus sustinuisse. Contra spuria mihi videntur verba ἀλλ' ἐτόλμησε μείναι non tam quia otiosa sunt (est enim quod saepius dixi, verbosior Antiphon), quam quod impediunt intellectum verborum sequentium τολμῆσαι ποτε τοῦτο, quae sana grammatica contra mentem, si ista genuina forent, oratoris illuc, non ad caedem, referri iuberet.

Non magis sentio difficultatem, quam movit Hartman in praecedenti capite (68), ubi ad verba ἔπειτα οἳ γε Ἐφιάλτην ἀποκτείναντες οὐκ ἐζήτησαν τὸν νεκρὸν ἀφανίσαι adscripsit „se minime intelligere quid istud argumentem sibi velit.” Nempe ubi interfecti corpus repertum est, ibi minus sane difficile est reperire caedis auctores, quam ubi non invento corpore ne constat quidam de caede. Herodis autem cadaver non repertum esse novimus. Atqui ergo.

§ 71 τοῦθ' ὑμῶν αὐτῶν ἐγὼ οἶμαι μεμνησθαι τοὺς πρεσβυτέρους, τοὺς δὲ νεωτέρους πυνθάνεσθαι ὥσπερ ἐμέ. Immo vero αὐτούς, ἴσως, i. e. non monitos.

· § 76 ἐπειδὴ δ' ἡ πόλις (Mytilene) ὄλη κακῶς ἐβουλεύσατο [ἀποσᾶσα] καὶ ἤμαρτε τῆς ὑμετέρας γνώμης, μετὰ τῆς πόλεως ὄλης ἠναγκάσθη συνεξαμαρτεῖν. τὴν μὲν οὖν γνώμην ἐπι καὶ ἐν ἐκείνοις ὁμοίος (huius aetatis vera scriptura est ὁμοῖος, quod una cum ἐτοῖμος ubique reddendum Antiphonti) ἦν εἰς ὑμᾶς. Non video quid aliud verba ἤμαρτε τῆς — γνώμης significare possit quam non assecuta est vestram sententiam, quod quid sibi h. l. velit nemo facile dixerit. Nullus igitur dubito quin hic monstrum alatur. Hoc video, deletis verbis τῆς ὑμετέρας γνώμης, sententiam optime procedere, nec quidquam melius reperiō. Nam ne corrigendum putemus καὶ ἤμαρτε τῆς ὑμετέρας εὐνοίας, obstat sequens verbum συνεξαμαρτεῖν quod non magis quam ἐξαμαρτάνειν iungi potest cum genetivo, sed absolute usurpatur habetque tandummodo peccandi (non aberrandi) notionem; itaque quidquid additur praegresso ἤμαρτον, ineptum est.

Quod deinde Hartman observat in verbis τὴν μὲν οὖν γνώμην ἐπι καὶ ἐν ἐκείνοις ὁμοῖος ἦν εἰς ὑμᾶς, τὴν δ' εὐνοίαν οὐκέτι ἢ ἐπ' ἐκείνῳ τὴν αὐτὴν εἰς ὑμᾶς παρέχειν (l. παρέχεσθαι cum Hirschigio) „fere ineptam esse oppositionem substantivorum” brevilloquentia magis quam infantia orator εὐνοίαν usurpavit pro benevolentiae documentis. Non dissimillima βραχυλογία Thucydides I 38 ἀρετὴν usurpavit pro δόξῳ ἀρετῆς, et tragica κτᾶσθαι δυσσέβειαν similiaque dixerunt de alicuius virtutis aut vitii existimatione inter homines. Nec oppositio est inter γνώμην et εὐνοίαν, sed inter locutiones τὴν γνώμην ὁμοῖος εἶναι ἐπὶ τὴν εὐνοίαν παρέχεσθαι.

In his igitur equidem non offendo, sed aquam mihi haerere confiteor in proximis hisce: οὔτε γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν (Mytilenen) εὐπρόως (Schoemann et Cobet pro εὐρόπως) εἶχεν αὐτῷ· ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα ἃ εἶχετο αὐτοῦ, οἳ τε παῖδες καὶ τὰ χρήματα· τοῦτο δ' αὖ μένοντι πρὸς τὴν πόλιν αὐτῷ ἀδυνάτως εἶχεν ἰσχυρίζεσθαι, nec cum Hartmano mihi displicet Reiskii coniectura οὔτε γὰρ — αὐτῷ, <οὔτε γ' ἐχρῆν. nisi quod pro his longe malim οὔτε γ' ἀναγκαιῶς scil. εἶχεν>.

ἀνὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα ἃ εἶχετε (tacite hoc dedit R.) αὐτοῦ τέ. Ultima verba τοῦτο δ' αὖ — ἰσχυρίζεσθαι sic intellego: *im vero etiam manenti adversus urbem (Mytilenen) fortem se praestare non poterat*, i. e. Mytilenaeorum consiliis aperte adversari non poterat.

§ 78. In sequentibus vero ei δ' ἐν Αἴνῳ χωροφιλεῖ (cf. Mnem. IX p. 208), τοῦτο οὐκ ἀποσερῶν γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἐαυτῶν οὐδενὸς οὐδ' ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος κτέ. procul dubio τὴν πόλιν dixit non Mytilenen, sed urbem, cuius civitate fruebatur (erat enim κληροῦχος) itaque Athenas, quare perspicuitatis causa addiderim ὑμετέραν. Aeni non erat Atheniensium κληροῦχία, ut erat Mytilenae, itaque illic habitans pater rei munera sua civilia detrectare potuerat, quod tamen eum fecisse filius vehementer negat.

Pergit orator: οὐδὲ Φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, τοὺς δ' οἷος ὑμεῖς μισῶν συκοφάντας. Perdura est haec subita ad adversarios apostrophe, cum ὑμέτερον pertineat ad iudices. Expectabam τοὺς δ' οἷους οὗτοι μ. σ. Pahlum requirentem ὑμᾶς optime redarguit Cobet.

§ 79 χρημάτων γὰρ ἕνεκα ἢ πᾶσα παρασκευὴ γεγένηται ἐπ' ἐμοὶ κἀκείνῳ· πολλὰ δ' ἐστὶ τὰ συμβαλλόμενα αὐτοῖς βουλομένοις τῶν ἀλλοτριῶν ἐφίεσθαι· γέρων μὲν ἐκείνος ὥς' (ὥς' abesse poterat) ἐμοὶ βοηθεῖν, νεώτερος δ' ἐγὼ πολλῶ ἢ ὥςε δύνασθαι (δύνασθαι abesse malim) ἐκείνῳ τιμωρεῖν ἱκανῶς. Ambo igitur egebant βοηθείας sive τιμωρίας, quare subito mirari, oratorem subito misso patre sic pergere ἀλλ' ὑμεῖς βοηθήσατέ μοι. cum iure expectemus aut nudum βοηθήσατε, aut βοηθήσατε νῶν. Nihil obetat, quod deinde nonnullis interpositis § 80 extr. legimus: ὑμεῖς οὖν ἐμοὶ τε βοηθήσατε καὶ τῷ δικαίῳ.

§ 80 τὰ εἰς τοὺς κινδύνους ἤκοντα. Hartman: „non memini, me talem lectionem apud alium scriptorem offendere.” Collegerunt tamen vel lexicorum conditores eius notionis verbi ἤκειν qua pertinere, attingere significat exempla. Herodotus dedisset ἔχοντα.

§ 85 Ὅσα μὲν οὖν ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι, ὧ ἄνδρες, ἀπολελόγημαι· οἷμαί δὲ καὶ ὑμῶν ἀποψηφίσασθαι. Locī acinosi supplementum Reiskianum ὑμῶν <τοῖς πλείοσι ἱκανὰ ὄξειν εἰρησθαι πρὸς τὸ ἐμοῦ> probatur Hartmano; ego praetulerim um Kaysero οἷμαί δὲ καὶ <πρὸς> ὑμῶν <εἶναι> ἀποψηφίσα-

σθαι, nisi quod etiam malim <εἶναι ἐμοῦ> ἀποφησίσασθαι.

Iniuria deinde Hartman haeret in sequentibus: εἰ δὲ δὴ ἔξ ἐνός ἀγῶνε (Cob. pro ἀγῶνος) γεγένησθον, οὐκ ἐγὼ αἴτιος, requirens γενήσεσθον, quamquam vulgatam lectionem satis tuentur ipsa sequentia καίτοι οὐ δήπου οἱ μὲν ἔχθιστοι [οἱ del Cob.] ἐμοὶ δὴ ἀγῶνας περὶ ἐμοῦ πεποιήκασιν, cuius verbi γεγένησθον est forma passiva, quae egregie ei respondet. Tolerari sane non posset ἐγενέσθην, sed optime habet perfectum de duplici periculo adversariorum culpa reo imminente, quod periculum orator utpote ἄφυκτον per δεινῶσιν ponit in tempore coepto, necdum finito, quae est vis perfecti Graeci.

§ 86 ἡξίου μὲν γὰρ ἐγῶγε περὶ τῶν τοιούτων, ὦ ἄνδρες, εἶναι τὴν δίκην κατὰ τοὺς νόμους, κατὰ μέντοι <τούτους in Sauppe> τὸ δίκαιον ὡς πλειστάκις ἐλέγχεσθαι. τοσοῦτω γὰρ ἄμεινον ἂν ἐγιγνώσκετο. Cur Hartman de imperfecto ἡξίου dubitet, haud intellego, nam cum revera ἡ δίκη secundum oratorem οὐκ ἐγένετο κατὰ τοὺς νόμους, alii temporis locus non est, sed dubitari potest an addendum sit ἂν. Similes enim locos, ubi ἐβουλόμην legi videtur pro ἐβουλόμην ἂν depravatos esse persuasum habeo cum Cobeto. Hic autem post ΓΑΡ, quod sexcenties accidit, intercidiisse particulam AN contendo. Nisi fallor hoc voluit orator: Nam quamquam voluissem, secundum leges (hoc enim ab initio factum esse negavit) hoc iudicium institutum esse, volo tamen (ex ἡξίου ἂν in altera parte sententiae efficiendum ἀξιώ) quam saepissime (cf. § 85) quod aequum et verum est ad leges exigi. Malim tamen κατὰ μέντοι <τούτους οὐ παραιτοῦμαι> τὸ δίκαιον ὡς πλειστάκις ἐλέγχεσθαι, nam de repetendo ἀξιώ ex ἡξίου ἂν multum dubito.

§ 89 καὶ οὐκ ἴσον ἐστὶ τὸν τε διώκοντα μὴ ὀρθῶς αἰτιάσασθαι καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς μὴ ὀρθῶς γνῶναι. Collatis similibus locis § 80 bis, § 82, § 85, aliis, τοὺς δικαστὰς interpretibus potius quam ipsi oratori tribuerim. Recte vero additur locis, qualis est VI 3 ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ἐμοὶ μέγιστος, τῷ κινδυνεύοντι καὶ διωκομένῳ, ἡγοῦμαι μέντοι καὶ ὑμῖν, τοῖς δικασταῖς, περὶ πολλοῦ εἶναι κτέ.

In extrema hac paragrafo ex gemino loco VI, 6 dudum correctam oportuit male sanam scripturam: τοῦτο οὐκ ἔστιν ὅποι ἂν τις ἀνευγκῶν τὴν ἀμαρτίαν ἀπολύσαιτο, in qua voce est

culpaē confessio, nec iungi potest cum verbo ἀπολύεσθαι. Illic vero recte servatum est τὴν αἰτίαν ἀπολύσαιτο.

§ 90 διαφεύγω γὰρ οὐδ' οὕτω τὰς ὑμέτερας γνώμας. Quod veteres Attici dicere solebant in ea re οὐδ' ὧς (sive potius οὐδ' ὧς), id magistelli interpretabantur per οὐδ' οὕτω, unde factum, ut etiam apud optimos scriptores hic illic hoc pro illo appareat. Editoris est revocare quod genuinum est.

§ 91 καὶ ἀποψηφισκόμενοις μὲν ὑμῖν ἐμοῦ νῦν ἔξεσι τοῦτο χρῆσθαι ὅτι ἂν βούλησθε, ἀπολέσασι δ' οὐδὲ βουλευσασθαι ἔτι περὶ ἐμοῦ ἐγχαρεῖ. Si recte Cobet legi iussit ἐξέσαι, eadem de causa corrigendum est ἐγχαρήσει.

§ 92 ἐκούσιον δὲ πῶς ἂν εἶη μᾶλλον ἢ εἰ τις ὦν βουλήν τοιοῦτο, ταῦτα παραχρῆμα ἐξεργάζοιτο. Monet Hartman latere quod significet „ubi consulto et longa deliberatione (haec tria verba melius omisisset) opus est.” Conieci ἢ εἰ τις <περὶ> ὦν βουλήν ποι<εῖσθαι δέ>οι, ταῦτα παραχρῆμα ἐξεργάζοιτο. Saepissime hiulca est in libris Antiphontis oratio. Ad βουλήν ποιεῖσθαι cf. Herodotus VIII 40: ἐπὶ τοῖσι πρήγμασι βουλήν ποιήσασθαι, quod contrarium est praecepto Latino priusquam incipias, CONSULTO opus est. Non raro tam Antiphontea quam Thucydidea oratio conspirat cum Herodotea.

§ 93 ἐν γὰρ τῷ τοιοῦτῳ καὶ τὸ σῶμα ἀπειρηκὸς ἢ ψυχὴ συνεξέσωσεν — ἔτι γὰρ καὶ τοῦ σώματος ἰσχύοντος ἢ ψυχὴ προαπολείπει, ἡγουμένη τιμωρίαν οἱ ἕκειν ταύτην τῶν ἀσεβημάτων. Immo vero προεπιλείπει, i. e. antea deficit, = προαπαγορεύει.

§ 95 νῦν μὲν δοξασαὶ κτέ. Obiter corrigatur quam recte hic rettulisse videtur Iernstedt glossa Hesychiana δοξασαί· δικασαί. Lexicographo reddatur εἰκασαί, i. e. coniectores de rebus incertis, ut Thucydides I 138 Themistoclem vocavit τῶν μελλόντων ἐπὶ πλείστον ἄριστον εἰκασήν.

VI. Περὶ τοῦ χορευτοῦ.

§ 4 εἶργεσθαι πόλεως <ἀγορᾶς Reisk.> ἱερῶν θυσίων, ἅπερ εἴγισα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις. Valckenaer τιμιώτατα oniecit, Iernstedt σπουδαιότατα, cl. Lyc. Leocr. 131. Emendatio ο incertior est, quod fieri potest ut παλαιότατα (Athenienses

dicebant *παλαιάτατα*) falsum interpretamentum sit genninae lectionis *πρεσβύτατα*.

Quod deinde Hartman suspicatus est legendum esse *τοιούτην γὰρ ἀνάγκην ὁ Φόνος ἔχει* pro *ὁ νόμος* id vereor ut multis persuadeat. Nam multo minus *caedes* quam *lex* dici potuit *habere necessitatem*. Sermo est de *vi morali* legis, nec quidquam mutandum.

§ 6. Ad verba in Aldina editione suppleta ex V 87, vide quae illic adnotavi.

§ 8 *ἐγὼ δὲ ἀξιῶ πρῶτον μὲν περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀποκρίνεσθαι καὶ διηγῆσασθαι ἐν ὑμῖν τὰ γενόμενα πάντα, ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων ὧν οὗτοι κατηγοροῦσιν, ἐὰν ὑμῖν ἠδομένοις <ψ> βουλήσομαι ἀπολογήσασθαι. Libri πράγματος κρίνεσθαι.* Necessariam praepositionem, quam praegressi nominis terminatio absorpserat, bene restituit Reiske, sed propter sequentes aoristos eadem opera correctum oportuit ἀποκρίναισθαι. Rectissime deinde Cobet delevisse mihi videtur inutile orationis fulcrum *βουλήσομαι*, et prorsus me latet, quo pacto verba interposita *ἐὰν ὑμῖν ἠδομένοις* ἢ Hartmano impedire videantur, quominus iungamus *ἀξιῶ ἀπολογήσασθαι*. Quod etiamsi verum foret, ne sic quidem ex antiqua scribendi norma novo verbo opus foret, sed ex *ἀξιῶ* cognata notio mente assumenda erat non verbo exprimenda.

§ 9 *ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι, Φόνου διώκοντες καὶ τοῦ νόμου οὕτως ἔχοντος, εἰς αὐτὸ τὸ πᾶγμα κατηγορεῖν, μηχανῶνται ἐπ' ἐμοὶ λόγους ψευδεῖς συντιθέντες καὶ διαβάλλοντες τὰ εἰς τὴν πόλιν.* Non requiritur, quod visum est Hartmano, pro *διαβάλλοντες* verbum, quod significet *inserere*, sed opus est ea ipsa notione, quam libri servarunt, *calumpniandi*. Sed hoc dubitari potest me iudice, num satis recte hoc participium copula iunctum sit cum praegresso. Expectes enim aut cum Dobreo *μηχανῶνται* (vel quod incerta sed non improbabili coniectura scribit *<πᾶν> μηχανῶνται*) *ἐπ' ἐμοὶ λόγους ψευδεῖς συντιθέντες καὶ διαβάλλουσι τὰ εἰς τὴν πόλιν*, aut, quod etiam praetulerim *λ. ψ. συντιθέντες [καὶ] διαβάλλοντες τ. κ. τ. π.* Mendacia enim inha constabant calumniis de rei vita publica, ut apparet ex *ἱρῆσι* praegressis: *εἴ τι ἠδίκουν ἐγὼ τὴν πόλιν ἢ ἐν χορηγίᾳ ἢ ἐν ἄλλοις τισίν.* Nullum autem est in libris scriptis frequentius monitum quam inserta a librariis copula praesertim ubi, quae

res istorum captum superabat, duorum participiorum unum ex altero suspensum est. Mox in § 10 cum Hartmano probo Reiskii correctionem ποιούνται pro ποιείται.

§ 11 ἔπειτα τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημίωσας οὐδένα οὔτ' ἐνέχυρα βίᾳ Φέρων οὔτ' ἀπεχθανόμενος οὐδενί. Manifesto orator dicere non audet οὔτ' ἐνέχυρα λαμβάνων, quae de capiendis pignoribus constans formula est: hoc tantum asseverat, nullam se in ea re vim adhibuisse. Reiske vero merito dubitans de locutione βίᾳ Φέρων, mutatione paene nulla rescribi iussit βίᾳ <ἀ>Φαιρών, quae coniectura cur Hartmano, qui non magis tolerat vulgatum, displiceat vellem dixisset. Non magis mihi cum eodem convenit in sequentibus: ἀλλ' ὥσπερ ἂν ἦδιστα καὶ ἤτούμην, οἱ δ' ἔχοντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον, ubi praeunte Reiskio interpretatur: praecipiebam, quo loci liberi mittendi essent, quo tempore et quo cum apparatu, quamquam iam Reiskium non fefellit ita saltem opus esse verbo composito, quale est ὑψηγούμην. Sed fac usurpari sic potuisse verbum simplex, quis quaeso ex auditoribus satis intellexisset quid sibi vellet istud praecipiebam, non addito quid praeciperet? Tantamne breviloquentiam a verbosissimo oratore expectamus? Minime autem me iudice languet (languere videtur Hartmano) egregia Bekkeri, quam merito receperunt omnes editores, emendatio ἤτούμην, quo addito melius apparebat quo sensu accipiendum esset verbum praegressum ἐκέλευον, quod ut Latinum iubere simul imperandi et petendi notiones complectitur. Nec hercle a synonymorum usu alienum esse Antiphontem docere virum doctissimum poterant ipsa sequentia: οἱ δ' ἐκόντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον. Id vero agit orator ut quam maxime possit iudicibus persuadeat, se choragia fungentem ab omni violentia et arrogantia abstinuisse.

§ 12 Φανόσρατον δημότην μὲν τουτωνί [τῶν διωκόντων], κηδεσὴν δ' ἔμαυτοῦ. Suspecta mihi seclusi.

§ 14 ἐπεὶ τοι οὕτως ἔχει, ὦ ἄνδρες· πολλοὶ τῶν περιεσώτων τούτων τὰ μὲν πράγματα ταῦτα πάντα ἀκριβῶς ἐπίσανται, καὶ τοῦ ἕρκωτοῦ ἀκούουσιν, καὶ ἐμοὶ προσέχουσιν τὸν νόον ἅττα ἐγὼ ἀποκρίνομαι, οἷς ἐγὼ βουλοίμην ἂν δοκεῖν αὐτοῖς τε εὐσερκος εἶναι καὶ ὑμᾶς τάληθῆ λέγων πείσαι ἀποψηφίσασθαι μου. Locus est valde obscurus. Reiske: audiunt et scribam verba

mihī meisque testibus praecunte iuris iurandi a nobis dicendi et nos illa verba recitantes istumque ducem sequentes; id est audiunt nos iurantes. Sed neque ullum de testium sacramento verbum dixit Antiphon, neque non manifesto falsa est interpretatio verbi ἀποκρίνομαι, quod non potuit usurpari de recitando sacramento¹⁾, sed frequenti usu ponitur de rei defensione, velut infra § 36 ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων τῶν τε τοῦ κατηγοροῦ καὶ τοῦ ἀποκρινομένου = ἀπολογουμένου. Itaque hoc satis constat ὀρκωτοῦ saltem non esse genetivum substantivi ὀρκωτής, sed adiectivi verbalis ὀρκωτός non magis genetivus esse potest. Quid enim sibi vult τοῦ ὀρκωτοῦ ἀκούουσι, iuratum audiunt? Accusatoreme? Accusator verba iam fecerat, itaque non ἀκούουσιν, sed ἀκηκόασιν. Sed ne sic quidem res in vado est, nam etiam reus ὀρκωτός erat. Infra § 16 διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν κτεῖναι με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι εἰ ad suum sacramentum reus respicit loco quem nunc tractamus verbis οἷς ἐγὼ βουλοίμην ἂν δοκεῖν αὐτός τε εὐορκος εἶναι κτέ. A mente oratoris non aberrare me confido concientem antiquitas sic fere scriptum fuisse: ἐπεὶ τοι οὕτως ἔχει, ὧ ἄνδρες· πολλὰ τῶν περιεσῶτων τούτων τὰ μὲν πράγματα ταῦτα πάντα ἀκριβῶς ἐπίσανται, τούτου δ' ἐπιορκοῦντος ἀκηκόασιν, καὶ ἐμοὶ προσέχουσι τὸν νοῦν ἅτι' ἐγὼ ἀποκρινοῦμαι, οἷς ἐγὼ βουλοίμην ἂν δοκεῖν αὐτός τ' εὐορκος εἶναι καὶ ὑμᾶς ἀληθῆ λέγων πείσει ἀποψηφίσασθαι μου. De ipsis verbis certari poterit, velut recte scripserim τούτου (τουτουί?) δὲ, an deleto μὲν, scribendum sit καὶ τού<του> vel καὶ του<τουί>, deinde dubitari potest num ἐπιορκεῖν satis clare dicatur accusator ita verba faciens, ut sacramenti sit immemor. Possis, deleto μὲν, scribere: καὶ τοῦ <ἐπι>ὀρκου τοῦ<του κατηγοροῦντος> ἀκηκόασι κτέ., sed verborum ipsorum correctio semper manebit incerta.

1) De sacramento in iudicio de caede, quod hac aetate exercebant heliastae (cf. § 21) vide imprimis Antiph. V § 12 et Demosth. in Aristocr. § 67. Neque in ipso iudicio sed in ἀνακρίσει illa διωμοσία, ut in reliquis iudiciis, locum habuisse videtur. Certe in iudicii Orestis descriptione apud Aeschylum ne verbo quidem commemoratur.

(continuabitur).

NOVA STUDIA AD ANTIPHONTEM.

SORIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(Continuantur ex XI pag. 224).

Ant. VI § 15. καὶ οὐ τούτου ἕνεκα σφόδρα λέγω. Reiske scribi iussit <οὔτω> σφόδρα λέγω, sed hoc sensu saltem requiritur σφοδρῶς. Demosth. p. 275, 8 τί οὖν ταῦτ' ἐπήραμαι καὶ διτεινάμην οὔτωσὶ σφοδρῶς. Hartmano σφόδρα λέγω glossema videtur verbi quale est ἰσχυρίζομαι. At ne sic quidem propter praegressa οὔτ' ἐκέλευσα — οὔτ' ἠνάγκασα οὔτ' ἔδωκα καὶ οὔδὲ παρῆ abesse potuit οὔτως. Mihi non displicet οὔτω σφοδρῶς λέγω.

§ 16. διωμόσαντο δ' οὔτοι μὲν κτεῖναι με Διδότον βουλευσάντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι μήτε χειρὶ ἐργασάμενος μήτε βουλευσας. Suspecta in huiusmodi loco verborum varietas, nec dubito quin Antiphon ex antiquo usu utrobique dederit verbum simplex, quod in lege et in sacramenti carmine fuisse videtur. Cf. de caed. Herod. § 12.

§ 18 ἀνάγκη περὶ τῶν τοιούτων ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων τῶν τε τοῦ κατηγοροῦ καὶ τοῦ ἀποκρινομένου τὴν διάγνωσιν ποιεῖσθαι καὶ θηρεύειν καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα. Reiske virgula distinxit post θηρεύειν, fortasse quo lectorem moneret θηρεύειν non iungendum esse cum τὰ λεγόμενα. Apposite Maetznier contulit Andocidem de mysteriis § 9, sed etiam melius eius loci ope hic correxisset τὴν διάγνωσιν ποιεῖσθαι καὶ <ρήματα> θη-

ρεύειν κτέ. Non enim potest intellegi, quid sit *θηρεύειν* ΤΑ λεγόμενα. Verte: *et verba captare et singula quae dicuntur minute et suspitiose examinare.*

§ 19 ὅπου δὲ πρῶτον μὲν αὐτοὶ οἱ κατήγοροι ὁμολογοῦσι μὴ ἐκ προνοίας μὴδ' ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι τὸν θάνατον τῷ παιδί, ἔπειτα τὰ πραχθέντα Φανερώς ἅπαντα πραχθῆναι καὶ ἐναντίον μαρτύρων πολλῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κτέ. Reiske in *add.* pag. 868 „Atqui paullo ante dixerat iuratos asseverasse, Dio- „dotum a reo peremptum esse nece praemeditata. Quomodo „istaec repugnantia his inter se conciliabimus?” Licet verum sit quod respondet Hartmann alia iurasse alia accusasse adversarios (cf. § 9), non tamen inde sequitur, ut opinor, eos, postquam reum postulassent *de caede voluntaria*, in ipso iudicio *de caede non praemeditata* accusasse, quod foret insanientium, neque ita erat cur de priore crimine reus sese purgaret, sed potius sic removenda videtur difficultas, ut sumamus reum dolosa hic uti oratione. Nempe accusatores, et testimoniis et iis quae ipsi antea fecerant convicti, negare non potuerant puerum coram multis venenum bibisse; hoc vero quamvis taciti fateri coacti, re et factis consentiebant non fuisse βούλευσιν. Reus ergo vere sic loqui potuerat: ὅπου δ' αὐτοὶ οἱ κατήγοροι ὁμολογοῦντες τὰ πραχθέντα Φανερώς ἅπαντα πραχθῆναι καὶ ἐναντίον μαρτύρων πολλῶν κτέ., ἔργῳ ὁμολογοῦσιν μὴ ἐκ προνοίας μὴδ' ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι τὸν θάνατον τῷ παιδί κτέ. Sed haud temere logicam conclusionem iudicibus tamquam ipsorum adversariorum confessionem non tacitam, sed verbis expressam, proponere maluit, quod eo speciosius facere potuit propter ea quae infra narrantur § 38 sqq. et § 45 sqq. Qua in re peritum et callidum causarum patronum agnoscimus. Neque alio pertinet quod dixit § 31, quem locum iam attulit Hartman: ἀποφαίνω τούτους μὲν αὐτούς τε ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχόμενους καὶ ὑπ' ἐμοῦ κτέ.

§ 21 ἀναβὰς ἐγὼ εἰς τὸ δικασήριον τοῖς αὐτοῖς δικασαῖς ἔλεξα, ὅτι τὸν μὲν νόμον οὐ δίκαιον οὐ προκαθισαίη Φιλοκράτης κατηγορῶν καὶ διαβάλλον εἰς τὸ δικασήριον, μελλόντων ἕσθαι μοι ἀγώνων πρὸς Ἀρισίωνα καὶ Φιλῖνον αὔριον καὶ τῷ ἔνῃ. Verba funditus depravata alii aliter tentarunt. Equidem suspicor: ὅτι τῶν μὲν νομίμων οὐ δικάίως (hucusque cum Dobreo) ἄμοισρον με καθισαίη Φιλοκράτης κτλ. Adiectivo ἄμοισρος ex pedestribus

praeter Platonem usus est Demosthenes. Dobree: ὅτι τῶν μὲν νομίμων οὐ δικαίως προαγορεύοι εἶργεσθαι Φιλ. Sed καθισταίη tam aptum est, ut corruptela natum esse parum sit probabile.

§ 24. καὶ αὐτοὶ οἱ δικασαὶ καὶ ἕτεροι ἰδιῶται πολλοί. Hartman „si quid video, aut ἕτεροι aut ἰδιῶται eioidendum est.” At saepe ἕτερος et ἄλλος Graeci usurparunt, ubi nos cum Latinis utimur adverbio, quale est *praeterea*. Praesertim considerandi sunt postarum loci, qui propter metrum non potuerunt interpolari, ex quibus nunc memini loci Aristophanei ex Avibus n. 152:

ἀλλ' εἰσὶν ἕτεροι τῆς Λοκρίδος Ὀπούντιοι.

Of. Blaydes ad Soph. Philoct. 38.

§ 26. εἰς πάντα τοίνυν ἐγὼ ταῦτα προκαλεσάμην τούτους καὶ ἐξ ὧν γε χρὴ ἄνθρωπον ὄντα τάληθῆ καὶ τὰ δίκαια πυνθάνεσθαι, ἐξῆν αὐτοῖς πυνθάνεσθαι καὶ πρόφασις οὐδεμία ὑπελείπτο. Teste Iernstedtio codex Crippsianus in rasura habet verba πυνθάνεσθαι καὶ προ. Cui rei licet fortasse nihil tribuendum sit, nescio tamen an deleta virgula post ἐξῆν et semel scripto verbo πυνθάνεσθαι reponendum sit: καὶ, ἐξ ὧν γε χρὴ ἄνθρωπον ὄντα, τάληθῆ καὶ τὰ δίκαια πυνθάνεσθαι ἐξῆν αὐτοῖς. καὶ πρόφασις οὐδεμία ὑπελείπτο.

§ 27. ὅτι οὐκ ἀληθῆς [ἦν del. Iernst.] ἡ αἰτία ἦν αἰτιῶνται κατ' ἐμοῦ. Graecum est αἰτιῶνται ἐμοῦ, non κατ' ἐμοῦ, quod male invecutum e praegressis αὐτ' ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήριον κατ' ἐμοῦ ἐποιοῦντο. Ferri fortasse poterat ἦν κατατιῶνται ἐμοῦ.

Non magis ferendum puto quod legitur in huius capituli initio: καὶ εἰ μὲν ἐγὼ τούτων προκαλουμένων μὴ ἠθέλησα τοὺς παραγομένους ἀποφῆναι <ἦ> θεράποντας ἐξαιτοῦσι μὴ ἠθελον ἐκδιδόναι, ἢ ἄλλην τινα πρόκλησιν ἔφευγον, αὐτ' ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήρια κατ' ἐμοῦ ἐποιοῦντο ὅτι ἀληθῆς ἦν ἡ αἰτία. Nam intolerabilis est temporum enallage et eiusdem verbi sine necessitate repetitio. Varias lectiones sunt μὴ ἠθέλησα et μὴ ἠθελον, quarum posterior vera est et pro altera substituenda. Legendum: καὶ εἰ μὲν — μὴ ἠθελον τ. π. α. η. θ. ἐξαιτοῦντας ἐκδιδόναι.

Antequam pergam, verbo monendum § 22 potius καὶ τὰ λεγόμενα cum Reiskio delenda esse quam mutanda in καὶ τὰ ἐνόμενα, quia ea mutatione tautologia nascitur etiam peior,

quam qua laborat librorum scriptura, et § 23 in verbis τούς μὲν ἐλευθέρους ὡς χρὴ τοὺς ἐλευθέρους, repetitum articulum quem cum Iernstedtio expungit Hartman, non plus offensionis habere quam in § 25 καὶ ἐξείη μὲν τοὺς ἐλευθέρους ὄρκους καὶ πίσεσιν ἀναγκάζειν, ἃ τοῖς ἐλευθέροις μέγιστα καὶ περὶ κλείου ἐσι κτέ. Sed non impediam quominus utrobique deleatur.

§ 28. τῶν αὐτῶν δὲ τούτων μαρτυρούντων ἃ μὲν ἐγὼ λέγω ἀληθῆ εἶναι, ἃ δ' οὗτοι λέγουσιν οὐκ ἀληθῆ, τοῖς μὲν μάρτυσι τοῖς ἐμὸι μαρτυροῦσιν ἀπίσειν ὑμᾶς διδάσκουσι, τοῖς δὲ λόγοις οἷς αὐτοὶ λέγουσι πιστεύειν ὑμᾶς Φασὶ χρῆναι. Eadem verba leguntur in oratione de caede Herodis § 84, nisi quod ibi sane rectius scribitur ὑμᾶς κελεύουσιν, quam lectionem hic quoque revocari iussit Cobet. Qua quidem in re non sequor praeclarum criticum, quoniam multo facilius expeditur erroris origo, et utrobique Antiphontem dedisse suspicamur: τοῖς μὲν μάρτυσι τοῖς δὲ λόγοις οἷς αὐτοὶ λέγουσι πιστεύειν ὑμᾶς Φασὶ χρῆναι, de letis interpretamentis sive potius inutilibus fulcris sermonis ὑμᾶς κελεύουσι et ὑμᾶς διδάσκουσι, quibus magistelli huiusmodi loca interpolare assolent. Qua in re quin dilectissimus magister, qui ipse sexcenta eiusmodi vulnera similiter curavit, mihi consensurus sit, nullus dubito.

§ 34. οὗτος γὰρ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἢ ἀπέθανεν ὁ παῖς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἢ προέκειτο, οὐδ' αὐτοὶ ἠξίουσι αἰτιᾶσθαι ἐμὲ οὐτ' ἀδικεῖν ἐν τῷ πράγματι τούτῳ οὐδέν, ἀλλὰ συνῆσαν ἐμοὶ καὶ δεῖ λέγοντο· τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἢ ἐξεφέρετο [ὁ παῖς dele], ταύτῃ δὲ πεπεισμένοι ἦσαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κτέ. Optime haec conveniunt cum iis quae supra narravit orator § 20, neque omnino intelligitur cur Hartmano depravatum videatur αἰτιᾶσθαι, quo vix aptius verbum cogitari potest, aut quo iure Iernstedt conieceroit οὐτ' αὐτοὶ ἠξίουσι ἀδικεῖσθαι οὐτ' ἐμὲ ἀδικεῖν. Optime autem additum est αὐτοί, i. e. *ultro, sua sponte*, cum mox sequatur πεπεισμένοι ἦσαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν.

§ 35 καὶ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν πεπραγμένων οὐδεμίᾳ ἦν ἔλπις ἀποφεύξεσθαι (τοιαῦτα ἄρ' ἦν τὰ ἠδικημένα) πείσαντες δὲ τούτους. Recte iam Baiter emendavit γὰρ, nec de expungenda vocula cogitare Hartman debuerat propter § 50 οὕτως αὐτοῖς πέπρακται τὰ πράγματα, quae non est parenthesis, sed sententia libera, quae orsa ab οὕτως (aut alio demonstrativo) de more ἀσυνδέτως;

audit periodum. Sexcenties autem in libris confusa vidi ἄρ' γάρ. Deinde dubito cum Dobraeone expungam καὶ — νομίμων an cum Hartmano ὁ γὰρ νόμος — τῶν νομίμων. Illam uen rationem ut leniorem, (nam facile verba καὶ — νομίμων x § 34 repeti potuerunt) potius amplectar.

§ 36 καὶ τοῦτο οὐκ ἐπ' ἐμοὶ πρῶτον ἐμηχανήσαντο Φιλῖνος καὶ οἱ ἕτεροι (ἑταῖροι malit Hartman), ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Λυσιβράτῳ πρότερον. Sermonis ratio postulat πρῶτω et προτέρω, sed nescio an vera sit Crippsiani libri lectio μόνον pro πρῶτον. Recte enim respondent inter se οὐ — μόνον et ἀλλὰ καὶ, et scripto πρῶτω — προτέρω (πρῶτον — πρότερον) uocula καὶ pessime abndat. Rescripto autem μόνον, unice recte habet πρότερον.

§ 38. Optime Blass ex Maetzneri coniectura edidit καὶ <τὸν> μόνον ἐπέδειξεν ὅτι οὐκ ἐγχωροῖη ἀπογράψασθαι καὶ τὰς κλήσεις κλεῖσθαι. Quod moneo propter Hartmanum, qui sepultas Reisi suspiciones h. l. excitare non debuerat. Cf. § 41. Mox reuero καὶ ἐγὼ τοὺς ταῦτα μηχανωμένους εισαγ<αγ>ῶν εἰς τὸ παθήριον εἶλον ἅπαντας. Mox cum Blassio legendum οὐδὲν ἴτους (pro αὐτοῖς) οἶοί τε ἦσαν ὠφελῆσαι. Quoniam optime dicitur ὠφελῆσαι τινά τι, inutilis est Iernstedtii coniectura ἐπιελῆσαι, quam (frustra commendatam ab Hartmano) ipse merito non repetiuit in editione.

§ 39 διηλλάγην τούτοις ἐν τῇ πόλει ἐναντίον μαρτυρίων — πρὸς τῷ νεφ̄ τῆς Ἀθηνᾶς. Scheibii coniecturam ex Harpocrate, καὶ sub uoce Διπόλεια hanc Antiphontis Orationem laudauit, proponentis ἐν Διπολείοις me iudice admodum est probabilis, uia in arce Graece sonat ἐν πόλει, sine articulo, et propter linervae templum arcis mentio prorsus otiosa est.

§ 40 τὸ τελευταῖον, ὃ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, Φιλοκράτης κτέ. non fero asyndeton. Legatur τὸ <δὲ> τελευταῖον aut etiam lenius <τε> τελευταῖον.

§ 41 Sauppio visum est ante hoc caput excidisse ΜΑΡΤΤΡΕΣ. sed obstat forma orationis: ταῦτα γὰρ οὐ μόνον μάρτυσιν ὑμῖν ποδείξω, pro quo futuro ita postulatur aoristus ἀπέδειξα. ortasse locus sic constituendus: — οὓς ἐώρων μοι τῇ προτεραίᾳ πόντας καὶ διαλεγομένους. <Παρέξομαι δὲ τούτων ὑμῖν τοὺς ἔρτυρας.

ΜΑΡΤΤΡΕΣ.

Σκέψασθε δὲ καὶ μοι μνησθήτε, ὧ ἄνδρες· ταῦτα γὰρ οὐ μόνον μάρτυσιν ὑμῖν ἀπέδειξα, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἂ τούτοις πέπρακται ῥαδίως γνώσεσθε ὅτι ἀληθῆ λέγω.

§ 43 Φιλοκράτης γὰρ οὕτως ἐτέρους <μὲν> τῶν ὑπευθύνων ἜΣΙΕ καὶ ἔσυκοφάντει, κτέ. *Proprie seiein usurpatur de syco-phantis, qui terroribus forensibus cives suos concutiunt. Τηλοσίδης in Αμφικτυονίibus apud Photium:*

ἀλλ' ὧ πάντων ἀσῶν λῆστοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσασθαι
παύσασθε δικῶν ἀλληλοφάγων.

§ 44 ὥς αἱ σύμπασαι ἡμέραι ἐγίγνοντο αὐτοῖς πλέον (l. πλείν) ἢ τριάκοντα (Petitus, qui paullo ante pro εἴκοσιν reposuit πέντε, pro τριάκοντα) ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως. Cum rex sacrorum, de quo hic sermo est, iudicio praesit, legerim τούτου, ut paullo ante dixit ἐπειδὴ γὰρ (recte sic Gebauer pro δὲ) οὕτως ὁ βασιλεὺς εἰσῆλθεν. Contra § 43, ubi sermo est de huius decessore optime habet τούτου δὲ τοῦ βασιλέως.

§ 45 οὗτοι δ' ἐπιστάμενοι μὲν τοὺς νόμους ἅπαντας, ὁρῶντες δὲ με βουλευόντα καὶ εἰσίδντ' εἰς τὸ βουλευτήριον — καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηναῶν βουλαίας ἱερόν ἐστι, καὶ εἰσίδντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται, ὧν κάγω εἰς ἧ, κτέ. Nihil moror anacoluthon, et antiquam simplicitatem spirat verborum compositio: καὶ — ἱερόν ἐστιν κτέ. Sed videndum an non scribi oporteat: ἱερόν ἐστιν, οἷ εἰσίδντες κτέ. Euripides Iph. T. 262:

ἦν τις διαρρῶξ κυμάτων πολλῶ σάλψ
κοιλωπὸς ἀγμός, πορφυρωτικαὶ σέγαι.
ἐνταῦθα δισσοὺς εἶδέ τις νεανίας κτλ.

Hippol. 1200:

ἀκτὴ τις ἐστὶ τοῦπέκεινα τῆσδε γῆς
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν,
ἐνθεν τις ἠχὴ χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς
βαρὺν βρόμον μεθῆκε κτέ.

Sed parcam exemplis, nam semper in talibus adhibitum vidi adverbium loci, neque usquam copulam me legere memini.

§ 46 καὶ οὗτοι παρόντες καὶ ἐπιδημοῦντες, ἐξὸν αὐτοῖς ἀπογράφεσθαι καὶ εἰργεῖν ἐμὲ τούτων ἀπάντων, οὐκ ἤξιον ἀπογράφεσθαι. Nescie an expuncto altero verbo ἀπογράφεσθαι, virgula, quae nunc ponitur post ἀπάντων, transponenda sit post αὐτοῖς.

Haesit Hartman in verbis sequentibus: *καίτοι ικανά γ' ἦν κομῆσαι καὶ ἐνθυμηθῆναι, εἴπερ ἡδικοῦντο, ἀμφοτέρω καὶ φῶν αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῆς πόλεως*. Optime dicitur *ικανόν τι ἔστιν κομῆσαι τινα, idoneum est aliquid, quod aliquem moneat de aliqua re*, optime item *ικανόν τι ἔστιν ἐνθυμηθῆναι* (= ἐνθύμιον ποιῆσθαι), *idoneum est aliquid quod religioni habeas, quod religionem tibi incutiat*. Paulo sane liberius orator duas structuras aliquantum, fateor, diversas coniunxit, sed non satis hoc causae esse arbitror, cur verbum aptissimum et paene necessarium *ἐνθυμηθῆναι* cum Hartmano ei abiudicemus, tribuentes „semi-docto”, quem quid movere potuerit ut id adscriberet, haudquaquam equidem assequor.

Rei adversarii videntes hunc quotidie senatoris fungentem muneribus et publicis et sacris, habebant sane quod cum iniuriae, quam ab ipso se passos esse contendebant, memoriam identidem renovaret, tum religiosum timorem iis incuteret, quoniam penes ipsos fuisset impedire quominus homo voluntario sanguine contaminatus rem publicam administraret sacrisque publicis praeset.

§ 49 *ἄρκους τοιοῦτους διαμύσαντο, ὅτι πρυτανεύων πυθόμενος αὐτῶς δεινὰ καὶ σχέτλια ἐργάζεσθαι εἰσῆγον εἰς τὴν βουλὴν, καὶ ἰδὶδαξα ὡς χρὴ ζητοῦντας ἐπεξελεθεῖν τῷ πράγματι*. Cobet *εἰσῆγαγον* coniecit, Bake, cl. § 35, *εἰσῆγγελλον*. Quia ad ipsum iudicium res nondum pervenerat, cum Bakio requiro verum quod est *εἰσαγγέλλειν*, sed cum Cobeto necessarium iudiciorum, itaque corrigam *εἰσῆγγεῖλαι*.

In huius capitis initio duabus litteris repetitis scripserim: *ἴτοι γὰρ ποίαν δίκην οὐ δικάσαιντ' ἂν ἢ ποῖον δικασῆριον οὐκ ἔπατήσειαν <ἂν> ἢ τίνας ἄρκους οὐκ ἂν τολμήσειαν παραβαίειν κτέ.* Cf. infra § 50.

De caed. Her. § 76 codicum scriptura *εἶχετο* non est sollicitanda.

Haec fere animadvertenda habui ad Antiphontem, cuius orationum (genuinarum, nam tetralogias spurias esse etiam post Hartmani disputationem pag. 36 sqq. habeo persuasissimum) partitionem, qualem studiosa inventus in scholis satis commode poterit interpretari.

AD CORNELIUM NEPOTEM.

Summa delectatione legi nuper et relegi Nepotis recensionem, quam COBETUS ante hos paucos menses edendam curavit. In qua compluribus locis, mendis antehac corruptis et depravatis, eam lucem esse allatam, ut omnium iucundissimus libellus nunc demum recte intelligi et aestimari possit, nemo erit quin mecum facile agnoscat. Ut appareret autem quanta quantoque studio Magistri praestantissimum opus prosecutus et amplexus sim, pauculos annotavi locos, qui nondum ita editi viderentur, ut nullam corruptelae suspicionem moverent. Vix opus est monere in segete, ex qua COBETUS uberrimam quasi emendationum messem collegisset, mihi singulas tantum spiculas quasdam corradas relictas esse.

PRAEFATIO, 8 *sed hic plura persequi cum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio.*

Legendum erit *sed de his plura persequi*; cf. CATO, 3. 5 *huius de vita et moribus plura . . . persecuti sumus.*

MILTIADES, 7, 3 *cuius flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem signum a classiariis regiis datum.*

Corrige *ab oppugnatis et oppugnatoribus.*

THEMISTOCLES 1. 3 *nam cum iudicasset sine summa industria non posse eam [contumeliam] extinguere, totum se dedit rei publicae.*

Immo, opinor, *nisi summa industria.*

Ibid. 8. 3 *id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. ibi cum eius principes animadvertisset timere, ne propter se bellum iis Lacedaemonii et Athenienses indicerent, ad Admetum . . . confugit.*

Restituas, quaeso, *ibi cum gentis principes.*

ALCIBIADES 6, 4 *postquam in astu venit, contione advocata sic rōa fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casui illacrimarit.*

Pro *ferus* legendum est *ferreus* i. e. durus et immisericors.

THRASYBULUS 2, 1 *hic enim cum Phylem confugisset . . . non lus habuit secum triginta de suis. hoc initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimae civitatis.*

In Phyles occupatione vim et robur Atheniensium libertatis posita fuisse inepte scriptum videtur. At summo iure, nisi fallor, eadem *caput libertatis* dicitur, i. e. fons et origo.

DION 7, 2 *quibus divisis cum quotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit, neque, quo manus porrigeret, suppetebat nisi in amicorum possessiones. id eius modi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates.*

Malim *averteret optimates* i. e. a se alienaret; cf. Sallust. Iug. III, 2 *ad hoc metuere, ne fluxa fide eius, popularium animos averteret*; Caes. B. G. I. 20 *qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se averterentur.*

TIMOTHEUS 3, 5 *populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus, etiam opulentia in crimen vocabatur, domum revocat.*

In his *adversarius* frigide et insulse scriptum esse nemo est, quin facile sibi persuadeat. Veram lectionem esse suspicor *mobilis ac versatilis, invidus etiam, ubi opulentia in crimen vocabatur.*

DATAMES 10, 3 *haec diu faciendo persuasit homini se infinitum adversus regem suscepisse bellum.*

Infinitum nullo modo h. l. ferendum videtur, nam fieri non potuit, ut Mithridates Datami persuaderet, bellum vix susceptum infinitum fore. Forsitan scripserit Nepos *se ut inimicum, adversus regem s. b. i. e. quasi regi inimicus esset*; cf. ATTICUS 6, 4 *Cicero ea, quae nunc usu veniunt, cecinit ut vates.*

EPAMINONDAS 3, 2 *non solum populi, sed etiam amicorum ferens viurias, in primis commissa celans, quod interdum non minus prodest quam diserte dicere, studiosus audiendi [ex hoc enim fallissime disci arbitrabatur].*

Haec in hunc modum corrigenda videntur *in primis commissa celans* et. *quod interdum non minus prodest quam diserte dicere, studiosus audiendi*; nemo enim unquam, opinor, disertus factus

est commissa reticendo, sed eius oratoriae facultates ali interdum et excoli consentaneum est, qui natura ipse taciturnior, aliis verba facientibus studiosum se auditorem praebet. Verba, quae uncis saepsi, a ludi magistro nescio quo profecta videntur.

Ibid. 8, 2 *at ille in iudicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant.*

Praetulerim at ille ut in iudicium venit.

PELOPIDAS 2, 3 *hi enim non magis adversariorum factioni quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt . . . quorum imperii maiestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna [ab hoc initio pericula] concidit.*

Verba, quae uncis inclusi, quia sententiae tenorem non leviter impediunt et obstruunt, male repetita sunt ex praecedentibus *numquam tam ab tenui initio tantae opes sunt profigatae, non duodecim adolescentuli coierunt . . . qua paucitate percussa est Lacedaemoniorum potentia.* In sequentibus legendum esse *neque id ita multo post,* coniunctio *neque* satis indicat.

Ibid. 4, 1 *haec liberatarum Thebarum propria laus est Pelopidae, ceterae fere communes cum Epaminonda.*

Immo potius ceterae vero.

Ibid. 4, 3 *denique haec fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxima esset Epaminondae.*

Deleto secunda legatur sed tamen ita, ut cett.

AGESILAUS 8, 1 *atque hic tantus vir ut naturam faultricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo.*

Pro *maleficam* quia nomen requiro, quod praecedenti faultrici e regione sit oppositum, corrigendum puto *malignam* i. e. nimis parcam et invidam.

EUMENES 3, 6 *atque tenuit hoc propositum et prius in aciem exercitum eduxit proeliumque commisit, quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent.*

Vix dubito quin vera sit lectio *arcte tenuit hoc propositum*; cf. Cic. Parad. I. 3, 14 *illud tamen arcte tenent accurateque defendunt.*

Ibid. 8, 1 *hic in Paractacis cum Antigono conflixit, non acie instructa, sed in itinere, eumque male acceptum in Mediam hiematum coegit redire. ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit.*

Prius *hiematum*, librarii negligentiae debitum, cuius oculi inter scribendum ad sequentia aberrarint, expungendum censeo. Simili mendo laborat ATTICUS 22, 2 *cum quidem Agrippa cum seus atque osculans oraret atque obsecraret, ne id quod natura ageret, ipse quoque sibi acceleraret, et quoniam tum quoque posset temporibus superesse cett.* Prius quoque, quod a loci sententia prorsus alienum est, eodem modo irrepsisse coniiicio.

TIMOLBON 3, 4 *cum primum potuit, imperium deposuit ac priuatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. neque vero id imperite fecit: nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit.*

In his *potuerunt* num ferri possit aliquantum dubito. Verbum enim desiderari manifestum est, quod sequenti *tenuit* significatione oppositum sit. Coniiicio *petierunt* i. e. sibi parere conati sunt, ad quod contenderunt. Voc. *reges*, tamquam ineptum emblemis, eliminandum existimo. Comparari possunt cum hoc loco quae leguntur DE REGIBUS 2, 3 *hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate.*

HANNIBAL 3, 4 *ad Alpes posteaquam venit . . . loca patefecit, itinera munivit, effecit ut ea elephantus ornatus ire posset, quae antea unus homo incermis vix poterat repere.*

Non *loca*, sed *inga* patefecit.

Ibid. 5, 2 *obducta nocte sarmenta in cornibus iuvenorum deligata incendit eiusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit.*

Ut Latinitati consulatur legendum existimo *dispalatam* emisit. cf. CONON 2, 2.

Ibid. 9, 3 *his in errorum inductis, statuas aëneas, quas secum portabat, omni sua pecunia complet easque in propatulo domi abiicit.*

Inepte editur *abiicit*. Non abiicit Hannibal statuas illas, sed in loco aedium suarum aperto et conspicuo ponendas curavit, ut omnem pecuniarum illis reconditarum suspicionem amoveret. Legas igitur *easque in propatulo domi statuit.*

ATTICUS 13, 2 *domum habuit in colle Quirinali Tamphitiamam . . . cuius amoenitas non aedificio, sed silva constabat: ipsum enim tectum antiquitus constitutum plus salis quam sumptus habebat.*

Inepta vox *salis* nondum ita emendata est, ut nullus dubitationi locus sit relictus. Haud longe a veritate discedere mihi videor, si Nepotem scripsisse contendo *plus molis quam sumptus habebat*.

J. J. CORNELISSEN.

THUCYDIDES

I. 124: ὥςτε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν καὶ ἡμῶν τάδε κοινῇ παραινούντων εἴπερ βεβαιότατον τὸ ταῦτα ξυμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ιδιώταις εἶναι μὴ μέλλετε.

Lege καλῶς ΠΑΡΕΧΟΝ (παρέχον) ὑμῖν πολεμεῖν καὶ ἡμῶν τάδε κοινῇ ΠΕΡΑΝΟΤΝΤΩΝ (περανούντων) εἴπερ βεβαιότατον τὸ ταῦτα ξυμφέροντα κτέ.

I. 126: χρόνου ἘΠΙΓΙΓΝΟΜΕΝΟΥ — ἀπῆλθον.
Scribendum ἘΓΓΙΓΝΟΜΕΝΟΥ.

SOPHOCLES

in *Oedip. Colon.* vs. 538:

ἔδεξάμην

δῶρον, ὃ μὴ ποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλῃσα πόλεος ἐξέλεσθαι.

Emenda:

ἐπωφελήσας πόλιν ἔδοξ' ἐλέσθαι.

vs. 586:

ἄλλ' ἐν βραχεῖ δὴ τήνδ' ἐμ' ἐξαίτει χάριν.

corrigen dum:

ἄλλ' οὖν βραχεῖαν τήνδ' ἐμ' ἐξαίτει χάριν.

C. BADHAM.

PARALIPOMENA
IN PLATONIS LIBRIS
DE LEGIBUS I, II, III, IV.

cum iis conferenda quae CONVINIO praemisi.

Pag. 627. c. Lege δ ,τι νικῶντων. „quoniam iam concessum est civitatem vel κρείττω vel ἤττω ἑαυτῆς fieri posse. non necesse est captiose quaerentibus τί νικῶσιν; ἢ τί ἤττῶνται respondere. Non enim εὐσχημοσύνην curamus, sed ὀρθότητα quaerimus”.

636. b. dele τὰς περὶ τὰ Φροῦσια ἡδονάς.

637. c. ἄρασι τοῖς τοιούτοις idem est quod τοῖς ἀνειμένοις. Lege igitur τὰ ἐν Τάραντι. „discinctis hominibus ad Tarentinorum ceterorumque flagitia diluenda.” Satis videtur respondere: νόμος ἔσθ' ἡμῖν οὗτος. Boeckhius et Astius de ἀπολύεσθαι et ἐπιλύεσθαι mira comminiscuntur.

638. c. optime Cornarius τυρούς. Lege ipsius notam et mirare eos, qui nihilominus πυρούς retinuerunt. Uterum ἐργασία non est effectus sed confectio.

Infra nonnulla excidisse suspicor: μάρτυσι γὰρ καὶ ἐπαινέταις χρώμενοι (ἐναντίοις ταῦτ' ἀψέγομέν τε καὶ) ἐπαινοῦμεν ἐκότεροι.

637. c. lege οἰόμεθα δήποτε et supra α ἡγούμεθα. semet simul cum illis rogat. alioqui dixisset οἶει ἢ ἡγεῖ.

Ibid. d: τῶν πολλῶν κοινωνιῶν — μίαν τινὰ [ξυνουσίαν!] εἶναι.

640. d: μεθύοντων γὰρ μεθύων καὶ νέος ἄρχων μὴ σοφός. Cave in eandem suspicionem incidas, quae et mihi paulisper arrisit sc. κοινωνίας. Scripserat Plato μεθύοντων γὰρ μεθύων καὶ μὴ σοφός ἄρχων. Postea scriba ordine inverso dedit καὶ ἄρχων μὴ σοφός. Secutus est grammaticus, qui aliquid doesse ratus pro sua peritia νέος inseruit.

642. a: lege τὸ δὲ κατὰ φύσιν αὐτοῦ ἢ διακρίθωσις οὐκ ἐν δύναιτο — σαφές οὐδ' ἱκανὸν ἀπολαβεῖν. Huius rei articulationis facta descriptio ad perspicuam et perfectam cum ipsius natura congruentiam perducere non possit cett. v. 645 c. 963. c.

643. c. lege ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρ' αὐτὸν εἰδέναι. Mox lege καὶ ἄλλα, ὅντ' οὐ τῶν μάλα πεπαιδευμένων κτέ.

644. c: lege ἡγησώμεθ' ἅτ' ἐν ζῶνι θεῖον.

646. d. quid sibi vult ἐν τούτοις? Nonne perspicuum est ἐν τοῖς οἴνοις praecessisse? Lege καὶ περὶ τῆς ἐν τοῖς οἴνοις ἡμετέρας διατριβῆς.

647. τὸν φόβον expellendum esse iam vidit Astius. Mox corrigo: ὃν ὁ ἕτερος μὲν ταῖς ἀληθείαις ἐναντίας, ἐς δὲ καὶ τὴν ἄλλοις [φόβος] ταῖς κλείταις καὶ μεγίσταις ἡδοναῖς.

Ibid. b. hostem aliquem reddimus, inquit, φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες. Imo ψόγων.

Ibid. c: libri et editiones σώφρων δὲ ἄρα — pessime. Lege ἄρα. Usus omnibus notus. Cf. Phileb. 30. b.

648. a: εἰ δ' οὖν ἐγένετό ποθεν — Recte. In Philebo 42. c: μὴ inseruerunt: εἰ δ' οὖν [μὴ] γίγνοιτο, τί ποτ' ἐξ αὐτοῦ συμβαίνειν ἡμῖν ἀναγκαῖον;

Ibid. e: διαφορά idem est quod διαφόρησις. Sed quid est σφάλ-
λεσθαι ὑπ' ἀσχημοσύνης? Nam ἀσχημοσύνη potius inter effectus

τοῦ σφάλλεσθαι habenda est. Sequitur μηδ' ἀλλοιοῦσθαι δι' ἀρετὴν, tamquam idem esset διὰ δ' ἀρετὴν μ. ἀ. et μηδ' ἀ. δι' ἀρετὴν. Coniicio ὡς εὐσχημοσύνης μηδὲν σφ. μέγα μηδ' ἀλλοιοῦσθαι ἀρετὴν. Mox dele πρὶν ἀφικνεῖσθαι, et lege φοβούμενος ἀνθρώπους ὧν.

τοῦ πῶματος glossema est ad ἀπαλλάττοιο. Mox lege σωφρονίῃ γ' ἄν.

649. b: recte Astius πᾶς — συγχωροίη Atheniensi tribuit. τί μὴ Cliniae. Sed infra gravius peccatum nemo correxit. Lege — τὸ μὲν ὅπως ὅτι μάλιστα θαρρήσειεν, τὸ δὲ τοῦναντίον. ΚΛ. ὅτι μάλιστα φοβησόμεθα ἂ τῆς αἰδοῦς ἐλεγες, ὡς οἰόμεθα —.

Lib. II. 653 a. λέγω τῶν κτέ. non ferenda est haec appositio, πρώτην αἰσθησιν, ἡδονὴν καὶ λύπην — παιδικὴν πρώτην αἰσθησιν vitiosa collocatio est. Dele πρώτην αἰσθησιν, quibus nescio quis ordinem quem Plato secutus est (αἰσθησιν, φρόνησιν) indicare voluit. Recte autem noster παιδικὴν dixit, nam multa sunt voluptatis et doloris genera, quae in puerum non cadunt. Mox in ipsa τῆς παιδείας definitione misere turbata sunt omnia. Sed ex rei natura locus satis certe restitui potest: leg. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγινομένην πρῶτον παισὶν ἀρετὴν, ὅταν ἡδονή τε καὶ φιλία καὶ λύπη τε καὶ μῖσος ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγένηνται μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν, λαβόντι δὲ τ. λ. ξυμφωνήσωσι, τῷ [λόγῳ] ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἡν. Αὕτη δ' ἔσθ' ἡ ξυμφωνία κτέ. „etsi ipsi rationem nondum consecuti sunt, concordant cum eo qui hanc iam habet.” h. e. disciplina est assuefactio eorum, quae ratio postmodum probabit.

Ibid. c: ἴν' ἐπανορθῶνται τὰς τε τροφὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑρταῖς μετὰ θεῶν. ὄραν ἂ χρὴ πότερον ἀληθῆς ἡμῖν κατὰ φύσιν ὁ λόγος ὑμνεῖται τὰ νῦν. Sic optimus Codex. Lege τὰς τότε τροφὰς γενομένας [ἐν ταῖς ἑρταῖς]. Μετὰ θεῶν δ' ὄραν χρὴ πότερον [ἀληθῆς] ἡμῖν κατὰ φύσιν ὁ λόγος ὑμνητῆι τὰ νῦν. Mox dele οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς καὶ προσπαίζοντα. — τῶν ἐν ταῖς κινήσει τάξεων οὐδ' ἀταξιῶν οἷς δὴ ῥυθμὸς ὄνομα καὶ ἀρμονία, πο ἀταξίαι ῥυθμοῦ nomen habeant. nescio qua parenthesi vocem

circumscribunt et pro οἷς legunt αἷς. Illud non viderunt nisi commune esse ταῖς κινήσεσιν et ἀρμονίᾳ, et si ἀρμονία mentionatur, Φθόγγων seu Φωνῶν mentionem necessario factam fuis

Mox τοὺς θεοὺς sine ulla dubitatione delendum censeo.

658. δ: νικήσῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ὃ τι μάλις ἀπεργασάμε καὶ κριθῆ τῶν ἀγωνισαμένων ἥδιος γεγονέναι. Sic vulgo est sensu. Lege νικήσει διότι αὐτὸ τοῦτο μάλις' ἀπεργασάμε ἐκρίθη κτέ.

659. δ: plurima excidisse manifestum est. Nam si ex ἡ Graecia bona lex periit, cur idem in Italia et Sicilia facta queritur? Plane contrarium dixit; Itolorum et Siculorum lex ostendi quid in antiqua Graecia fieri consueverit: — ἐξῆν; δὴ τῷ παλαιῷ τε καὶ Ἑλληνικῷ νόμῳ (καθάπερ ὁ Σικελικὸς καὶ Ἰταλικὸς νόμος κελεύει) ἐπὶ τοῖς εἰδόσι τὴν κρίσιν γίνεσθαι ταύτην δ' ὁ παρ' ἡμῖν νόμος νῦν τῷ πλήθει τῶν θεατῶν ἐτρέπων κτέ.

Mox lege: νῦν δ' αὐτοῖς δρῶσι πᾶν (τοῦναντίον) τοῦναντι συμβαίνει.

662. δ: dele διάφορα.

663. δ: κινδυνεύει κατὰ γε τὸν νῦν λόγον, ὧ Φίλοι. (utrumque compellat Clinias, quod nusquam alias fecit, nec hic quidem est cur faciat? Confusae sunt personae. Lege — κινδυνεύει. ΑΘ. κατὰ γε τὸν νῦν λόγον, ὧ Φίλοι· νομοθέ δὲ κτέ.

Mox in verbis μάλλον ποιεῖν μὴ βία ἀλλ' ἐκόντας πάντα δίκαια, revocata quam olim proposui coniectura (πείθειν) ποιῶν, hodie hanc profero: μάλλον ποιεῖν μὴ βία ἀλλ' ἐκόντα πάντα δίκαιον.

667. hodie malim: τὴν δ' ὀρθότητά τε καὶ ὠφέλειαν, ἡ ὑγιεινὸν τῶν προσφερομένων λέγομεν ἐκάστοτε, τοῦτ' αὐτὸ εἶναι αὐτοῖς [καὶ τὸ ὀρθότατον] h. e. ἡ ὀρθότης τε καὶ ὠφέλεια ταῖς ἐσὺν ὅπερ τὸ ὑγιεινόν.

Sed nonnulla me praeteriisse video, quae omitti nolim. Igitur ad ea redeo quae leguntur pag. 657. a.

657. a: dele ἢ θείου. Exemplum capit ab *Iside*. Mox frustra conieci ὑφήγησις pro ζήτησις. Neque vero Astius audiendus est, qui ζήτησις τοῦ ζητεῖν *redundantiam* vocat, et exemplis defendit: quae possit esse λύπης ζήτησις non explicat. Expulso emblemate, vel potius nota marginali, quam hanc olim fuisse suspicor (ἢ τῆς ἡδονῆς καινῆς ζήτησις) lego, ὡς τὸ καινῆ ζητεῖν αἰεὶ μουσικῆ χρῆσθαι — — ἐπικαλοῦ[σα]ν ἀρχαιότητα.

Ibid. c: dele θεωροῦντας et χαίροντας. Mire caecutit Astius.

658. c: misere corrupta sunt et sensu vacua quae libri praefurunt, τὸ γὰρ ἔθος ἡμῖν τῶν νῦν δὴ πάμπολου δοκεῖ — βέλτισον γίνεσθαι. Reddenda est causa, cur senibus rhapsodos ceteris ποῖtis praeferebant ipsi assentiri debeant. Ea causa, nisi fallor, ex illorum poetarum praestantia repetenda est. Itaque coniectio: τὸ γὰρ ἔθος ἡμῖν τῶν νῦν δὴ (λεχθέντων ποιητῶν) πάμπλου δοκεῖ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀπάσαις [καὶ] πανταχοῦ βέλτισον γένεσθαι.

663. a: τί γὰρ δὴ δικαίῳ χωριζόμενον ἡδονῆς ἀγαθὸν ἂν γένοιτο; quid, malum, est δικαίῳ? Scribe: τί γὰρ ΔΗ ΚΑΙ χωριζόμενον κτέ.

663. c: absurde legitur: ὁ νομοθέτης — πείσει ὡς ἐσκιαγραφημένα τὰ δίκαιά ἐσι καὶ ἄδिका. Non hoc docet civitatis rector, sed quam speciem adumbratae effigies praebent. Lege, ὡς ἐσκιαγραφημένα [τ. δ. ε. κ. ἄδिका] τὰ μὲν ἄδिका [τῷ τοῦ δικαίου] ἐναντίως φαινόμενα, ἐκ μὲν ἀδίκου καὶ κακοῦ αὐτοῦ (τοῦ νοῦ?) θεωρούμενα ἡδέα, τὰ δὲ δίκαια ἀηδῆ ἔσαι, ἐκ δὲ δικαίου πάντα τὰναντία πάντα πρὸς ἀμφοτέρα.

664. a: supple φθέγγοιτ' (ἂν) αἰεὶ.

Ibid. c: frustra αἴσθησιν in αἰσθήσεσιν mutavi. Inane supplementum est. Cf. *Phileb.* 35. b.

665. *b*: lege χορεύουσιν.

667. *e*: καὶ δόξῃ [μὴ ἀληθεῖ].

668. *a*: lege εἶ τῷ δοκεῖ (τι) ἢ εἶ τις χαίρει τῷ, τό γ' ἴσῳ ἴσον κτέ.

Ibid. *δ*: non video quomodo musica habere possit τὴν ὁμοίτητα τῷ τοῦ καλοῦ μιμήματι, est enim ipsa μίμημα. Malim ἔχουσαν ὁμοιότητα τοῦ καλοῦ τῷ μιμήματι. Nam sanissimum est βουλήσεως, neque de μιμήσεως debebam cogitare.

Ibid. *δ* et *e*. Lege ἀρμούς pro ἀριθμούς. Cetera recte explicavit Boeckhius.

669. *a*: καὶ ἐν γραφικῇ καὶ ἐν μουσικῇ — — καὶ πάντα. Quid? num γραφικὴ habet ῥήματα καὶ μέλη καὶ ῥυθμούς? Imo, si καὶ πάντα retineatur, putandum erit in omni arte imitatrici haec inesse. Sed de sola musica hic agi manifestum est. Igitur ceteris deletis rescripserim: ἄρ' οὖν οὐ καὶ ἐν μουσικῇ ἀνάγκη τὸν μέλλοντα ἐμφρονα κριτὴν ἔσεσθαι [δεῖ] ταῦτα τρί' ἔχειν.

669. *d*: τῶν ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὄραν τέψιος. Prorsus inutile est ἀνθρώπων, ὄραν vero, quod Ficinus in *gratiam* vertit, sensu caret. Lege ὄραν vel potius ὄρην. Nam cura hominum delectandorum ποιῆτις mandata est. Quae sequuntur plurimis correctionibus egent. Et primum quidem immerito sprete est Cornarii emendatio δρῶσι pro δρῶσι. Sic enim legendum: ταῦτά τε γὰρ δρῶσι πάντα [κυκώμενα] (h. e. modos et figuras dispares infundunt) καὶ ἔτι διασπῶσι [ν οἱ ποιηταὶ] ῥυθμῶν μὲν καὶ σχήματα μέλους χωρὶς, λόγους ψιλοῦς εἰς μέτρα τίθεντες κτέ. Mire autem Astius λόγους ψιλοῦς de *prosa oratione* intelligit, quam nemo sanus umquam εἰς μέτρα ἔθηκε. Quid voluerit auctor ipse explicat per μέλους χωρὶς. Nempe μέλος a fidibus et tibiis pendet, quae huic novo saltationis generi desunt. Tum sequitur contraria novatio, μέλος καὶ ῥυθμὸς ἀνευ ῥημάτων. Huic primum obiicit, quod nemo facile dicat quid sibi velit καὶ ὅτῳ ἔοικε τῶν ἀξιολόγων [μιμημάτων]. Deinde que-

ritur quod τὸ τοιοῦτόν γε πολλῆς ἀγροικίας μεσὸν πᾶν, ὁπόσον τάχους τε (ἔνεκα) καὶ ἀπταισίας καὶ Φωνῆς θηριώδους (οὔτω?) σφῶδρα Φίλον ὥς' αὐλήσει τε χρῆσθαι καὶ καθαρίσει, πλὴν ὅσον (εἰς) ὑπόρχησίν τε καὶ ᾠδὴν. ψιλῶν δ' ἑκατέρων — (intellige Φωνῆς καὶ ὀρχήσεως ἄνευ μέλους, καὶ μέλους αὖ ἐν ὄργάνοις ἄνευ Φωνῆς) πᾶσά τις ἀμουσία καὶ θαυματουργία γίγνοιτ' ἂν τῆς χρήσεως.

Ad finem τὴν ὀρθότητα libenter expunxerim, ita ut ὀρθῶς ἢ μὴ ad γνώσεται pertineat. Adscitum videtur a grammatico, qui τῶν μελῶν ᾧ προσήκε τοῦ Δωριεῖ recte composita esse non intellexit.

Infra procul dubio legendum: τὰ δέ που προσήκοντα μὲν ἔχον πᾶν μέλος ὀρθῶς ἔχει. Astius, qui τὸ δέ retinet docetque esse „*ai-vero*“ (dicere debebat *quae contra*, quod ab hoc loco alienum est) non cogitavit ἔχειν προσήκοντα non dici, sed ἔχειν τὰ προσήκοντα.

Turicenses Astium secuti sunt.

638. c: dum librum primum passim inspicio obviam mihi forte fit hic locus, quem mendosum esse plurima indicia produnt, sed ex iis unum etiam corrigendi rationem haud improbabilem ostendere videtur μὴ διαπυθόμενος αὐτοῦ μήτε τὴν ἐργασίαν μήτε τὴν προσφορὰν ὄντινα τρόπον καὶ οἷς τισὶ καὶ μεθ' ὧν καὶ ὅπως ἔχοντα καὶ προσφέρειν ἔχουσι. Si detera sana essent necessario δεῖν subiiciendum esset, quod et deterior liber et Stephani editio proferunt. Sed et conditiones τῆς προσφορᾶς nullo ordine recensentur. Nempe prima ad cibum spectat, altera ad hominem; tum tertia et quarta rursus in cibo versantur, in quinta vero ad hominem denuo revertimur. Hocceine est cogitate singula disponere, an quidquid in buccam venerit effutire? Iam vero quae de cibo quidem dicuntur recte atque ordine sequuntur — ὅν τινα τρόπον, μεθ' ὧν, ὅπως ἔχον[τα]. sed de hominibus absurde quaereretur οἷς τισί. Nempe hoc solum interest scire ὅπως ἔχουσι. Igitur eadem verba quae seriem interrumpunt per se ipsa nullius pretii esse reperiuntur. Sin pro ΚΑΙ ΟΙΚΤΙΚΙ reposueris ΖΟΙΚΤὲ (προσοισέον et προσφέρειν exuleris, nihil ultra desiderabis.

Nunc reliqua in quae incidi persequar.

655. *d*: frustra καὶ σχήμασι vel καὶ παθήμασι pro vulgata καὶ μιμήμασι proposuerunt. Satis larga enumeratio est rerum quae imitando exprimuntur, πράξεις, τύχαι, ἤθη. Dele καὶ et scribe quod Ω praefert μιμήσεσι, et habebis quod Astius requiri vidit, nempe rationem τῆς διεξόδου. Sed γιγνώμενα quorsum pertinet? Non ad τὰ περι τὰς χορείας h. e. ad μιμήματα, nam haec ἐν ταῖς πράξεσι γίνεσθαι nequeunt, ut ne addam nihil ferri posse quod arcte cohaerentia illa μιμήματα διεξιόντων divellat. Quod si ordinem hunc esse statueris διεξιόντων τὰ γιγνώμενα, quo iure articulum omittas? Et tamen διεξιόντων casum regere oportet, isque vix alius esse potest quam ἕκαστα, quod noto errore propter διεξιόντων in ἐκάστων mutatum est. Quare locum sic restituendum censeo: ἐπειδὴ μιμήματα τρέπον ἐστὶ τὰ περι τὰς χορείας ἐν πράξεσι τε παντοδαπαῖς γιγνώμεναι καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι ταῖς μιμήσεσι διεξιόντων ἕκαστα κτλ.

Paulo supra pro vitiosis ὡς ποτε τὰ τῆς κακίας ἢ ἀρετῆς καλλίονα μιμήματα, malim ὡς ποτ' ἔσαι κακίας κτλ.

Mox tolle importunum illud δυνατόν.

656. *d*: nemo umquam interpretabitur καλὰ μέλη δεῖ μεταχειρίζεσθαι *** ταῖς ξυνηθείαις τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι νέους. Lacunae signum ibi posui ubi sententia hiare videbatur. Aliquid huiusmodi intercidissee coniicio: (οὕτως ὡς ξυνηθείς γενέσθαι, καὶ μηδέποτε μηδὲν ἐναντίον ταύταις διδάσκεσθαι) ταῖς ξυνηθείαις τοὺς ἐν τῇ πόλει νέους.

Mox legendum σχήματα καὶ ὅποι' ἄττ' οὖν.

657. *e*: dele καὶ ante κομιδῆ. Mox ἐν τοῖς τοιοῦτοις intellige ἐν τοῖς ἑορτάζουσιν. Male Astius: *his festis diebus*.

657. *e*: γεγονέναι, δύνασθαι, καλεῖσθαι non sunt imperativi sed ab δοκοῦσι pendent.

660. *a*: lege τὴν δὲ πονηράν. Nimis religiose Boeckhius τὴν δὲ, τὴν πονηράν. Neque sane convenit huic loco repetitus articulus ubi non τὴν μὲν sed τὴν χρηστὴν praecessit.

Infra Φέρε δὴ, ξυνομολογησώμεθα τὰ νῦν. Frustra haec solli-

itavit Boeckhii. Hoc dicit: *collatis sententiis videamus uter utri concedere velit.*

666. *δ* et *ε*: dele τὸν οἶνον alieno loco insertum. Mox inserte (καὶ) μαλακώτερον et lege [καὶ] οὕτως εὐπλαστώτερον εἶναι.

Pro προθυμώτερόν τε Boeckhii corrigebat γε, quod incogitantè arripuerunt Stallbaumius et Turicenses. Prorsus inutilis est illa particula. Lege προθυμώτερον ἅτε ἤττον αἰσχυρόμενον.

d. lege οὐκ ἄλλην ἂν τινα δυναίμεθα [ᾧδὴν ἢ] τὴν ἐν τοῖς χοροῖς [ἐμάθομεν] ξυνήθεις ᾄδειν γενόμενοι. Confer modo haec cum iis quae libri proferunt. Vidistine umquam tam aperta fraudis indicia? Postquam assuefacti sunt cantare, tum demum cantare didicerunt! Haereo etiam in θεοῖς ἀνδράσι. Nam quid divini habent hi senes? Illud potius quaerendum erat, quod cantilenae genus *religiosis* senibus conveniat. Lege ὈΚΙΟΙC (θεοῖς).

668. *a*: ἤκιστα κτέ. Quo attentius haec leges, ludibrio te haberi vehementius suspicaberis. Mihi certe non dubium videtur quin ζητητέον illud a sequente oratione repetitum sit. Adde quod ne Graecum quidem est ζητητέον ταύτην ὡς σπουδαίαν. Neque in ἤκιστα ἀποδεκτέον καὶ ζητητέον ἤκιστα Platonis nitor inparet. Legendum puto ταύτην ἀποδεκτέον ὡς σπουδαίαν.

645. *c*: Φανείη — ἀπάξιον Atheniensis sunt, εὖ λέγεις Cliche. Tum Atheniensis: λέγε δὴ. προσφέροντας κτέ.

SYDNEY.

C. BADHAM.

AD SCRIPTORES HISTORIAE AUGUSTAE.

Scriptores Historiae Augustae ab Hadriano ad
Numerianum. H. Jordan et F. Eysenhardt
recensuerunt.
Berolini MDCCCLXIII.

AEL. SPARTIANI HADRIANUS 7, 10 *ad honores explendos non solum amicis sed etiam passim aliquantis multa largitus est.*
Legendum est *sed etiam passim aliis quamvis multa l. e.*

10. 2 *militem . . . exercuit tolerantiae documentis cum imbrens, ipse quoque inter manipula vitam militarem magistrans.*
Emenda *vitam militarem agitans.* Aevum s. vitam agitare priscae Latinitatis est pro vitam agere; cf. Sall. Cat. 2. 1: *vita hominum sine cupiditate agitabatur.*

10. 6 *cum . . . capulo vix eburneo spatham clauderet, aegros milites in hospitibus suis videret, locum castris caperet cett.*
Constans et perpetuus loquendi usus postulat ut pro *videret* scribatur *viseret*; cf. Hadr. 9. 7; Verus 6. 7; Severus 20. 1; Alex. Severus 47. 2.

11. 3 *Septicio Claro praefecto praetorii et Suetonio Tranquillo epistularum magistro multisque aliis, quod apud Sabinam uxorem iniussu eius familiariter se tunc egerant, quam reverentia domus aulicae postulabat, successores dedit.*

Prorsus inepte et absurde scriptum est aulicos iniussu Hadriani familiariter se apud uxorem eius gessisse. Vera nimirum lectio est *quod apud Sabinam uxorem remissius se familiariterque tunc egerant.*

14. 10 *idem severus lactus, comis gravis, lascivus cunctator, max liberalis, simulator verus, saevus clemens et semper in omnibus varius.*

Quia ante *cunctator* nomen desideratur significatione contrarium, pro *lascivus* legendum est *festinus*.

18. 2 *constituit inter cetera, ut in nulla civitate domus aliquae transferendae ad aliam urbem ullius materiae causa diruerentur.*

Immo, opinor, *utilis materiae causa.*

19. 5 *Romae post ceteras immensissimas voluptates in honorem socrus suae aromatica populo donavit.*

Corrige *impensissimas* i. e. sumptuosissimas.

20. 1 *in colloquiis etiam humillimorum civilissimus fuit, detestans eos qui sibi hanc voluptatem humanitatis quasi servantis fastidium principis inviderent.*

Aut equidem fallor, aut omni sensu haec destituta sunt. Fere non dubito, quin vera sit lectio *qui sibi hanc voluptatem humanitatis quasi non servantis f. p. inviderent.*

22. 9 *eos, quos pauperes et innocentes vidit, sponte ditavit, quos vero calliditate ditatos, etiam odio habuit.*

Legendum *aviditate*, quod praecedenti *innocentes* recte respondet.

AEL. SPARTIANI AELIUS VERUS 3. 7 *hic tamen valetudinis adeo miserae fuit ut Hadrianum statim adoptionis paenituerit potueritque eum amovere a familia imperatoria.*

Scribendum *volueritque.*

5. 11 *idem uxori conquerenti de extraneis voluptatibus dixisse fertur „Patere me per alias exercere cupiditates meas: uxor aim dignitatis nomen est, non voluptatis”.*

Emenda *explere cupiditates meas.*

CAPITOLINI ANTONINUS PIUS 7. 10 *species imperatoris superfluas et praedia vendidit et in suis propriis fundis vixit varie ac pro temporibus.*

Species imperatoriae quales intelligendae sunt haud facile quam explicabit. Suspicio *species* formam mutilam esse et decurtatam, restituendum autem esse *supellectilem imperatoriam superfluam*; cf. Antonin. Phil. 17. 4.

8. 9 in [Tatii Maximi] *demortui locum duos praefectos substituit Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum. sed Repentinus famosa percussus est quod per concubinam principis ad praefecturam venisset.*

Olim scriptum esse conicio *famoso carmine proscissus est*; cf. Suet. in Vita Lucani „famoso carmine . . . potentissimos amicorum gravissime proscidit”. Comp. Suet. Aug. 13; Calig. 30.

CAPITOLINI M. ANTONINUS PHILOSOPHUS 7. 10 *Hadriani autem sepulcro corpus patris intulerunt magnifico exequiarum officio, non iustitio secuto publice quoque funeris expeditus est ordo.*

Corrige *iustitio edicto.*

8. 4 *Tiberis inundatio . . . et multa urbis aedificia vexavit et plurimum animalium interemit et famem gravissimam peperit.*

Ex inundatione non famem, sed pestilentiam ortam esse existimo, quamobrem pro *famem* substitue *tabem*.

11. 5 *vias etiam urbis atque itinera diligentissime curavit. rei frumentariae graviter providit.*

Quia codices antiquissimi habent *itinerum*, olim scriptum esse conicio *tiberim*. Pro *graviter* restitue *gnaviter*.

26. 2 *apud Aegyptios civem se egit et philosophum in omnibus studiis, templis, locis. et cum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignovit.*

Conicio *mitem* se egit *philosophum in omnibus stadiis, templis, foris*. — *Stadiis* Salmasius restituit.

VULG. GALLICANI AVIDIUS CASSIUS 4. 7 *cum ingens seditio in exercitu orta esset, processit nudus campestri solo lectus et 'percalite' inquit 'me, si audetis'.*

Quum libri vetustissimi habeant *in exercitum orta esset, restituendum est in exercitu mota esset*; cf. Alex. Severus 53. 3.

9. 11 *exemplum epistulae Faustinae ad Marcum 'ipsa in Albanis cras, ut iubes, mox veniam'.*

Immo, opinor, *in Albanum rus.*

10. 9 *in alia epistola Faustinae ad Marcum: signatas mihi litteras Calpurnius dedit: ad quas rescribam, si tardavero, per Caecilium senem spadonem, hominem, ut scis, fidelem.*

Emenda si vacavero.

14. 6 *vides nullis opus esse gladiis, multis elogiis, ut in antiquum statum publica forma reddatur.*

Non *elogiis* vel *titulis* opus erat, quibus antiquus reip. status revocaretur, sed *gladiis* et *loricis*.

AEL. LAMPRIIDI COMMODUS 1. 7 *a prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus et concupratus fuit.*

Corrigendum *conspurcatus.*

5. 4 *hac igitur lege vivens ipse cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque dilectu ad formae speciem concivit, trecentisque aliis puberibus exoletis, quos aequae ex plebe ac nobilitate nuptiisque forma disceptatrice collegerat, in palatio per convivia et balneas bacchabatur.*

Inepta vox *nuptiisque* legitur in C. Palatino; Bambergensis habet *nieptuace*. Veri simillimum est olim scriptum fuisse *corporisque forma*, quod sententiae aptum est et accommodatum.

CAPITOLINI PERTINAX 9. 6 *multi autem cum etiam in provinciis quas consularis gessit sordide se egisse in litteras retulere.*

Non *provincias gerere* Latinum est, sed *provincias regere*, quamobrem scribendum erit *rexit*.

11. 9 *cum Tausius quidam, unus e Tungris, in iram et in timorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis obiecit.*

Pro *timorem* emenda *tumorem*; cf. Virg. Aen. VIII. 40: *tumor omnis et irae Concessere Deum*; Sen. de Ira III. 2: *ira violavit legationes rupto jure gentium, rabiesque infanda civitatem tulit; nec datum tempus, quo resideret tumor publicus*; Sen. Thyest. 519: *Ponatur omnis ira et ex animo tumor Erasus abeat*. — Pro *obiecit* scribendum est *adegit*; *obicere hastam in pectus* sine exemplo est, *adigere omnium usu tritum*.

12. 7 *cum sine amicis cenaret, adhibebat uxorem suam et Velerianum, qui cum eodem docuerat, fabulas litteratas haberet.*

Coniicio *quicum olim consuerat f. l. habere*.

AEL. SPARTIANI DIDIUS JULIANUS 9. 1 *obiecta sane sunt Juliano haec: quod gulosus fuisset, quod aleator, quod armis gladiatoriiis exercitus esset . . . cum antea numquam adolescens his esset vitiis infamatus. obiecta est etiam superbia, cum ille etiam imperio fuisset humillimus.*

Extrema verba omni sensu destituta esse nemo est, quin primo aspectu sibi persuadeat. Corrigendum est *cum olim etiam in inferiores fuisset humillimus*.

AEL. SPARTIANI SEVERUS 1. 4 *nullum alium inter pueros ludum nisi ad indices exercuit, cum ipse praelatis fascibus ac securibus ordine pueros circumstante sederet ac iudicaret.*

Pro *ordine* requiro sollemne in iudiciis nomen *corona*.

3. 9 *cum amissa uxore aliam vellet ducere, genituras sponsarum requirebat . . . et cum audisset, esse in Syria quandam, quae id geniturae haberet ut regi iungeretur, eandem uxorem petit.*

Non morte amisisse uxorem Severum credo, sed ob sterilitatem repudiasset, quia in sequentibus relatum est eum ex nova ore statim patrem factum esse. Quam ob rem pro amissum erit *dimissa*.

4. 2 *dein Pannonias proconsulari imperio rexit. post hoc Siciliam proconsularem sorte meruit.*

Corrige *sorte tenuit*.

17. 6. *cognomentum Pertinacis non tam ex sua voluntate quam eorum parsimonia videtur habuisse.*

Legendum *morum acrimonia*; cf. Capitol. Macrin. 11. 2: nam et Severum se et Pertinacem voluerat nuncupari, quae duo illi asperitatis nomina videbantur. *Morum acrimonia* legitur apud Capitolinum in vita Albini, 11. 5.

19. 9 *ipse decorus ingens, promissa barba, cano capite et crispo, vultu reverendus, canorus voce, sed Afrum quiddam usque ad senectutem sonans.*

Coniicio *decorus elegans*.

AEL. SPARTIANI PESCENNIUS NIGER 2. 2 *huic ob detestationem Juliani primis imperii diebus ita Romae factum est a senatoribus insultat, qui et Severum oderant, ut inter lapidationes execrationesque omnium illi feliciter optaretur.*

Lapidationibus nullus tunc temporis locus fuit. Vera nimirum lectio est *lamentationes*.

10. 7 *idem iussit, ne zona milites ad bellum ituri aureos vel argenteos nummos portarent, sed publice commendarent, recepturi post proelia quod dederant, addens liberis eorum et uxoris, redibus certe reddendum cui venisset.*

Pro *commendarent*, ex quo tolerabilis sententia nullo modo ici potest, scribendum est *condendos darent*; pro *cui venisset*, quod quid sibi velit aequè obscurum est, *qui dedissent*. — litio Princeps Mediolanensis habet *cui venissent*.

11. 1 *idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem nec sibi umquam vel contra solem vel contra imbres quaesivit tecti suffragium.*

Pro ante omnes lege inter omnes; pro suffragium: *suffragium.*

12. 1 *amavit de principibus Augustum, Vespasianum, Traianum, Titum, Pium, Marcum, reliquos feneos vel venenatos vocans.*

Pro venenatos sententia postulat *enervatos*. Vv. autem *et enervatos* margini olim adscripta fuisse, quibus *feneos*, inusitatus vocabulum, explicaretur, haud inepte statueris. Cf. Cic. pro Cornelio fragm. I. 1.

CAPITOLINI CLODIUS ALBINUS 4. 4 *cum exceptus utero [quod contra consuetudinem puerorum, qui nascuntur et solent rubere] esset candidissimus, Albinus est dictus.*

Verba insulsa, quae uncinis saepsi, expungenda esse ipse verborum tenor facile docet.

5. 6 *cum Caesareana familia hoc speciale habuerit, ut parvuli domus eius in testudineis alveis lavarentur, nato infantulo ingens testudo patri eius munere piscatoris adlata est: quod ille, homo literatus, omen accipiens et testudinem libenter accepit et eam curari iussit atque infantulo ad excaudationes pueriles dicari.*

Pater testudinem non curari, sed *cavari* iussit.

AEL. SPARTIANI CARACALLUS 2. 10 *questus est de fratris insidiis involute et incondite ad illius accusationem, sui vero excaudationem.*

Perperam copulata sunt *involute* et *incondite*, nam vix fieri potest, ut idem orator verbis utatur obscuris et simul incompetis et inornatis. Pro *involute* scribendum est *enucleate*, quod fere eandem atque *incondite* significationem habet. — Bambergensis et Palatinus habent *involuntate*.

CAPITOLINI MACRINUS 11. 3 *cum illum senatus Pium ac Feli-*

cum nuncupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. unde in eam epigramma non inlautum:

*Histrionem iam senior turpis gravis asper iniquus
impudicus et felix sic simul esse cupit ceterum.*

Pro *turpis* scribendum puto *torvus* coll. 11. 1: fuit in vita imperatoria paulo rigidior et austerior, sperans se ante acta omnia posse oblivioni dare.

AEL. LAMPRIDIJ HELIOGABALUS 3. 3 *appellatus [est] Antoninus princeps volentibus cunctis et studiose credentibus, ut sese habent vota hominum ad credulitatem festinantium, cum quod optant verum esse desiderant.*

Pro inepto et absurdo *desiderant emenda aestimant.*

5. 4 *agebat praeterea domi fabulam Paridis ipse Veneris personam subiens.*

Communis loquendi usus postulat *personam suscipiens*. — In Cod. Palat. legitur *subiciens*.

6. 7 *in penam Vestae . . . intravit pollutus ipse omni contagione morum cum iis qui se polluerant.*

Emenda *contagione morborum*. Morbum, ut νόσος et πάθος, impuram voluptatem significare, verbo monere satis est; cf. interpret. ad Hor. Od. I. 37. 10 et Sen. Ep. 83: impudicus morbum confitetur ac publicat.

10. 4 *ut sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem [principum], famam non solum malorum sed et bonorum principum vendunt et qui stultitia vel innocentia imperatorum, qui hoc non perspicunt, infami rumigatione pascuntur.*

Scribendum est *stultitia vel ignorantia*. Prius *principum delendum* esse, satis est perspicuum.

21. 5 *oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis et floribus, sic ut animam aliqui efflaverint, cum erepere ad summum non possent.*

Corrige sodes *foliis et floribus*. — Cod. Bamb. habet *foliis*.

ABL. LAMPRIIDI ALEXANDER SEVERUS 22. 6 *praesides provinciarum, quos vere, non factionibus laudari comperit, et in itineribus secum semper in vehiculo habuit et muneribus adiuvit dicens, et fures a re publica pellendos ac pauperandos et integros esse redimendos atque ditandos.*

Restituendum est *retinendos atque ditandos*, quae verba praecedentibus *pellendos ac pauperandos* e regione opposita sunt.

27. 7 *pinxit mire; cantavit nobiliter, sed numquam alio consilio nisi pueris suis testibus.*

Si *pueris suis sana est lectio*, fere non dubitandum est, quin *testibus*, quod plane abundet, sit delendum. Probabilius autem existimo olim scriptum esse *nisi paucissimis testibus*.

CAPITOLINI MAXIMINI 12. 10 *iussit praeterea tabulas pingi ita ut erat bellum ipsum gestum et ante curiam proponi, ut facta ejus pictura loqueretur.*

Corrige *ut facta eius p. loquerentur*.

16. 2. *vestrum est aestimare quid velitis. nam ego usque ad senatus iudicium incertus et varius fluctuabo.*

Malim *incertus et vagus*.

23. 6 *milites, . . . medio forte die, cum a proelio quiesceretur, et Maximinum et filium eius in tentorio positos occiderunt.*

Immo potius *sopitos*.

MAXIMINUS JUNIOR 1. 2 *periit in ipso flore iuventutis . . . litteris et Graecis et Latinis imbutus ad primam disciplinam. nam usus est magistro Graeco litteratore Fabillo.*

Interpunctione mutata scribendum est *l. et G. et L. imbutus. ad primam disciplinam usus est magistro.* cett. Facile apparet nam ortum esse ex dittographia praecedentium litterarum.

6. 1 scribit *Aelius Sabinus* . . . tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput eius mortui iam nigrum, iam sordens, iam maceratum, diffuente tabo, vel umbrae pulchrioris videretur.

Caput umbrae pulchrioris non intelligo. Olim scriptum esse suspicor ut etiam caput eius . . . velut umbra pulchri oris videretur i. e. ut pulchri oris quasi speciem et imaginem praebere videretur.

CAPITOLINI GORDIANI 31. 7 *Philippus*, cum eum interfecisset, neque imagines eius tollere, neque statuas deponere, neque nomen abradere, sed divum semper appellans etiam apud ipsos milites, cum quibus factionem fecerat, serio animo et peregrina calliditate veneratus est.

Emenda *servili animo*.

CAPITOLINI MAXIMUS ET BALBINUS 5. 1 *Maximo pater fuit Maximus*, unus e plebe, ut nonnulli dicunt, faber ferrarius, ut alii *raedarius* [vehicularius fabricator].

Expungantur verba, quae uncis inclusi.

6. 2 vultu gravissimus et retorridus, statura procerus, corporis qualitate sanissimus, moribus aspernabilis ac tamen iustus neque unquam . . . vel inhumanus vel inclemens.

Corrige moribus asper inhabilis, attamen iustus.

7. 2 sed rebus bellicis minor fuerat quam in civilibus. tamen bonitate nimia sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat.

Delendum est in, quod ex praecedenti in bis scripto originem duxit.

7. 6 eloquentia clarus, poemate inter sui temporis poetas praecipuus, vini cibi rei Venereae avidus, vestitu cultus, nec quicquam defuit, quod illum populo non commendabilem redderet.

Legendum est *fuit*; cf. 15. 1: neque *Maximo* sive *Pupieno* fortius neque *Balbino* benignius fuit quicquam.

15. 5 *tanta est autem historicorum inter se certantium imperitia vel usurpatio, ut multi eundem Maximum quem Pupinum velint dici.*

Pro *usurpatio*, voce h. l. prorsus inani, corrige *insipientia*.

TREB. POLLIONIS GALLIENI 11. 5 *Areopagitarum praetera cupiebat ingeri numero contempta prope Romana re publica.*

Pro *ingeri* corrige *inseri*, quod in tali re sollemne verbum est. Cf. Suet. Aug. 42: manumissi insertique civium numero; Id. Tib. 3: insertus Liviorum familiae.

TREB. POLLIONIS TRIGINTA TYRANNI 10. 7 *quod alii vel audacia vel iudicium, huic detulit iocularis astutia.*

Ex praecedentibus apparet *Regalianum* non *astutia* imperium obtinuisse, sed *argutia* i. e. acuto et subtili dicto. *Argutia* sing. num. apud serioris aetatis scriptores haud infrequens est: cf. Gell. III. 1; XII. 2; Apul. Met. I. 1.

30. 11 *quid de divo Claudio [loquuntur], qui [Zenobiam passus esse dicitur imperare? idque occulte et prudenter, illa servante orientales fines imperii ipse securus quae institueri perpetraret.*

Emenda *consulte et prudenter*.

TREB. POLLIONIS CLAUDIUS 17 2 *nihil me gravius accep quam quod notaria tua intimasti, Claudium . . . insinuatibus falsis plerisque graviter irasci.*

Legendum *affecit* i. e. commovit; cf. Cic. Ep. ad Ant. post Ep. ad Att. XIV. 13: litterae tuae sic me affecerunt, non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te; id. Fam. XVI. 4 varie sum affectus tuis litteris.

VOPISCI AURELIANUS 1. 3 *cumque ad templum Solis venissemus ab Aureliano principe consecratum, quod ipse nonnihilum ex eius origine sanguinem duceret, quaesivit a me, quis vitam eius in litteras rettulisset.*

Inverso verborum ordine scribendum est ex eius sanguine originem duceret.

3. 1 *ac ne multa et frivola prooemiis odiosus intexam, divus Aurelius ortus, ut plures loquuntur, Sirmii familia obscuriore.*

Immo potius minuta et frivola.

9. 4 *quid enim in illo non clarum? quid non Corvinis et Scipionibus conferendum? ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor, ille dux magni totius exempli.*

Emenda magni toties exempli.

11. 7 *ego de te tantum deo favente spero, quantum de Traiano, si viveret, posset sperare res p. neque enim minor est, in cuius locum fidemque te legi.*

Legendum in cuius locum vicemque te legi.

11. 9 *levanda est enim paupertas eorum hominum, qui diu in p. viventes, pauperes sunt et nullorum magis.*

Extrema verba omni sensu carere mihi videntur. Legendum coniicio nummorum inanes coll. Vop. Saturninus 8. 7, ubi Lehrsius pro: unus illis deus nullus est, correxit unus illis deus summus est.

14. 5 *apud maiores nostros, Valeriane Auguste, quod et familiae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi viri semper electi sunt.*

Emenda antiquitus proprium fuit.

25. 4 *recepto igitur orientis statu Emesam victor Aurelianus ingressus est ac statim ad templum Heliogabali tetendit.*

Legendum est orientis tractu; cf. Vop. Probus 12. 4: Ponticus tractus; Eutropius IX. 21: tractus Belgicae et Armoricae; Vell. 1. 2: Hispaniae tractus.

VOPISCI TACITUS 6. 2 *nihil ab hoc immaturum, nihil praeproperum, nihil asperum formidandum est, omnia seria, cuncta gravia . . . auguranda sunt.*

Corrige *seria, cauta, gravia*, quae tria adiectiva tribus praecedentibus apte respondent.

VOPISCI FLORIANUS 2. 2 *responsum est ab haruspicibus quodcumque ex eorum familia imperatorem Romanum futurum . . . qui det iudices Parthis ac Persis, qui Francos et Alamannos sub Romanis legibus habeat, qui per omnem Africam barbarum non relinquat, qui Taprobanis praesidem imponat [qui ad Romanam insulam proconsulem mittat].*

Ultima verba in marginem reiicienda sunt; ad praecedentia enim qui — *imponat* olim adscriptum est qui ad *Taprobanam insulam proconsulem mittat*.

VOPISCI PROBUS 1. 3 *Probum principem, cuius imperio oriens, occidens, meridies, septentrio omnesque orbis partes in totam securitatem redactae sunt, scriptorum inopia iam paene nescimus.*

Praetulerim in tutam securitatem.

8. 1 *amor militum erga Probum ingens semper fuit, neque enim umquam ille passus est peccare militem.*

Pro inepto et ridiculo *peccare, emenda vacare* coll. 9. 2: milites otiosos esse numquam est passus; 20. 2: numquam militem otiosum esse perpessus est.

12. 1 *dis immortalibus gratias et prae ceteris, patres conscripti, Jovi optimo, qui nobis principem talem, qualem semper optabamus, dederunt.*

Restitue *Jovi optimo maximo* coll. 12. 7 et 15. 4.

23. 5 *cant nunc, qui ad civilia bella milites parant, in germanorum necem arment dexteras fratrum . . . et divinitatem Probo derogent, quam imperatores nostri prudenter et consecrandam uultibus et ornandam templis et celebrandam ludis circensibus iudicarunt.*

legendum *consecrandam cultibus*; cf. Lact. Inst. IV. 3. 10: *vere nihil aliud est, nisi Deum verum iustis ac piis cultibus norare.*

24. 4 *senatus mortem Probi gravissime accepit, aequae populus.*
Malim *aegre populus.*

VOPISCI PROCULUS 12. 8 *gloriatur, ut vides, rem ineptam et vitis libidinosam atque inter fortes se haberi credit, si criminum densitate coalescat.*

Restituendum est *insolescat* i. e. superbus fiat; cf. Cato p. Gell. VII. 3; Sall. Cat. 6; Tac. Hist. II. 7, Ann. II. 75.

VOPISCI CARUS 2. 3 *quid deinde Numam loquar? qui fremens bellis et gravidam triumphis civitatem religione munivit.*
Corrige *rabidam t. civitatem religione mollivit.*

2. 6 *reddidit se deinde in integrum, sed eo usque gravata est unicus bellis ac terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala praecordiorum timore sentiret.*

Vera et genuina lectio est *praecordiorum intimo.*

VOPISCI NUMERIANUS 11. 2 *nam et cum Olympio Nemesiano contendit, qui ἀλιευτικά, κυνηγετικά et ναυτικά scripsit, quique omnibus coloniis illustratus emicuit.*

Emenda *omnibus gloriis illustratus. Gloriarum plur. num. legitur Cic. Planc. 24. 60; Tac. Ann. III. 45; Gell. II. 27. 5.*

11. 3 *huius oratio fertur ad senatum missa tantum habuisse frequentiae ut illi statua... decerneretur... cui subscriptum est Numeriano Caesari, oratori temporibus suis potentissimo.*
Potius crediderim subscriptum esse oratori *t. s. potissimo.*

Scr. Non. Mart.

J. J. CORNELISSEN.

MDCCCLXXXIII.

GRAVIS ATHENAEI ERROR IN LOCO TIMAEI HISTORICI.



AEELIANUS V. H. XII. 24: Σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι ὡς εἰς Σικυῶνα αὐτὸν ἀφικέσθαι μνηστῆρα Ἀγαρίσης τῆς Κλεισθένου καὶ ἐπάγεσθαι ΧΙΛΙΟΥΣ καὶ μαγείρους, τοσοῦτους δὲ ὀρνιθευτὰς καὶ ἀλιεῖς χιλίους.

Has nugas protulisse putatur Timaeus, quem γρασοσυλλέκτραι appellabant, apud Athenaeum pag. 541 c: περὶ δὲ Σμινδυρίδου τοῦ Συβαρίτου καὶ τῆς τούτου τρυφῆς ἰσόρησεν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ ὡς ἀποπλέων ἐπὶ τὴν μνηστῆραν τῆς Κλεισθένου τοῦ Σικυωνίου τυράννου θυγατρὸς Ἀγαρίσης, Φησίην, ἀπὸ μὲν Ἰταλίας Σμινδυρίδης ὁ Ἰπποκράτεος Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀφίκετο. Εἶποντο γοῦν αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταὶ Ἰσορεῖ περὶ αὐτοῦ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἐβδόμῃ. Huius loci prior pars ad Herodotum auctorem refertur; altera ad Timaeum Herod. VI. 127: ἀπὸ μὲν δὴ Ἰταλίας ἦλθε Σμινδυρίδης ὁ Ἰπποκράτεος Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀφίκετο. Itaque reliqua sunt ex Timaeo sumpta: εἶποντο αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταί. Eundem Timaei locum laudat sine nominis auctoris Athenaeus pag. 273. b: ἀλλ' οὐ Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης τοιοῦτος, ὃς ἐπὶ τὸν Ἀγαρίσης τῆς Κλεισθένου θυγατρὸς ἐξορκιστὴν γάμον ὑπὸ χλιδῆς καὶ τρυφῆς χιλίους συνεπήγετο οἰκέτας ἀλιεῖς καὶ ὀρνιθευτὰς καὶ μαγείρους. Apparet priore loco supplendum esse: χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταί (καὶ ἀλιεῖς), namque Aelianus ex Athenaei libro XII, ut solet, sua hausit, quem librum praene totum in suam *Historiam* transfudit. Alias res agens Aelianus numerum triplicavit, ut vides, namque apud T

ieum est: χιλίους συνεπήγετο οικότας ἀλιεῖς καὶ ὀρνιθευτὰς καὶ γαίρους, Aelianus contra: ἐπάγεσθαι χιλίους μὲν μαγείρους, σούτους δὲ ὀρνιθευτὰς καὶ ἀλιεῖς χιλίους. Sed quid facias homine, qui serio credidit deliciis diffluentem Sybaritam MILLE XQUOS secum adduxisse? Vel magno exercitui hic numerus officere potuisset.

An igitur Timæus hæc deliramenta serio memoriae prodidit? Minime gentium. Reprehenditur acerbe a Polybio et Iliis, sed non insaniebat tamen. Sed quid cesso locupletem æstem ipsum Timæum producere, qui optime hoc crimen purgaturus est? Satis constat inter omnes ea omnia, quæ de coloniis in Siciliam Italiamque deductis apud Diodorum Siculum scripta sunt, ex Timæo esse descripta. Audi igitur Timæum verbis Diodori (VIII. 19.) ita dicentem: Σμινδυρίδης λέγεται ἐπιουσιάζσαι τρυφῇ παρὰ Συβαρίταις. οὗτος γὰρ Κλεισθένους τοῦ Ἰωνικῶν τυράννου νικήσαντος ἄρματι καὶ κηρύξαντος παραγενέσθαι τοὺς προαιρουμένους γαμῆν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα — ἀναχθῆναι ἵνα ἐκ Συβάρεως ἐν πεντηκοντόρῳ τοὺς ἐρέτας ἔχοντα ἸΔΙΟΤΣ οἰκέτας, ὧν εἶναι τοὺς μὲν ἀλιεῖς, τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας ¹⁾. Nunc ex affulget, nunc naturæ congruentia narrantur. Smindyrides ἦν ναυὶ πεντηκοντόρῳ, quæ solæ illo tempore erant in usu, ¹⁾ **SEXAGESIMA SERVUS DE FAMILIA SUA** remigibus utebatur τοὺς ἐρέτας ἔχων ἰδίους οἰκέτας), in quorum numero erant alii discatores, alii aucupes, alii coqui. Intelligisne iam Athenæi dormitantis errorem? Quemadmodum enim pag. 500 c in Ephori **INDEX** alias res agens legit: ἐκαλεῖτο Δερκυλίδας ὁ Λακεδαιμόνιος **ΚΥΦΟΣ** pro **ΚΙΤΦΟΣ** et pag. 326 b. ταυλωπία pro τ' ἕλωπία, et pag. 751 d. ἀποτράγημα ἀλώπεκος pro ἈΠΟΠΑΓΗΜΑ, sic hoc loco apud Timæum, quum esset scriptum **ΔΙΟΤΣ**, sibi visus est **ΧΙΑΙΟΤΣ** videre.

Decepit Aelianum, sed posthac neminem, ut spero, deceptus est.

C. G. COBET.

1) Vitiosa admodum, ut in Excerptis solet, oratio est. Leg. τοῦτον γὰρ — ἀχθῆναι ἐκ Συβαρέως ἐν πεντηκοντόρῳ κτῆ.

HERODOTEÆ.

(Continuantur ex XI pag. 160.)

HERODOTI HISTORIÆ recensuit HENRICUS
STEIN.
Berolini 1869—1871.

AD LIBRUM TERTIUM.

III. 1: ἄγων καὶ ἄλλους τῶν ἦρχε καὶ Ἑλλήνων Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας.

Multo usitatior componendi forma est quae in Codice R legitur: ἄγων ἄλλους ΤΘ τῶν ἦρχε καὶ κτέ. Sic saepe dicitur: αὐτός τε — καὶ τοὺς ἄλλους ἐκέλευε, ἐτ αὐτός τε — καὶ τῆ στρατιῇ παρήγγειλε, ἐτ αὐτούς τε ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν, vid. ad II. 1. cf. Herod. I. 1: τῆ τε ἄλλῃ — καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. III. 61: τῆ τε ἄλλῃ — καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον. III. 152: ἄλλοισί τε σοφίσμασι καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἰλέσφεας, et sic passim alibi.

III. 1: αἴτεε δὲ ἐκ βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν [ἐπρήξε ταῦτα] ὅτι μιν ἐξ ἀπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων ἔκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας παρὰ Ἄμασιν αἴτεε ἰητρὸν ὀφθαλμῶν ὃς εἶη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ· ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος ἐνῆγε — τὸν Καμβύσεα κτέ.

Primum repone μεμφόμενος Ἄμάσι pro Ἄμασιν. Tragicorum est dicere:

οὐ μέμφομαι σε, δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις.

Herodotus autem, ut cap. 4: *μεμφόμενος κού τι Ἀμάσι scribere solet.* Cf. VI. 124: *ἴσως τι ἐπιμεμφόμενοι Ἀθηναίων τῷ δήμῳ, et sic saepius.*

Deinde expunge verba: *ἔπρηξε ταῦτα.* Non possunt sic divelli *μεμφόμενος Ἀμάσι ὅτι μιν — ἔκδοτον ἐποίησε.* Herodotus quum instituisset dicere *μεμφόμενος Ἀμάσι* multis interpositis orationis filum resumit et redintegrat verborum tenorem consueta forma: *ταῦτα ΔΗ ἐπιμεμφόμενος κτέ.*

III. 1: *αἴτεε δὲ ἐκ βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγύπτου,* et post pauca: *ἐνήγε τῆ συμβουλῆ.* Veram lectionem servavit R.: *ἐκ συμβουλῆς,* unde in sqq. emendandum: *ἐνήγε τῆ συμβουλή.* *Συμβουλή* et *συμβουλή* quamquam saepe in libris confunduntur tamen facile discerni possunt: *συμβουλή* est *consultatio, deliberatio,* *συμβουλή* est *consilium quod quis cui dederit.* Ut *συμβουλή* respondet verbo *ἄμα βουλευέσθαι,* sic *συμβουλή* verbo *συμβουλεύειν* respondet. Cf. VII. 151: *σὺ δὲ μιν συμβουλήν ἐνδεξαι,* et post pauca: *συμβουλεύω τοι αἰ tu consilium a me accipe et do tibi consilium.*

III. 1: *μετὰ δὲ χρόνον ὧς μιν ἠσπάζετο πατρώθεν ὀνομάζων.* Rectissime Stein *Καμβύσης* inserebat, sed post *ἠσπάζετο* collocabat. Malim: *ὧς μιν Καμβύσης ἠσπάζετο,* quia arctissime coniuncta sunt: *ἠσπάζετο πατρώθεν ὀνομάζων, salutat verbis, o filia Amasidis, προσεῖπε λέγων ὧ θύγατερ Ἀμάσιος.* Ad haec igitur puella respondet: *non sum Amasidis filia, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθάνεις;*

Quid sit *πατρώθεν ὀνομάζειν* optime intelligitur e loco Platonis in *Lyside* pag. 204 e: *οὐ γὰρ πάνυ τι αὐτοῦ τούνομα λέγουσιν ἀλλ' ἔτι πατρώθεν ἐπονομάζεται,* id est: salutant eum non ὧ Ἄσι, sed ὧ *παῖ Δημοκράτους,* nempe διὰ τὸ σφόδρα τὸν πατέρα γινώσκουσαι αὐτοῦ. Sic factum est ut esset haec et perihonorifica compellatio, ὧ *παῖ Καμβύσεω,* ὧ *παῖ Γωβρύεω* et sim.

Cf. I. 124: ὧ *παῖ Καμβύσεω.*

III. 4: ὧ *παῖ Κύρου.*

III. 71: ὧ *παῖ Ἐστάσκειος.*

VII. 14: ὧ *παῖ Δαρείου.*

IX. 78: ὧ *παῖ Κλεομβρότου.*

Sic intelligimus vitiosos esse locos omnes ubi his nomer additur, ut in *Iyside* pag. 204 ὁ: ὦ καὶ Ἱερωνύμου [Ἰππόθαλες], dicam de ea re alio loco.

Quam mendaces in historia Aegyptii fuerint declarat locus Herodoti III. 2: Αἰγύπτιοι δὲ οἰκηιοῦνται Καμβύσεια, Φάμενο μιν ἐκ ταύτης δὴ τῆς Ἀπρίω θυγατρὸς γενέσθαι. Κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα παρὰ Ἀμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα ἀλλ' οἱ Καμβύσεια. et post pauca: παρατράπουσι τὸν λόγον προσποιούμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶναι.

Leniter ad haec Herodotus: λέγοντες δὲ ταῦτα οὐκ ὀρθῶς λέγουσι, sed simul aperit fraudem eorum, qui sic *fidem rerum gestarum perverterint* et scientes illos fallere vanitate ducto invictis argumentis demonstrat.

III. 4: καὶ γνώμην ἱκανὸς καὶ τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος.

Recte liber Vaticanus πολέμια, ut Herodotus solet. Cf. V 78: οὐδαμῶν τῶν σφεας περιουκόντων ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνους

III. 4: μεταδιώκει δὲ τῶν εὐνούχων τὸν πιστότατον ἀποσείλα τριήρει ΚΑΤ' αὐτόν. Mendose scriptum est in R. εἰς ταῦτέ (sic). Nihil verius quum vulgata. Aristophanes Av. 1177:

οὐκουν περιπλόους ἐχρῆν

πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

ubi Scholiasta: τὸ χῖ πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τὴν·

χθιζὸς ἔβη ΚΑΤΑ δαῖτα.

Conf. *Var. Lectt.* pag. 109.

Restituendum est κατ' αὐτόν apud Aelianum in *Hist. An.* III. 46. ubi editur: ὄχετο ἀπιὼν εἰς τὴν ἔρημον· ἀγανακτεῖ βασιλεὺς καὶ πέμπει κατ' αὐτόν τοὺς ἀΦαρισσομένους.

III. 4: ὀρμημένῳ δὲ στρατεύεσθαι Καμβύσει ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἀπορέοντι [τὴν ἔλασιν] ὅπως τὴν ἀνδρὸν διεκπερᾷ.

Ubi deleveris τὴν ἔλασιν omnia recte et ordine procedentium esse videtur ex iis quae continuo sequuntur: ἐξηγήεται δὲ καὶ τὴν ἔλασιν.

Scrupulum iniicere posset locus IV. 179: καὶ οἱ ἀπορέοντι τὸ ἐξαγωγὴν λόγος ἐστὶ Φανῆναι Τρίτωνα, si sanus esset; sed neq̄

ἐξαγωγή hic locum habet et ἀπορεῖν τὴν ἔλασιν, αὐτὴν τὴν ἐξαγωγὴν, soloecum est.

Expedita erunt omnia si solum ἀπορέοντι retinueris. cf. I. 75: ἀπορέοντος γὰρ Κροίσου ὅπως οἱ διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατός. I. 191: ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο.

III. 4: παραινέων πέμψαντα παρὰ τὸν Ἀραβίων βασιλέα δέεσθαι τὴν διέξοδόν οἱ ἀσφαλέα πρρασχεῖν.

Suspicio τὴν Δίοδον verum esse, quia διέρχομαι et διήμι et δίοδος in ea re trita sunt et saepissime etiam in Herodoti libris δι- et διεξ-, et δίοδος - ἔξοδος - διέξοδος confunduntur. III. 117: ἀποκεκληϊμένον δὲ τοῦ ὕδατος τῆς διεξόδου, in A B est ἐξόδου, recte, in R διεξόδου. IV. 11: θάψαντας δὲ οὕτω τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρας ποιέεσθαι, R. solus perperam τὴν διέξοδον, sententia enim postulat οὕτω ἐξιέναι ἐκ τῆς χώρας, non διεξιέναι. Qui per alienos fines transire vellet solebat δίοδον αἰτεῖν vel αἰτεῖσθαι. Aristophanes Av. vs. 188:

ἦν ἰέναι βουλόμεθα

Πυθῶδε Βοιωτοῦς Δίοδον αἰτούμεθα.

Opponitur δίοδον διδόναι vel παρέχειν.

III. 5: τὰ ἐμπόρια τὰ ἘΠΙ θαλάσσης.

Sic optime R. male A B. τὰ ἀπὸ θαλάσσης. Sic Attici dicebant τὰπὶ Θράκης χωρία et τὰπὶ Θράκης.

III. 6: κεράμιον οἰνηρὸν κεινὸν οὐκ ἔσι — ἰδέσθαι.

Pro κεινὸν stulte scriptum est in A B κείμενον. Verum servavit R.

III. 7: σάξαντες ὕδατι.

Sic unus omnium Codex R pro ἔξαντες, solus, ut tam saepe alibi, servans antiquam scripturam. Quod in libris est ἔξαντες ne Graecum quidem est, nam ἔλω habet futurum ἔλω, sed aoristum εἴλωσα, non εἴλω, nisi apud ineptos scriptores sequioris aetatis, Philostratum similesque, qui et εἴρψα dicebant pro εἴρψα.

Saepe apud Herodotum coniuncta videbis ἔλκειν, ἐλκύσαι, εἰλκύσθαι, ἐλκυσθῆναι, et in compositis κατέλκειν, κατελκυσθῆναι.

III. 7: *πέμψας παρὰ τὸν Ἀράβιον ἀγγέλους.*

In R legitur: *παρὰ τὸν Ἀράβιον βασιλέα ἀγγέλους.* Interpolatum est *βασιλέα.* Constanter enim Herodotus aut δ' Ἀράβιος dicit, aut δ' Ἀραβίων βασιλεύς, nunquam δ' Ἀράβιος βασιλεύς et sim. sexcenta. Paucos locos vide.

I. 73: *ὁ Κίλιξ et ὁ Βαβυλώνιος.*

II. 161: *ἐναυμάχῃ τῷ Τυρίῳ.*

III. 9: *ἐποίησατο ὁ Ἀράβιος et post pauca: τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων.*

VIII. 98: *ὁ Σιδώνιος, Τύριος, Ἀράδιος, Κίλιξ, Λύκιος et alii.* Alterius formae exempla sunt;

I. 2: *τὸν Κόλχων βασιλέα.*

III. 4: *τὸν Ἀραβίων βασιλέα.*

VII. 11: *τοῦ Σαλαμινίων βασιλέος.*

VIII. 87: *τοῦ Καλυνδέων βασιλέος.*

Ad loci nostri modum interpolatum est II. 118: *ὁ Αἰγύπτου [βασιλεύς].* VII. 67: *ὁ Σιδώνιος [βασιλεύς].*

Saepe contemtim dicebant *ὁ Μῆδος, ὁ Πέρσης, ὁ βάρβαρος* ut postea *ὁ Μακεδόν.* Xenophanes apud Athen. pag. 54. c:

τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόσα τοι ἔτη ἐς Φέρισε;

πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;

etiam de regulis ita loquebantur *ὁ Τύριος, ὁ Σιδώνιος, ὁ Ἀράδιος.*

III. 8: *τοῦτο δὲ ποιέων ἐπικαλεῖ τε τὸν Διδύσσον καὶ τὴν Οὐρανίην.*

Recte R: *ἐπικαλεῖ τὸν τε Διδύσσον, quod reponendum..*

III. 8: *κείρονται δὲ ΠΕΡΙΤΡΟΧΑΛΑ.*

Iterum R solus veram lectionem servat, in ceteris est *ἸΠΟΤΡΟΧΑΛΑ*, sine sensu. Photius ex Aelio Dionysio: *Περιτρόχαλα κείρονται.* Ἡρόδοτος. Stein suspicatur Photium a correctore Graeculo lectitatum fuisse, Praefat. pag. XXX, quem et alia complura „*ex accurata auctorum lectione collegisse*” opinatur. Cras credam.

Περιτρόχαλα κείρεσθαι apud multos legitur, quos enumerat Dindorf ad St. Τη. Proferam unum ut mendum eximam. Plutarch. *de mulierum virtutibus* pag. 261 f: *τοὺς μὲν ἄρρενας*

παῖδας ἤσκει κόμαις (leg. κομᾶν) καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας.

Non est ulla dubitatio quin περιτρόχαλα κείρεσθαι ab Herodoto sumserit.

III. 10: ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ — ἐτρατοπεδεύετο Ψαμμήνιτος — ὑπαμένων Καμβυσέα.

Alienum est a loci sententia ἐτρατοπεδεύετο, castra ponebat. Quod requiritur castra habebat, erat in castris est ἐτρατοπέδιστο.

III. 10: ἐπὶ Ψαμμηνίτου — βασιλεύοντος.

Sic R perperam; A B βασιλεύσαντος.

III. 11: οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου.

Dele οἱ ex praecedente syllaba male repetitum.

III. 11: ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες [ἐπίκουροι] οὕτω δὴ συνίβαλον.

Aufer importunum ἐμβλημα. Dici poterat οἱ ἐπίκουροι πάντες, sed ἐπίκουροι prorsus est supervacaneum.

III. 12: χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων ἐκέετο τὰ ὄσέα — ἐτέρωθεν δὲ τῶν Αἰγυπτίων.

Egregia lectio est in Codice R. κέεται pro ἐκέετο, ut statim sequitur: αἱ τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω κτέ.

Etiam quum haec ab Herodoto scriberentur, caesorum cada- vera strata erant per desertum campum.

III. 12: Aegyptiorum capita, inquit, durissima sunt; μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαρρήξειας.

In Codice Vaticano est διΑΡΑΞειας, minime spernendum. Ἄράσσειν est verbum antiquum pro κόπτειν, ἀπαράσσειν = ἀποκόπτειν, ἐξαράσσειν = ἐκκόπτειν et alia. Sic igitur pro διακόψαι dicebant διαράξαι. Apud Homerum est Iliad. Ξ 497:

ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε

αὐτῆ σὺν πύληκι κάρη.

Cf. Π 116. Herodotus V. 112: ἀπαράσσει τοῦ ἵππου τοῦς πόδας. Cf. quae annotavimus ad Dionysium Halicarn. pag. 109.

III. 13: οἱ Λίβυες τοιαῦτα ἐποίησαν.

Imo vero *idem* fecerunt, et se suaque omnia Cambysi dederunt. Recte igitur R: ἕτερα τοιαῦτα ἐποίησαν.

III. 14: κατίσας ἐς τὸ πρόασιον ἐπὶ λύμῃ τὸν βασιλέα Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον βασιλεύσαντα μῆνας ἕξ, τοῦτον κ. σ. κτέ.

Fert loquendi usus ut post repetitum κατίσας sequatur τοῦτον ὧν κατίσας κτέ.

III. 14: ὡς δὲ βοῆ τε καὶ κλαυθμῶ παρήϊσαν αἱ παρθένοι πτοῦς πατέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἄνεβδών τε καὶ ἀντέκλ:

Rescribe Ἄντεβδών ut Ἄντέκλαιον, *reddebant clamorem*.

III. 14: ὃ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκήϊα ἦν μέζω [κακά] ἢ ἀνακλαίειν.

Multo melius κακά aberit, quod inutile est et loco non positum. Divelli non possunt μέζω ἢ ὡς ἀνακλαίειν.

III. 14: μαθὼν τὸν παῖδα ἠΓεόμενον ἐπὶ θάνατον.

Restituendum ἠΓόμενον, ut omnes constanter in ea re dabant, ut Latine *ad mortem ducere*. ἠγείσθαι est *praeire*, et *monstrare* et passiva eius verbi forma non est in usu.

III. 15: τὸν μὲν δὴ παῖδα εὔρον [αὐτοῦ] οἱ μετιόντες οὐ περιέοντα.

Rectissime A B molestum αὐτοῦ omittunt.

III. 15: εἰ δὲ καὶ ἠπισήθη μὴ πολυπρηγμονέειν ἀπέλαβε Αἴγυπτον.

Plato *de Legibus* pag. 686 d: εἰ τις ἄρα ἠπισήθη καλῶς α χρῆσθαι et 687 a: εἰ κατὰ τρόπον ἠπισήθησαν τάξαι τὸ ερ πεδον et saepius aliis locis.

Post pauca soloecum est: εἰ καὶ σφῶν ἀποσέωσι pro ἦν Levi errore in R scriptum est ἦν καί.

III. 16: μασιγοῦν ἐκέλευε (cadaver Amasidis) καὶ τὰς τρίλ ἀποτίλλειν καὶ κεντοῦν.

Non est Graecum κεντοῦν pro κεντεῖν. Veram lectionem exhibet R. κεντροῦν.

III. 16. a Stobaeo recipiendum: Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ et post pauca: Αἰγυπτίοισι δὲ νερόμισαι τὸ πῦρ θηρίον εἶναι. In libris nostris τό bis omissum est, quod in tali verborum compositione est necessarium.

III. 16: τὸ ὦν κατακαίειν [γε] τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισι ἔστι.

Absurdum γε in R. omissum est.

Post pauca ex R supplendum: οὕτω ΔΗ οὐδετέροισι νομιζόμενα ἐπέλετο ποιέειν ὁ Καμβύσης.

III. 16: οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθὼν ἀλλὰ ἄλλος τις τῶν Αἰγυπτίων.

R. τῶν τις rectissime, nam sic expuncto ἄλλος legendum: ἀλλὰ τῶν τις Αἰγυπτίων ex perpetua Herodoti consuetudine.

Post pauca: πυθόμενος — ὁ Ἄμασις τὰ περὶ ἑωυτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι; potior est libri Vaticani lectio: τὰ περὶ ἑωυτὸν μέλλοι ἀποθανόντα γίνεσθαι. Scriba τὰ articulum esse ratus μέλλοντα pro μέλλοι dedit.

III. 16: αἱ μὲν νυν — ἐντολαὶ αὐταὶ — οὐ μοι δοκέουσι ἀρχὴν γενέσθαι, ἄλλως δ' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν.

Nunc quidem aperte et libere Aegyptiorum fraudes et mendacia redarguit, etiam nunc leniore vocabulo usus σεμνοῦν pro ψεύδεσθαι.

III. 20, νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς — καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν βασιλιήν τοιῶδε· τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρῖνωσι μέγισόν τε εἶναι καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν τοῦτον [ἀξιοῦσι] βασιλεύειν.

Neque ἀξιοῦσι loci sententiae aptum est, neque omnino verbo finito opus. Opem fert Codex R. qui ἀξιοῦσι rectissime omittit. Ut dicitur νόμος ἐστὶ τὸν πρεσβύτατον βασιλεύειν, sic Herodotus dixit: νόμῳ χρᾶσθαι τοιῶδε· τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον βασιλεύειν. Cf. III. 2: νόθον οὐ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεύσαι γνησίου παρεόντος.

III. 20: κάλλισοι ἀνθρώπων πάντων.

Melius R. Ἀπάντων, ut in oraculo:

ἀνδρῶν δ' ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

III. 22: ὁ δὲ σιτέεσθαι μὲν ΤΟΝ ἄρτον εἶπον.

Inepte additur articulus. Leg. σιτέεσθαι μὲν ΑΥΤὸν ἄρτον εἶπον.

Post pauca ab R accipe οὐδὲν ἔφη θαυμάζειν pro ἔφη οὐδέν. Non est enim Graecum Φημι οὐ θαυμάζειν, sed οὐ Φημι θαυμάζειν. Ut οὐ Φάναι est negare, οὐκ ἔαν νετατε, οὐκ ἀξιοῦν et οὐ δικαιοῦν polle, οὐ δοκεῖν dissimulare, οὐ συμβουλεύειν διασuaδere, ut VII. 46: οὐ συμβουλεύων Ξέρξη στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

III. 22. in R. scriptum est εἰπάντων δὲ — εἰπάντων δὲ — ἄρτον εἶπαν, in A B bis εἰπόντων et εἶπον, quod non praetulerim.

Scribendum esse III. 22. ὑπερησθεις τῷ πΩματι et: εἰ μὴ τῷ πΩματι ἀνέφερον pro πόματι alio loco ostendam.

III. 22: τούτῳι γὰρ ἑωυτοῦς ὑπὸ Περσέων ἐσσοῦσθαι.

Quod in ea re boni scriptores usurpant τοῦτο fideliter in R servatum est. Demosthenes pro corona pag. 226: πολλὰ μὲν — ἐλαττοῦμαι — ἐν μὲν — ἕτερον δέ.

III. 23: ἐπὶ κρήνην σφι ἠγήσασθαι.

In R est: ἐπὶ κρήνην τινὰς Φησιν, in quo latet: ἐπὶ κρήνην ΤΙΝΑ ΣΦΙΣΙ.

Deinde pro λούμενοι scribe λούμενοι.

III. 24 bis editur ἐξ ὑέλου, ubi R ἐξ ὑάλου servavit, quod verum est. cf. Naber ad Photium v. Ἔαλος διὰ τοῦ α, οὐχὶ ὕελος.

III. 25: Ἑλλήνων μὲν τοὺς παρεόντας αὐτοῦ τάξας ὑπομένειν.

R. αὐτοῦ ταύτη τάξας, ut Herodotus scribere solet.

III. 25: ἐπίετε δὲ ΣΤΡΑΤευόμενος ἐγένετο ἐν Θήβησι.

Ineptum est *τρατευόμενος*. Vera scriptura in solo Vaticano libro superest *ΠΟΡευόμενος*. Cf. IV. 84: *ἐπίτε πορευόμενος — ἀπίκετο — ἐπὶ τὸν Βόσπορον*. IV. 143: *πορευόμενος ἀπίκετο ἐς Σηδόν*.

Paucis ante versibus: *ὡς ἤκουε τῶν Ἰχθυοφάγων ἐτρατεύετο*, restitue *ἤκουσε* ex Codice R.

III. 26: *ὀνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν Μακάρων νῆσος*.

Herodoti manum servavit R *Μακάρων νῆσοι*, item Olympiodorus et Eustathius a Steinio laudati. Quid notius quam *μακάρων νῆσοι*? ut in antiquo scolio:

νήσοις δ' ἐν Μακάρων σέ Φασιν εἶναι.

et in *Vespis* vs. 639:

*κἄν Μακάρων δικάζειν
αὐτὸς ἔδοξα νήσοις.*

et passim apud alios.

III. 26: *ἄλλοι οὐδένες οὐδὲν ἔχουσι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν*.

Herodotus numquam dixit *οὐδένες* aut *μηδένες*, sed constanter *οὐδαμοί* et *μηδαμοί*. III. 15: *οὐδαμοί καὶ Πέρσας κακὰ πλέω ἐργάσαντο* et passim alibi. Itaque *οὐδαμοί οὐδὲν* restituendum est.

Præterea legendum: *λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ τῶν Ἀμμωνίων* pro *ὑπ' αὐτῶν*. Natus error est e verbis vicinis: *ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμώνιοι καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες*.

III. 27: Cambyses *ἐκάλεε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος, ἀπικομένους* δὲ ἐς ὄψιν εἶρετο ὃ, τι πρότερον μὲν — *ἐποίηεν τοιοῦτον οὐδέν*.

Eximia lectio est in R solo: *ἀπικομένους* δέ, namque ita optimus quisque scriptor verba componere solet. III. 23: *ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένους ἀγαγεῖν σφεας*, non *ἀπαλλασσομένους*. I. 3: *τοὺς δὲ προϊσχομένους ταῦτα προφέρειν σφί Μηδείης τὴν ἀρπαγὴν*, non *προϊσχομένους*.

Plura vide ad I. 4. pag. 70: *τὸ δὲ ἀρπασθεισῶν σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν*.

III. 27: οἱ δὲ ἔφραζον ὡς σφι θεὸς εἶη φανεῖς διὰ χρόνου πολλοῦ ἑωθὼς ἐπιφαίνεσθαι.

Non est haec Graeca compositio εἶη φανεῖς. Emendandum est: ὡς σφι θεὸς Ἐπιφανείη.

Promiscue in ea re ponitur φανῆναι, ἐπιφανῆναι et ἐπιφανῆς γενέσθαι, ut cap. 27: ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ἼΑπιδ, et ἐπιφανέος δὲ τούτου γενομένου, et ὡς σφι θεὸς ἐπιφανείη διὰ χρόνου πολλοῦ ἑωθὼς ἐπιφαίνεσθαι, et ἐπεὰν φανῆ.

In capituli initio ex Codice R assumenda copula est εἴμκτὰ ΤΕ ἐφόρεον.

III. 28: τοσαῦτα δὲ εἴπας ἀπάγειν ἐκέλευε τὸν ἼΑπιδ τοὺς ἱρέας· οἱ μὲν δὴ μετήϊσαν [ἄξοντες].

Optime R ἄγειν ἐκέλευε pro ἀπάγειν, quod non est huius loci. Deinde expunge importunum ἄξοντες, quae notio inest in μετήϊσαν. III. 19: μετεπέμπετο — τοὺς ἐπισαμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλώσσάν· ἐν ᾧ δὲ τούτους μετήϊσαν κτέ.

III. 29: ἄξιός μὲν [γε] Αἰγυπτίων οὗτός γε ὁ θεός.

Apparet alterutrum γε vitiose abundare. Optime igitur prius γε Vaticanus liber omisit.

III. 30: ἀποιοχόμενου ὧν ἐς Πέρσας τοῦ Σμέρδιος — πέμπεῖ Πρηξάσπεα [ἐς Πέρσας], ὅς ἦν οἱ ἀνὴρ Περσέων πιστότατος, ἀποκτενέοντά μιν.

Inepte repetitum et importuno loco insertum ἐς Πέρσας delendum.

III. 30: δεισας περὶ ἑωυτοῦ.

Requiritur dativus περὶ ἑωυτῶ. III. 35: περὶ ἑωυτῶ δειμαζοντα.

III. 31: ἐξεργάσατο τὴν ἀδελφεὴν Ἐσπομένην οἱ ἐς Αἴγυπτον.

Vitiosa forma est apud Iones et Atticos ἔσπομένην. Dicebant ἔσπομαι et ἐφέσπομαι et in aoristo ἔσπετο et ἐφέσπετο, sed in ceteris modis forma simplex non est in usu, sed composita tantum. Itaque ἔσπετο habet respondentes sibi formas ἐπίσπρωτι, ἐπίσπηται, ἐπισπέσθαι et ἐπισπόμενος.

Veram scripturam iterum solus R servavit ἐπισπομένην. Emen-
date scriptum est paucis post versibus: τουτέων δῆτα τὴν νεωτέ-
ρην Ἐπισπομένην οἱ ἐς (sic lege pro ἐπ') Αἴγυπτον κτείνει.

III. 31: — τὴν ἀδελφεὴν — τῇ καὶ συνοίκεε καὶ ἦν οἱ ἌΠ' ἀμφοτέρων ἀδελφεή.

Corrigendum: ἦν οἱ ΠΡΟΣ ἀμφοτέρων ἀδελφεή, ut Veteres omnes in tali re loqui solent: θεῖος πρὸς πατρός, πρὸς μητρός et similia omnia. VII. 166: Καρχηδόνιον ἐόντα πρὸς πατρός, μητρὸν δὲ Συρηκόσιον.

III. 31: Cambyses εἶρετο καλέσας τοὺς βασιληῖους δικαστάς.

Recte R τοὺς βασιληῖους καλεομένους δικαστάς, nam sic Herodotus declarat illos iudices non a se, sed a Persis regibus appellari, et ita recte pergit: οἱ δὲ βασιλήϊοι δικασταὶ κεκριμένοι ἄνδρες γίνονται Περσέων. Quod apud Hesychium legitur: Βασιλῆϊοι δικασταί: παρ' Ἡροδότῳ οἱ βασιλεῖ παράνομον (τι) ἐργαζομένῳ ἐναντιούμενοι, natum est ex grammatici errore. Nempe ἐν βαρβάροις πάντα δοῦλα πλὴν ἐνός.

et regii iudices apud Herodotum expronunt legem: τῷ βασιλεῦσι Περσέων ἐξεῖναι ποιεῖν τὸ ἂν βούληται.

III. 31: εἰρομένου ὧν τοῦ Καμβύσεω ὑπεκρίνοντο — καὶ δίκαια καὶ ἀσφαλέα.

Quia semel tantum hoc responsum regi datum est recipiendum erat ex Codice R ὑπεκρίναντο.

III. 31: μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε ἄλλην ἀδελφεήν.

Recte in R scriptum est: ἔσχε ΚΑΙ ἄλλην, nam duas sorores simul habebat uxores, quarum natu minor eum in Aegyptum secuta est. τουτέων δῆτα τὴν νεωτέραν ἐπισπομένην οἱ ἐπ' (leg. ἐ:) Αἴγυπτον κτείνει. Recte R τουτέων ΔΗ τὴν νεωτέραν.

III. 32: Ἕλληνες λέγουσι Καμβύσεα συμβαλεῖν σκυμνὸν λέοντος σκύλακι κυνός. — νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος ἀδελφεὸν αὐτοῦ [ἄλλον σκύλακα] ἀπορρήξαντα τὸν δεσμὸν παραγενέσθαι οἱ.

Ecquis est qui verborum ἄλλον σκύλακα patrocinium susci-

pere velit? Quod in R legitur: ἀδελφεὸν ἄλλον αὐτοῦ σκύλακx, arguit in vetusto libro sic scriptum fuisse:

Ἄλλον σκύλακx
ἀδελφεὸν αὐτοῦ
ἀπορρήξαντα.

III. 32: — Αἰγύπτιοι δὲ ὡς τραπέζῃ παρακατημένων λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτίλαι καὶ ἐπανειρέσθαι τὸν ἄνδρα κότερον περιτετιλμένη ἢ θρίδαξ ἢ δασέα εἶη καλλίων.

Quod in R scriptum est ΠΕΡΙκατημένων genuinum videtur. Item quod in exitu loci liber idem exhibet: κότερον περιτετιλμένη ἢ θρίδαξ ἢ δασέα ἜΟΤCA εἶη καλλίων, ut participium participio respondeat. Praeterea εἴωσα facile excidere poterat, sed quis tandem id de suo addidisset?

III. 33: ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκηῖους ὁ Καμβύσης ἐξεμάνη.

Multo melioris scripturae vestigia sunt in R οἰκειοτάτους, quod οἰκηιοτάτους scribendum. cf. V. 5: σφάζεται — ὑπὸ τοῦ οἰκηιοτάτου ἐωυτῆς. III. 65: τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἐωυτοῦ οἰκηιοτάτων.

III. 34: καὶ οἱ τὰς ἀγγελίας Ἐσφόρει οὗτος.

Φορέειν τὰς ἀγγελίας nihil est. Verum vidit Naber reponens ἀγγελίας Ἐσφόρει. Recte in R scriptum est I. 114: τὰς ἀγγελίας Ἐσφόρειν pro φέρειν, quod est in AB. Cf. III. 77: ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι. Certiorem multo fidem habet ἐσφέρειν quam ἐσφορέειν, quamobrem praetulerim: τὰς ἀγγελίας ἐσέφερε οὗτος.

III. 34: οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσι.

Ex R interpone τῇ γινομένη κρίσι.

Post pauca pro εἰ — τύχοιμι — Πέρσαι φανέονται λέγοντες οὐδέν, multo melior est Codicis Vaticani lectio: ἦν — τύχῳ.

Deinde pro καὶ με μὴ σωφρονέειν (in R est καὶ ἐμὲ) restitue crasin κάμει.

Continuo sequitur: ταῦτα δὲ εἰπόντα καὶ διατείναντα τὸ τόξῳ βαλεῖν [τὸν παῖδα].

Tolle emblema. Sententia requirit ἀφεῖναι τὸ βέλος. Cf.

icina: οὐδ' ἂν αὐτὸν ἐγωγε δοκέω τὸν θεὸν οὕτω ἂν καλῶς ἰαλεῖν.

III. 35: σύ νυν μάθε εἰ λέγουσι Πέρσαι ἀληθέα εἶτε αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι.

Corrige εἴτε λέγουσι — ἀληθέα.

III. 36: ἀγαθῶν τε πρόνοον εἶναι.

Sic Stein edidit male sprete Reiskii emendatione: ἀγαθὸν τοὶ πρόνοον εἶναι. In R est ἀγαθὸν τι. Quis nescit τι et τοὶ passim inter se mutare locum?

III. 36: σύ καὶ ἐμοὶ τολμᾶς συμβουλεύειν, ὅς — ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὄλεσας τῆς σεωυτοῦ πατρίδος κακῶς προσάς, ἀπὸ δὲ [ὄλεσας] Κῦρον πειθόμενον σοί.

Expungendum esse ὄλεσας hi loci declarant: II. 141: κατὰ μὲν Φαγεῖν τοὺς Φαρετρεῶνας αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ τόξα. III. 126: κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιθροβάτεα — κατὰ δὲ τοῦ Μιθροβάτεω τὸν παῖδα. V. 81: κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δῆμους. VIII. 33: κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρυμὸν πύλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην. VIII. 89: ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγός — ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί. IX. 5: κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναικα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. Eadem forma usus h. l. dederat: ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὄλεσας — ἀπὸ δὲ Κῦρον.

Praeterea pro πειθόμενον perspicuum est πιθόμενον reponi oportere.

III. 36: εἰ μὲν μεταμελήσῃ τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπιζητήσῃ τὸν Κροῖσον — ἦν δὲ μὴ μεταμέληται μηδὲ ποθέη μιν.

Veram lectionem solus R habet hancce: εἰ μὲν μεταμελήσῃ — καὶ ἐπιζητήσῃ. Promiscue et eodem sensu ponuntur εἰ cum futuro, veluti:

εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ' ἀποκτενεῖ σ' ὁ Φύς.

et ἦν cum coniunctivo. Herodotus igitur sic orationem variavit.

III. 37: ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἦλθε καὶ πολλὰ τῷ ἀγάλματι ατεγέλασε. Cf. III. 38: ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι — καταγελαῶν.

III. 155: δεινόν τι ποιούμενος Ἀσσυρίους Πέρσησι καταγεῶν.
 IV. 79: ἡμῖν καταγεῶτε. VII. 9: Ἴωνας — οὐκ ἔασεις κατα-
 γεῶσαι ἡμῖν. Sine controversia hi loci omnes labem et vitium
 contraxerunt. Ubi κατὰ cum dativo iungi poterit, tum demum
 καταγεῶν τινί pro τινός recte dictum erit. Vera ratio uno
 tantum loco reperitur V. 68: ἐνθα καὶ πλεῖστον κατεγέλασε τῶν
 Σικυωνίων. Fieri potest ut veteres glossae ἐγγάσκειν, ἐγγαεῖν
 perierint, fieri potest ut verbum ἐμπαίζειν usurpaverit, fieri po-
 test ut forma tragica ἐγγεῶν τινί Herodotus usus fuerit, sed
 ut rectum sit τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε et similia, id vero fieri
 non potest.

III. 37: ταῦτα δὲ τὰ ἀγάλματα (τῶν Καβείρων) καὶ ἐπέφησε
 πολλὰ κατασκώψας. ἔσι ΔΘ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου.
 Multo melius est quod in R legitur: ἔσι ΓΑΡ καὶ ταῦτα.
 Indicat enim cur haec simulacra Cambyses deriserit: erant enim
 Vulcani simulacris similia, quae dixerat esse homunculos par-
 vulos et ridiculos.

III. 38: εἴ τις ΠΡΟΘεῖη πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι [κελεύων]
 νόμους τοὺς καλλίστους.

In AB scriptum est ΠΡΟΘεῖη, quae unice vera lectio est.
 Προστίθημί σοι est mando, negotium do tibi. I. 108: πρῆγμα τὸ
 ἂν τοι προσθέω μηδαμῶς παραχρήσῃ. III. 62: οὕτω μοι διέπρηξες
 τό τοι προσέθηκα πρῆγμα. et cum infinitivo componitur V. 30:
 οἱ Νάξιοι προσέθεσαν τῷ Ἀριστογόρῃ πρήσσειν τῇ δύναιτο ἄρισ-
 Ad hanc lucem deprehenditur vitium IX. 94: οἱ δὲ Ἀπολλων-
 νιῆται — ΠΡΟέθεσαν τῶν ἀσῶν ἀνδράσι διαπρήξαι, imo νεο
 ΠΡΟCέθεσαν, et sic nostro loco ex AB reponendum: εἴ τις
 ΠΡΟCθεῖη πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι νόμους τοὺς καλλίστους de-
 leto κελεύων, quod quam saepe magistelli de suo inserere so-
 leant multis locis ostendimus et in sqq. ostendemus.

III. 38: ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι νόμον πάντων βεσι-
 λέα [Φήσας] εἶναι.

Insititium et spurium est Φήσας additum ab eo qui quid
 esset ποιῆσαι (in carmine dixisse) non intellexerat. Vulgata sig-
 nificat: recte fecit quod dixit, sed non est haec Herodoti senten-

ι. Vid. ad IV. 14. ubi legendum: *δ ταῦτα ποιήσας, προ
τας.*

III. 39: *τριχῆ δασάμενος τὴν πόλιν** τοῖσι ἀδελφεοῖσι Παν-
αγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε.*

Supplendum esse suspicor: — *τὴν πόλιν (τὰ δύο μέρεα) τοῖσι
ιδελφεοῖσι — ἔνειμε. duas partes fratribus suis attribuit.*

III. 39: *ὅπου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρηε
εὐτυχέως.*

Quia sententia postulat *ὅποι*, non *ὅπου* scribendum more He-
rodotico: *ὅκη γὰρ ἰθύσειε.* Vid. ad I. 119: *τὸ ἐνθεῦτεν δὲ ὅκη
ἐπράπετο οὐκ εἶχον εἰπεῖν.* cf. I. 204: *ὅκη γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι
Κύρος, ἀμήχανον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγεῖν.*

III. 40: *καὶ κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ
μὲν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμαμάτων, τὸ δὲ Προσπταίειν.*

Leg. τὸ δὲ ΤΙ προσπταίειν.

Perinde est dicere *τῶν ἂν κήδωμαι* et *τοὺς ἐμοὺς Φίλους.* Po-
terat igitur Herodotus dicere *καὶ αὐτὸς καὶ τοὺς ἐμοὺς Φίλους*
τὸ μὲν τι εὐτυχέειν κτέ. et nominativum cum accusativo com-
ponere.

III. 40: *σύ ὦν νῦν ἐμοὶ πειθόμενος κτέ.*

Recipe ex A B σύ νυν ἐμοί.

III. 40: *ὅσις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε.*

*A B ὅσις ἕτερος οὐ κακῶς sine sensu. Veram lectionem ser-
navit Stobaeus et Codex R.*

III. 40: *τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο* et post pauca:
ὡς λαβὼν ὡς οἱ εὔ ὑπετίθετο Ἄμασις.

Perspicuum est ex huiusmodi locis verbi *ὑποτίθεσθαι* per-
fectum passivum esse *ὑποκεῖσθαι.*

III. 41: *ἐδίζητο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστ' αὐτὴν ψυχὴν ἀσθηεῖν ἀπολομένην.*

Antiquissimi libri barbaram formam exhibent *ἀσθειή.* Hic
loque R tulit opem.

Ignorabant Graeculi vocabula vetera ἄση et ἀσηθῆναι.

III. 41: ἦν οἱ σφρηγίς - σμαράγδου ΜΕΝ λίθου εὐῶσα, ἐρ.
ΔΘ [ἦν] Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου.

Compositio verborum clamat ἦν interpolatum esse.

III. 41: ὡς δὲ [ἀπὸ] τῆς νῆσου ἐκὰς ἐγένετο.

Ἄπό insertum est ab eo qui non intelligebat τῆς νῆσου πε-
dere ab ἐκὰς. Cf. VIII. 144: οὐκ ἐκὰς χρόνου παρέσαι ὁ βί-
βαρος, et saepius ἐκαστέρω et ἐκασάτω cum genitivo iunguntur.

III. 44: legitur in AB: — κτισάντων Σαμίων. Πολυκράτ-
δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσεα κτέ.

Locum integrum solus exhibet R: - κτισάντων ΣΑΜΙΩ-
(πέμψας δὲ κήρυκα λάθρη ΣΑΜΙΩΝ) Πολυκράτης παρὰ Καμβ-
σεα. Postquam amissa erant verba πέμψας — Σαμίων, qu-
cur perierint vides, corrector de suo supplevit Πολυκράτης Δ
ΠΕΜΨΑΣ.

Quia perutile est praesertim iunioribus videre quo pacto
locis lacunosis correctores grassentur, pauca de genere eode
subiiciam. VIII. 22. Θεμισοκλῆς ἐπορεύετο περὶ τὰ πότι-
ῦδατα ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι ΓΡΑΜΜΑΤΑ [τὰ Ἴωνες ἐπελθ-
τες τῆ ὕστερα ἐπὶ τὸ Ἄρτεμίσιον ἐπελέξαντο· τὰ δὲ ΓΡΑ-
ΜΑΤΑ] τὰδε ἔλεγε. In antiquiore libro, unde R manavit
perierant verba: τὰ Ἴωνες — τὰ δὲ γράμματα. Hinc in
nunc his omissis pro τὰδε ἔλεγε scriptum est λέγοντα τὰ

III. 140: ἐμοὶ μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνα-
σάμενός μοι [δός] τὴν πατρίδα Σάμον — ταύτην μοι ΔΟΣ ἄ-
τε φόνου καὶ ἐξανδραποδίσιος.

Perspicuum est prius δός inepte interpolatum esse. Sed
paret unde natum sit. In antiquo libro, unde R descrip-
tum est, perierant verba: ταύτην μοι δός - καὶ ἐξανδραποδίσι-
itaque corrector de suo δός addidit.

VII. 10: τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωυτοῦ
ΔΙΑΓΙΝΩΣΚΟΜΕΝ, [ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλω χρυσῷ Δ
ΓΙΝΩΣΚΟΜΕΝ] τὸν ἀμείνω.

Lacuna absumserat verba: ἐπεὰν δὲ — διαγινώσκομεν, quo facto corrector supplevit: ἐπεὰν δὲ συγκρίνηται τότε ῥᾶσα γινώσκομεν.

IV. 126: CT ΔΕ [σᾶς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι · εἰ δὲ συγγινώσκειαι εἶναι ἦσαν CT ΔΕ] — ἐλθὲ εἰς λόγους.

Lacuna hauserat verba: σᾶς τε καὶ — σὺ δέ. Supervenit corrector qui de suo interposuit; σὺ δὲ (σῆθι καὶ μάχεο · εἰ δὲ μή).

III. 45: οὐδὲ λόγος αἰρέει τῷ ἐπίκουροι [μισθωτοὶ] καὶ τοξόται οἰκήιοι ἦσαν πλήθει πολλοί, τοῦτον — ἐσωθῆναι.

Perineptum emblemata sine mora est eliminandum. Ἐπίκουροι sunt μισθοφόροι sive ξένοι, qui quoniam omnes mercede conducti *militabant* ridiculum est addere μισθωτοί. Opponuntur inter se ἐπίκουροι et οἰκήιοι, ut Athenis οἱ ξένοι et ἡ πολιτικὴ δύναμις. Cf. I. 154: ἄτε τὸν χρυσὸν ἔχων πάντα — ἐπικούρους ἐμισθοῦτο, et imprimis III. 54; ἐπεξῆλθον οἱ τε ἐπίκουροι καὶ αὐτῶν Σαμίων πολλοί.

Proverbiu instar est ἐξ Ἀρκαδίας ἐπίκουροι, quia Arcades plerique, quos patria inops non satis alebat, mercede militabant. Xenophon Hellen. VII. 1. 23: ἐπικούρων ὁπότε δεηθεῖεν τινες οὐδένας ἠροῦντο αὐτ' Ἀρκάδων. Herodotus III. 11: οἱ ἐπίκουροι [οἱ] τοῦ Αἰγυπτίου ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες.

Etiam alio nomine μισθωτοὶ vitiosum est. Non enim milites sic appellabantur, sed μισθοφόροι. Contra μισθωτοὶ sunt *messores* aut omnino operarum omne genus, qui servilibus ministeriis *fungebantur*; unde est illud Demosthenis: μισθωτὸν ἐγὼ σε Φιλίππου πρότερον καὶ νῦν Ἀλεξάνδρου καλῶ.

Praeterea recipiendum ex R ἐπίκουροὶ TE καὶ τοξόται οἰκήιοι.

III. 44: Καμβύσης — ἔπεμπε εἰς Σάμον δεησόμενος Πολυκράτους στρατὸν ναυτικὸν ἅμα πέμψαι ἐωυτῷ ἐπ' Αἴγυπτον. ὁ δὲ ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν οὓς ὑπάπτειε μάλιστα εἰς ἐπανάστασιν ἀπέπεμπε τεσσαράκοντα τριήρεσι.

Pro δεησόμενος in AB scriptum est δεόμενος, quae sine controversia unice vera est lectio, et vel de coniectura invitis Codicibus omnibus reponenda. Ex ipsa enim rei natura et con-

stanti loquendi usu dicebant aut ἔπεμψε λέγων aut τὸν ἐροῦντι τοὺς ἐροῦντας, sed ἔπεμψεν ἐρῶν incongruum est. Itaque ἔπεμψε δεόμενος rectissime habet, sed ἔπεμψε δεησόμενος vitiosum est.

In eodem loco miror quod dixit ἀπέπεμπε τεσσεράκοντα τριήρεσι, quoniam illis temporibus triremibus raro utebantur teste Thucydide I. 14: φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα πολλὰς γενεαὶ ὕστερα γενόμενα τῶν Τρωϊκῶν τριήρεσι μὲν ὀλίγα χρώμενα, πεντηκοντόροις δ' ἔτι et post pauca: Αἰγινῆται καὶ Ἀθηναῖοι καὶ εἴτινες ἄλλοι βραχέα ἐκέκτηντο καὶ τούτων τὰ πολλὰ πεντηκοντόρους. Diserte de Polycrate scribit Herodotus III. 39: ἔκτη δὲ πεντηκοντέρους τε ἑκατὸν καὶ χιλίους τοξότας. Unde igitur illi τεσσεράκοντα τριήρεις? Praeterea III. 45 *paucitatem* exulum commemorat: πρὸς δὲ τούτοις (R. τούτω recte) οὐδὲ λόγος αἰρεῖται, τῶ ἐπίκουροι τε καὶ τοξόται οἰκίῳ ἦσαν πλῆθει πολλοί, τούτων ὑπὸ τῶν κατιόντων Σαμίων ἜΟΝΤΩΝ ὈΛΙΓΩΝ ἐσσωθῆναι, sed τὰ πληρώματα τεσσεράκοντα τριήρων sunt VIII. millia virorum Suspisor in numero latere vitium. Fac non *quadraginta* sed *quatuor* triremes fuisse et viros octingentos et expedita sunt omnia. Facile credimus in insula Samo *octingentos* fuisse seditiones, qui Polycratis dominationem ferre non possent, non *octo millia*. Sic et reliqua bene congruunt.

III. 45: τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τὸ νεωσοίκους συνειλήσας εἶχε ἐτοίμοις - ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι τοῖς νεωσοίκοις. Imo vero εἶχε ἐτοίμοις, id est ἐτοιμὸς ἦν. Polycrates *paratus erat* exulum uxores ac liberos cum ipsis navalibus comburere. Ἐτοιμὸς ἔχειν *paratos habere* dicitur aliquos eos, quorum opera statim uti posse velit. Ἐτοιμὸς ἔχω πρὸς ἐτοῖμός εἰμι dicitur ut εὖ ἔχει, καλῶς ἔχει, ἀναγκαίως ἔχει πρὸς ἀγαθὸν ἔστι, καλὸν ἔστιν et sim. sexcenta. Denique sic demum verbi ὑποπρῆσαι ratio constat.

III. 46: τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλεῖσθαι, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι.

Quod est in R et apud Plutarchum ἐπιλεληθέναι non est Graeca forma.

Alio loco apud Plutarchum pag. 232. d scribendum videtur

τὰ μὲν πρῶτα ἐπελαθόμεθα, τὰ δὲ ὕτερα οὐ συνήκαμες διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελάσθαι, προ ἐπιλελάθαμες.

III. 47: οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι δεομένοισι (R δεόμενοι) Σαμίοισι ἐστρατεύοντο ὡς τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἀρπαγῆς.

Neque deoμένοισι neque δεόμενοι intelligi potest. Suspicio fuisse: οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι ΒΟΥΛόμενοι — ὡς τίσασθαι deleto βουλόμενοι. Scriba dormitans quum δεόμενοι dedisset veram lectionem βουλόμενοι in margine apposuit, unde in alienam sedem irrepsit.

III. 48: ὕβρισμα — γενόμενον γενεῆ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου.

Recte Panofka τρίτη γενεῆ. Scriptum erat ΓΓΕΝΗΙ.

III. 42: — ἐς ὃ [οἱ Κορίνθιοι] τῶν παιδῶν οἱ φύλακοι οἴχοντο ἀπολιπόντες.

Mirifica verborum compositio fraudem arguit..

III. 49: εἰ μὲν νυν — τοῖσι Κορινθίοισι Φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους —, νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεῖτε ἔκτισαν τὴν νῆσον ΕἰCI ἀλλήλοισι διάφοροι ἔόντες [ἑωυτοῖσι].

Restitues loci sententiam scribendo: αἰεὶ ἐπεῖτε ἔκτισαν τὴν νῆσον ΔΙΑΤελεῦσι ἀλλήλοισι διάφοροι ἔόντες, deleto ἑωυτοῖσι.

Ch. VII. 3: διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἔόντες ἐλεύθεροι.

Itaque in sqq. nulla est lacuna.

III. 50: οὔτε προσεῖπε διαλεγόμενῳ τε οὔτε προσδιελέγετο ἰσχυρόντι τε λόγον οὐδένα ἐδίδου.

Mendosum est in hac verborum compositione οὔτε. Reponendum esse arbitror: διαλεγόμενῳ τε ΟΤ προσδιελέγετο.

III. 52: ὀργῆ χρεώμενος ἐς τὸν [σε] ἦκιστα ἐχρῆν.

Delendum est importunum pronomen, quod nemo in hac notissima locutione addere solet.

III. 52: εἰ γὰρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἔγεγόνεθ — ἐμοὶ τε αὕτη γέγονε καὶ ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχος εἰμι.

In huiusmodi sententia *idem* verbum repetendum est, *ei quid peccat mihi peccat*. Itaque corrigendum: *εἰ γὰρ Γέγονε - ἐμοί τε γέγονε*. Cf. III. 81: *ὁ μὲν γὰρ εἴ τι γινώσκων ποιέει*. V. 68: *οὔτε γὰρ εἴπερ πεποίηκας τι τῶν μένων μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ*.

III. 53: *ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος ὁ [τε] Περσὶ παρηβήκεε — πέμψας ἐς τὴν Κέρκυραν ἀπεκάλεε τὸν Λυκί*
 Quid sibi vult *τε* additum, cui nihil respondet?

III. 53: *ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παιδῶν οὐκ ἔστιν*
 In R legitur *οὐκ ἐνώρα*, quod recipiendum adscita Hir emendatione: *ἐν — τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παιδῶν NOON οὐκ*
videbat maiorem natu filium non esse MENTIS COMP
 Aristophanes Equitt. 1117:

*νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις
 ὑμῶν ὅτι μ' οὐ φρονεῖν
 νομίζετ', ἐγὼ δ' ἐκῶν
 ταῦτ' ἠλιθιάζω.*

III. 53: *ὁ δὲ Λυκόφρων οὐδὲ ἌΝΑκρίσιος ἠξίωσε τὸν φ*
τὴν ἀγγελίην.

Mendum est in *ἀνακρίσιος*. In R scriptum est ἌΠΟ:
 Corrige: *οὐδὲ ἽΠΟκρίσιος ἠξίωσε, ne respondere quidem
 tus est.*

III. 53: *ὦ παῖ, βούλειαι — τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς δι*
ΘΕΝΤΑ μᾶλλον ἢ αὐτὸς σφρα ἀπελθὼν ἔχειν;

Emenda *διαφορηθῆΝΑΙ μᾶλλον*.

III. 53: *μὴ [τῷ] κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ.*

Mendose abundat articulus *τῷ*. Omitti potest etiam articulus, ut apud Thucydidem V. 65: *διανοεῖται κακὸν ἰᾶσθαι*, sed bis poni nequit, nempe *τὸ κακὸν* certum est finitum, *κακῷ* incertum.

III. 53: *πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μητρώϊα διζήμενοι τὰ π*
ἌΠέβαλον.

In AB est *μετέλαβον* sine sensu. In *ἀπέβαλον* propter scribendi compendium praepositio amissa est: legendum *προσαπέβαλον*, quia sententia manifesto requirit: *πατριμονίῳ* INSUPER *απιστηνῆ*. Xenophon *Memor.* III. 6. 7: *δυνατὸν ἐς καὶ ἀπὸ πολεμίων τὴν πόλιν πλουτίζειν*. respondet Socrates: *νὴ Δία εἴαν τις αὐτῶν κρείττων ᾦ, ἤττων δ' ὦν καὶ τὰ οἰκεῖα προσαποβάλοι ἄν.*

III. 53: *ὁ δὲ ὑποκρινόμενος ἔφη οὐδαμὰ ἤξειν ἐς Κόρινθον.*
Legendum *ὑποκρινόμενος*.

III. 53: *Περίανδρος κήρυκα πέμπει βουλόμενος αὐτὸς ΜΕΝ ἐς Κέρκυραν ἤκειν, ἐκεῖνον ΔΕ [ἐκέλευε] ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον διάδοχον γίνεσθαι τῆς τυραννίδος.*

Interpolatum esse *ἐκέλευε* vel particulae *μέν* et *δέ* declarant.

III. 53: *ὁ μὲν Περίανδρος ἐτέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ παῖς [οἱ] ἐς τὴν Κόρινθον.*

Importunum *οἱ* rectissime R omisit. *Ἐτέλλετο* est *παράδει* *ἔειπε* sive *παράδει* *ἔειπε*, ἤ *ἔειπε* saepe est *erat in via*.

III. 54. in AB est: *τοῦ μὲν πρὸς θαλάσση ἐσεῶτος πύργου — ἔπεβησαν.*

Herodoti manum servat solus R *ἔπεβησαν*.

III. 56: *ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὤρμηται.*

AB. *ὄρμηται*, quod verum est. Constanter enim Herodotus in his formis augmentum omittit *ὄρμηται* scribens et *ὄρμέεται*, *ὄρμέετο*, *ὄρμῆσθαι* cett. de qua re infra dicam.

III. 56: *ταύτην πρῶτην στρατὴν (leg. στρατηγὴν) ἐς τὴν Ἀσίην [Λακεδαιμόνιοι] Δωριεὲς ἐποίησαντο.*

Dele manifestum additamentum. Πρῶτην R dedit pro τῇν ὀρίμῃ. Cf. V. 76: *τέταρτον δὲ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἀπικόμενοι Δωριεὲς*, et post pauca: *οὕτω τέταρτον τότε Δωριεὲς ἐπέβαλον ἐς Ἀθήνας*. Poterat pro *Δωριεὲς* ponere *Λακεδαιμόνιοι*, namque in huiusmodi locis perinde est, sed utrumque coniungi nequit.

III. 57: τὰ γινόμενα τῷ ἐνιαυτῷ ἐκάσῳ χρήματα.
 Recipe ex R 'ΕΝ τῷ ἐνιαυτῷ ἐκάσῳ.

III. 57: ἀπολείπειν ἔμελλον.

Mendoza AB ἀπολείπειν. Recte Phrynichus: Ἐμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι ἀμαρτήματα τῶν ἐσχάτων. Summa constantia Herodotum dicentem audies aut μέλλω ποιεῖν aut μέλλω ποιήσῃ. Sicubi haesit μέλλω γενέσθαι, μέλλω λιπεῖν, maculae sunt facili negotio eluendae. Amat Herodotus verbum μέλλειν cum futuro coniungere. Exempla vide pauca de multis:

I. 79: μέλλοι διασκεδᾶν.

II. 151: ἔμελλε κατασπεῖσιν.

VII. 23: ἔμελλε ἀποβήσεσθαι.

VII. 128: ἔμελλε ἐλᾶν.

VII. 139: ῥέψειν ἔμελλε.

VII. 157: μέλλει στρατηλατήσῃ.

VII. 193: ἔμελλον ἀφήσῃ.

VIII. 7: ἔμελλε φανήσεσθαι.

III. 58: καὶ ἦν τοῦτο τὸ ἢ Πυθίῃ προηγόρευε τοῖσι Σιφνίοισι
 φυλάξασθαι τὸν ξύλινον λόχον [κελεύουσα] καὶ κήρυκα ἐρυθρόν.
 Exime κελεύουσα, cuius notio in προηγόρευε continetur.

III. 59: νῆσον — Ἵδρέην τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ.
 AB θυρέαν. Verum servavit R. ὕδρέαν (Ἵδρέην).

III. 61: εἶσε ἄγων ἐς τὸν βασιλῆϊον θρόνον.

Scribe ἶσε, quod scribatur ob i longum €ICG. Homerus:
 μή μέ πω ἐς θρόνον ἶζε.

Apud Herodotum ἶζω, κατίζω, ὑπίζω saepius aut legitur aut legendum est, ut alio loco ostendam. Cf. III. 64: ἰζόμενος ἐς τὸν βασιλῆϊον θρόνον. et cap. 65.

II. 60: τὸ ὕδωρ ὀχετευόμενον διὰ [τῶν] σωλήνων παραγίνεται
 ἐς τὴν πόλιν.

Vitiose additum τῶν optime omittit R.

III. 62: ὧ δέσποτα, οὐκ ἔσι [ταῦτα ἀληθέα] ὅπως κοτὲ σοὶ
 Σμέρδις — ἐπανέστηκε.

Si emblemata ταῦτα ἀληθέα eiecercis ὅπως recte dictum erit et exhibet sententia quam locus postulat. Confirmant etiam sequentia: οὐδὲ ὅπως τι — νεῖκος τοι ἔσαι.

III. 62: οὕτω μοί διεπρήξαο τό τοι προσέθηκα πρῆγμα.

Longe potior est codicis R scriptura διέπρηξας. Cf. cap. 61: ἀναγνώσας — ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει. et IX. 94: οἱ δὲ — πρέθεσαν (leg. προέθεσαν) τῶν ἀσῶν ἀνδράσι διαπρήξαι· οἱ δὲ σφι διέπρηξαν ὧδε. Cf. I. 108: πρῆγμα τὸ ἄν τοι ΠΡΟCΘέω μηδαμῶς παραχρήση.

III. 62: οὐ μὴ τί τοι ἔκ γε ἐκείνου νεώτερον ἀναβλάση.

In omnibus libris praeterquam in Codice Vaticano post νεώτερον legitur putidum glossema κακόν.

Quod in R scriptum est ἀναβλαςΗCΕΙ perinde bene dicitur atque ἀναβλάση.

III. 63: ἐξ ὅτε βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἼC Αἴγυπτον.

Accipiendum quod R offert ἼΠ' Αἴγυπτον.

III. 63: Φὰς Σμέρδιν τὸν Κύρου εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἶπαι πρὸς ὑμέας.

Plane gemellus locus est I. 111: Φὰς Ἀσυάγεα εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενόν μοι.

Potestne ἐπιθέσθαι significare *mandare*, *imperare*, *iubere*? Non potest. Veram lectionem priore loco solus R servavit: ἐπιέμενον, quod utrobique restituendum.

Satis est notum et frequens eo sensu ἐφίεμαι *mandare*, *negotium dare*, unde *mandata* ἐφημόσυναί et ἐφετμαί dicuntur et Aeschylus dixit in *Promethæo*:

σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπισολάς,
ἄς σοι πατὴρ ἐφεῖτο.

Praeterea utroque loco sententia praesentis temporis verbum requirit: — εἶναι τὸν ταῦτα κελεύοντα, non κελεύσαντα. Redeat igitur tandem ἐπιέμενον in pristinam sedem.

III. 64: ὡς οἱ καιρήνι ἔδοξε τετύφθαι.

Non aliter Graece dicitur quam τύπτειν et τύπτεσθαι πληγὴν

et πληγᾶς. Itaque καιρ/ΗΝ scribendum, quod primus Blomfield vidit.

III. 64: — ὑπὸ τῆς συμφορῆς τῆς ΤΕ ἐκ τοῦ Μάγου ἐπεπληγμένος καὶ τοῦ τρώματος.

Vocula ΤΕ a sua sede aberravit. Recte R: ὑπὸ ΤΕ τῆς συμφορῆς — καὶ τοῦ τρώματος.

III. 65: ἀλλ' εἴτε δόλω ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, δόλω ἀπειρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων, εἴτε καὶ σθένει τρω κατεργασάμενοι [σθένει] κατὰ τὸ καρτερόν ἀνασώσασθαι.

Prorsus idem est σθένει et κατὰ τὸ καρτερόν sive πρὸς τὸ καρτερόν per vim, vi ruginando. Herodotus eleganter orationem variavit, sed corruptit omnia sciolus qui de suo σθένει addidit. Eodem sensu dicebant Veteres πρὸς τὸ καρτερόν, κατὰ τὸ κατερόν, κατὰ τὸ ἰσχυρόν. Herodotus I. 62: κατὰ τὸ ἰσχυρόν. IV. 201: κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρόν.

III. 65: μὴ δὲ ἀνασώσαμένοισι τὴν ἀρχὴν μὴδ' ἐπιχειρήσαι [ἀνασώζειν] τὰ ἐναντία τούτοις ἀρῶμαι ὑμῖν γενέσθαι.

Supplevit magistellus ellipsin et male supplevit confundens ἀνασώζεσθαι et ἀνασώζειν.

Praeterea malim: μὴ ἀνασώσαμένοισι δὲ ex R.

III. 67: ὁ δὲ δὴ Μάγος — ἀδεῶς ἐβασίλευσε.

Potior est Romani Codicis scriptura ἐβασίλευε.

III. 66 in AB scriptum est κατήρικόν τε vitiose admodum. Quod Herodotus dixerat superest in R. κατηρείκοντο, (κατηρείκοντο). Hesychius:

Κατηρείκοντο: κατεσχιζοντο.

agam infra de hac forma.

III. 66; ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὄσιον καὶ ὁ μηρὸς τάχις ἐσάπη ἀπήνικε Καμβύσεα.

Multum in hoc loco turbatum est quia σφάκελος et σφακελίζειν quid esset Graeculi ignorabant. Resecto emblemate [καὶ ὁ μηρὸς τάχις ἐσάπη] aut apud Erotianum [ὁ μυελὸς τάχις]

ἰεσάπη] res optime habet: ὡς ἐσφακέλισε τὸ δέον ἀπήνε
Καμβύσεα, quod perinde est ac si dixisset: τὸ δέον σφακέλισαν
ἀπήνεκε τὸν Καμβύσεα. Ὁ σφάκελος postea notiore nobis vo-
cabulo γάγγραινα appellabatur.

Ut dicitur h. l. ἀπήνεκε Καμβύσεα, sic VI. 27: τοὺς δὲ —
λοιμὸς ὑπολαβῶν ἀπήνεκε.

III. 69: οὔτε Ἄτσοσκ δύναμαι ἐς λόγους ἐλθεῖν οὔτε ἄλλην
οὐδεμίαν ἰδέσθαι τῶν συγκατήμενών γυναικῶν.

Risum movet συγκαθῆσθαι dici foeminas, quas Smerdis ἐπέειτε
τάχιστα παρέλαβε τὴν βασιλικήν διέσπειρε ἄλλην ἄλλην.

Corrigendum arbitror συγκατΟΙΚΗμενών, namque hae mu-
lieres quamquam inter se disiunctae, tamen in iisdem amplis-
simis aedibus omnes una habitabant.

III. 69: ὦ θύγατερ, δεῖ σε γεγонуῖαν εὖ κίνδυνον ἀναΛΑΒέσθαι
τὸν ἂν ὁ πατήρ ὑποδύνειν κελεύῃ.

Nihil potest esse magis perspicuum quam est huius loci sen-
tentia, sed ἀναλαβέσθαι κίνδυνον vitiose dicitur. Notum est
ἀναρρίπτειν κίνδυνον ut ἀνερρίφθω κύβος. Herodotus VII. 50:
ἦν δὲ κινδύνους ἀναρρίπτέοντες ἐς τοῦτό σφεα προηγάγοντο.
Eodem igitur modo dicebant ἀναβάλλεσθαι κύβον et κίνδυνον,
quamobrem emendandum κίνδυνον ἀναΒΑΛέσθαι.

Eadem notio est in verbis Herodoti V. 49; περὶ χώρης οὐ
πολλῆς - χρεόν ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι πρὸς Μεσσηνίους
ἐόντας ἰσοπαλέας, ubi μάχας ἀναβάλλεσθαι prorsus idem signi-
ficat atque κινδύνους ἀναρρίπτειν.

III. 69: ἄφασον αὐτοῦ τὰ ὄτα· καὶ ἦν μὲν φαίνεται ἔχων
ὄτα] νόμιζε σεωυτὴν Σμέρδι τῷ Κύρῳ συνοικέειν, ἦν δὲ μὴ ἔχων,
ὃ δὲ τῷ Μάγῳ Σμέρδι.

Qui aurem habent sentient secundum ὄτα insititium esse.

III. 69: ἦν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὄτα ἔχων, ἐπίλαμπτος
ἐ ἀφάσσοσα *ΕΣΓΑΙ.

Foedum soloecismum tolle scribendo: Εἰ γὰρ δὴ μὴ τυγχά-
ει. Codex R dedit εἰ pro ἦν et AB τυγχάνει.

III. 71: ἴσε — ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῖ κατήγορος ἔσαι.
Imo vero φθὰς ἐμεῖ.

III. 72: οὕτω οἱ ταῦτὰ ἀσκέοντες τούτου περιεχόμεθα.

Codex Romanus optimus testis, quum sobrius est, solus omnium Herodoti sententiam et manum servavit: οὐ ταῦτά. In AB legitur sine sensu οὖν ταῦτά. Deinde magistellus οὖν in formam Ionicam ὄν convertit.

III. 73: ἄνδρες φίλοι, ἡμῖν κότε κάλλιον ΠΑΡΞΕΙ ἀνασῶσθαι τὴν ἀρχήν;

Est verbum impersonale, quo soli Herodotus et Thucydides utuntur, παρέχει coria, faciūlas, occasio est, et εὖ, καλῶς, κάλλιον παρέξει. Herodotus I. 9: παρέξει τοι θεήσασθαι, σὶ τῆσι σπείλαισι coria. III. 142: καὶ μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἀρχην. V. 49: παρέχον (Cod. A. παρεόν) τῆς Ἀσίας πάσης ἀρχην. V. 98: καὶ ὑμῖν παρέχει σώζεσθαι. VII. 120: παρέχειν γὰρ ἂν — διατριβῆναι. VIII. 8: οὐ γὰρ οἱ παρέσχε. Thucydides IV. 85: νῦν ὅτε παρέσχεν ἀφίγμενοι, nunc quum data occasio est. Herodotus VIII. 30: παρέχειν σφι — μηδίξιν. VIII. 75: νῦν παρέχει — ἐξεργάσθαι. VIII. 100: παρέχει ποιέειν ταῦτα. Ut h. l. legitur κότε κάλλιον παρέξει; sic et IX. 122: κότε παρέξει κάλλιον; et apud Thucydidem V. 60: κάλλιον παρασχόν, et apud eundem V. 14: καλῶς παρασχόν, et I. 120: εὖ παρασχόν. Collegi haec ad stabiliendam Badhami mei emendationem loci Thucydidei in oratione Corinthiorum I. 124: ὥστε πανταχόθεν ΚΑΛΩΣ ἸΠΑΡΧΟΝ ὑμῖν πολεμεῖν καὶ ἡμῶν τάδε κοινῆ ΠΑΡΑΙΟΥΝΤΩΝ — μὴ μέλλετε. Dubium non est quin verum viderit Badham reponens πανταχόθεν καλῶς ΠΑΡΧΟΝ, et ΠΕΡΑΝΟΥΝΤΩΝ. Requiritur enim futurum ut paulo ante: καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος πάσης ξυναγωνιουμένης. neque enim Corinthii omnes communiter haec suadere dicunt sed pariter omnes fortem ac strenuam operam in bello daturus.

Fugit ratio grammaticum nescio quem apud Photium v. Εὖ παρασχόν: ἀντὶ τοῦ παρασχόντος· δῆλον δὲ τοῦ δαίμονος, ὃ ἔσι δωρησαμένου τὴν νίκην. Hoc demum est interpretari! Quam fatuum est παρασχόν ἀντὶ τοῦ παρασχόντος, et credere τοῦ δαίμονος cogitatione esse supplendum et sic εὖ παρασχόν

esse τοῦ δαίμονος δωρησαμένου τὴν νίκην. Quid dixisset si εὖ παρέχον, αὐτ καλῶς παρέχον, αὐτ κάλλιον παρέξει interpretari voluisset?

Impeditus et mendosus locus est III. 73: νῦν ὧν τίθεμαι ψῆφον — μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν Μάγον ἰθίως.

Sed nihil expedit. Vitiosum est ἄλλοθι pro ἄλλοσε. Insulsum est ἄλλοθι ἢ ἐπὶ τὸν Μάγον.

Codex Romanus exhibet: ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε ἄλλ' ἰόντας ἐπὶ τὸν μάγον. Verba quaedam excidisse videntur.

III. 74: ὑποσχενόμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν. ὑποσχομένου δὲ τοῦ Πρηξάσπεος ποιήσειν ταῦτα.

Potior est Vaticani Codicis lectio ὑποδεκομένου pro ὑποσχομένου, ne idem verbum ineleganter repetatur.

Tritum est apud Herodotum ὑποδέκομαι pro *recipio in me, polliceor*. VIII. 102:

ὑποδέκεται ταῦτα ποιήσειν.

III. 74: κείνον δ' ἐκέλευον ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεύειν CAI ἢ ὑπὸ τοῦ Κύρου Σμέρδιος ἄρχονται.

Vehementer mihi suspecta est forma ἀγορεύειν. Praesens enim et imperfectum ἀγορεύω et ἠγόρευον in simplici et compositis ubique leguntur, sed in aoristo εἶπον dicitur et ἀπεῖπον, προσεῖπον, ἀνεῖπον cet. Restituendum esse arbitror: ἐκέλευον — ἀγορεύειν, ut post pauca cap. 75: ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον.

III. 75: ὁ δὲ τῶν μὲν [δὴ] ἐκείνοι προσεδέοντο αὐτοῦ τούτων μὲν ἐκὼν ἐπελήθετο.

In libris est τῶν μέντοι et τῶν μέντι. Infelix Bekkeri coniectura est μὲν δὴ calidius recepta. Nihil enim huiusmodi interponi potest in hac compositionis forma, quae est apud Herodotum perfrequens: τῶν μὲν — τούτων μὲν. Cf. II. 121: τὸν μὲν καλέουσι θέρος τοῦτον μὲν προσκυνέουσι. III. 65: τὸν μὲν ἦν μάλιστα χρῆν — τιμωρέειν ἐμοί, οὗτος μὲν ἀνοσίφ μάρφ τετελεύτηκε. et sic passim.

Itaque δή expungendum.

III. 75: καὶ δὴ ἔλεγε τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν [ὡς] αὐτὸς :
Καμβύσῳ ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνεΙΕ, τοὺς Μάγους δὲ βι-
λεύειν.

Emendandum esse deleto ὡς sic: αὐτὸς — ἀποκτείνΑΙ et u
vulgata nata sit alibi ostendimus. Nempe non concoqueb
indocti Graeculi nominativum et accusativum sic coniunc
αὐτὸς μὲν ἀποκτεῖναι — τοὺς Μήδους δὲ βασιλεύειν.

III. 75: Πέρσησι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος εἰ μὴ ἀνακτησΑΙ
ὀπίσω τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς Μάγους τισΑἶατο.

Recta oratio haec est: εἰ μὴ ἀνακτηθεσθε — καὶ τισΘ
Itaque indirecta est: εἰ μὴ ἀνακτησΟἶατο et τισΘἶατο.

III. 76: in AB est: ἐδίδοσαν αὐτοῖσι σφῖσι λόγους.
Optime R ἐδίδοσαν ΑΤΤΙC (αὐτίς) σφῖσι λόγους.

III. 76: κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι.

Legendum ὑπερβάλλεσθαι, quia sequitur ἐπιτίθεσθαι — ποιέει
ὑπερβάλλεσθαι. In talibus enim praesentia cum praesentil
aoristi cum aoristis componi solent.

III. 77: ἐπισᾶσι δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγένετο οἶόν τι Δαρε
γνώμη ἔφερε.

Lectio Codicis Romani ἐπισάντες quantumvis mendosa v
aperit ad verum inveniendum. Corrigendum enim: ἐπισάνΤ
δέ, QUUM ADSTARENT ante fores. Scriptum erat de r
ἐπισάν^τ idque male expletum est. Sic III. 83. in omnibus l
est: δεῖ ἓνα γέ τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι ἥτοι κλήρω γε
χόντων ἢ ἐπιτρεψάντων τῷ Περσέων πλήθει τὸν ἂν ἐκεῖνο ἔλι

Manifesto λαχόντων absurdum est. Solus R servavit ver
ἥτοι κλήρω γε λαχόντα. Fuerat λαχόν^τ. Sequens ἐπιτρεψά
Graeculos in fraudem induxit.

III. 78: οἱ δὲ Μάγοι ἔτυχον — τὰ Ἐπὶ Πηξάσπεος γενό
ἐν βουλῇ ἔχοντες.

Imo vero τὰ Ἐπὶ Πηξάσπεος ἔγενόμενα.

78: ἐπεὶ τε οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρησὰ ἐγίνετο.

ia falsum est quod nonnulli opinantur χρησὰ dici pro
μα, recipe ex Codice R χρήσιμα.

79: τοὺς μὲν τραματίας ἐωυτῶν αὐτοῦ λείπουνσι, — οἱ δὲ
— ἔθειον βοῆ τε καὶ πατάγω χρεώμενοι.

lit Vaticanus liber vocabulum necessarium: ἔθειον ἔξω.

80: vitiose AB: ἐπίτε — ἔντὸς πέντε ἡμερέων ἐγένετο.
R ἔκτὸς.

80: κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μοναρχίῃ, τῇ
ἑνευθύνῃ ποιέειν τὰ βούλεται;

te emendavit H. Stephanus κατηρτημένον, quod Stein ne
emoravit quidem, fortasse quia, ut Schweighauserus scri-
vulgatum tuentur libri omnes" Quasi vero quis nunc nesciat
C sexcenties in libris omnibus inter se permisceri. Equi-
nego umquam Graecis verbum καταρτᾶν in usu fuisse.
nid tamquam inde natum profertur lectiones sunt cor-
verborum ex καταρτίζω natorum, ut κατηρτημένον pro
ισμένον.

V. 106 pro καταρτήσω in verbis ἵνα τοι κείνα πάντα
τήσω ἐς ταῦτό Reiske optime correxit καταρτίσω ab omni-
robatur. In libro IX. 66 Stein edidit: ἤγε κατηρτημένως
unice vera scriptura, quam solus R habet κατηρτισμένως.
αρτίζειν significat ἀρμόζειν, συναρμόζειν et hinc καταλλάσ-
ut IV 28—29: κατήρτισαν et μοχ κατήλλαξαν et καταρ-
V. 28 et IV. 161. Itaque κατηρτισμένον est ἡρμοσμένον,
trarium legitur cap. 80: ἀναρμοσθέντων πάντων.

80: διαβολὰς δὲ ἄρισος ἐνδέκεσθαι.

omnibus libris et apud Stobaeum scriptum est ἄρισος ON.
emendavit corrector nescio quis in Codice B. ἄρισος, ut
do versiculo Comici poetæ apud Photium:

ἄνδρες Ἑλλήνων ἄρισοι καταβαλεῖν παράσασιν.

d Eupolidem:

λαλεῖν ἄρισος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

III. 80: *καίτοι ἄνδρα [γε] τύραννον ἄφθονον ἔδεε εἶναι ἔχρη ΓΕ πάντα τὰ ἀγαθά.*

Quia *γε* semel vitiose abundat, expunge prius quod in omissum est.

III. 80: vitiose AB: *ἄχθεται ἄτε θωπείαν. Optime R ἰ θωπί.*

III. 82: *θαυμαζόμενος ἀν' ὧν ἐφάνη μούναρχος ἐών.*

Variant libri *μούναρχος ἐών R. ἐὼν μούναρχος Stobaeus, ὧν ἐφάνη ὁ μούναρχος AB. Legendum est expuncto partici ἀν' ὧν ἐφάνη μούναρχος. Plato in Gorgia pag. 484. a: ἐπανα ἀνεφάνη δεσπότης, et de Rep. I. pag. 334. a: κλέπτης ἄρα ὁ δίκαιος ἀναπέφονται, et sic semper sine participio. vid. Ste baum ad Ionem pag. 541. e: τρατηγὸς ἀνεφάνης.*

III. 84: *ἐβουλευόντο ὡς βασιλέα — σήσονται.*

Sensus est: *deliberabant QUO PACTO regem constituerent.*

Itaque scribendum *ἐβουλευόντο ὅπως — σήσονται.*

III. 85: *τῶν θηλέων ἵππων μίαν, τὴν δ' Δαρείου ἵππος ἔξε, μάλις, ταύτην — κατέδησε καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρείου ἵππον. τὰ μὲν πολλὰ περιῆγε ἀγχοῦ [τῆ ἵππῳ] ἐγχιρίμπτων τῆ θηλι τέλος δὲ ἐπήκε ὀχεῦσαι [τὸν ἵππον].*

Haecce teretes Graecorum aures ferre potuisse! Expun uno et altero vocabulo inutili et molesto apparet Herodoti nus, quae haec est: *περιῆγε ἀγχοῦ ἐγχιρίμπτων τῆ θηλέμ· τέ δὲ ἐπήκε ὀχεῦσαι.*

III. 98: *ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι.*

Barbarum est *ἐνδυνέουσι. Recte R ἐνδύνουσι.*

III. 99: *ὅς ἂν κάμῃ τῶν ἀσῶν — κτείνουσι Φάμενοι αὶ τηκόμενον τῆ νούσῳ τὰ κρέα σφίσι διαφθείρειCΘAI.*

Servavit Herodoti manum Codex Romanus, in quo *διαφθείρειIN.*

Quod continuo sequitur: *ὁ δὲ ἀπαρνεόμενός ἐστι μὴ μὲν vos ex Codice R. sic est emendandum: ὁ δὲ ἀπαρνοC ἐστι. Cf. GY: δεινῶς ἔξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι.*

III. 105: τὰς δὲ θήλας — Ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν.

Egregie R pro διδόναι. Constanter enim Graeci omnes dicebant ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. Cf. III. 51: Περιανδρος μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλλόμενος οὐδέν. Magnam exemplorum copiam collegimus ad Dionysium Halic. pag. 13 sqq.

Itaque quod est in AB διδόναι μαλακὸν οὐδέν manifesto mendosum est.

In Luciani *ver. histor.* I. 29: τῇ δὲ τετάρτῃ μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος Herwerdenus bene correxit μαλακῶν ἐνδιδόντος, sed peccavit Lucianus qui non cogitavit οὐδέν aut μηδέν in hac locutione addi oportere.

III. 107: ταῦτα πάντα — εὐπετέως κτῶνται οἱ Ἀράβιοι.

Sic libri omnes perinepte praeter R, in quo est vera lectio ΔΤCπετέως.

III. 107: τὰ δένδρα τὰ λιβαντοφόρα ὄφιες ὑπόπτεροι — Φυλάσσοσι πλήθει πολλοὶ περὶ δένδρεον ἕκασον [οὔτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον κρατεύονται], οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἀπελαύνονται κτέ. Lector aliquis memor eorum quae legerat II. 75 adscripsit: οὔτοι ὅπερ ἐπ' Αἴγυπτον κρατεύονται. Vide exemto emblemate quam apte reliqua coeant.

III. 108: λέγουσι δὲ καὶ τάδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπιπλατο τῶν ὀφίων τούτων εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἶόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας [ἡπισάμην] γίνεσθαι.

Indocti Graeculi mirati hanc repentinam ab recta oratione ad indirectam transitionem fulcra scilicet supposuerunt de suo. Praeterea adde καί, οἶόν τι ΚΑΙ κατὰ τὰς ἐχίδνας κτέ.

Et ἡπισάμην quidem omnes libros occupat, in Codice R est etiam altera in his interpolatio: εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς [ἀπηγέοντο].

III. 108: ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου [οὔτω δὲ τι πολύγονόν ἐστι] ἐπικυῖσκειται μοῦνον πάντων θηρίων.

Quis praesertim admonitus non sentit putidum emblemata una itura esse delendum?

III. 108: τοῦ θεοῦ ἢ προνοίᾳ — ὅσα μὲν [γὰρ] ψυχὴν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα ταῦτα μὲν πάντα πολύγωνα πεποίηκε.

Expedit hunc locum Stephanus deleto γὰρ. Quod autem Stein reponerat γε nemini, credo, placebit.

III. 108: ἢ δὲ δὴ λέαινα ἐὼν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον ἄταξ ἐν τῷ βίῳ τίκει ἔν.

Ἰσχυρότατον sic positum significat ἰσχυρότατον χρῆμα aut πρᾶγμα praeter loci sententiam. Supplendum videtur: ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον (θηρίον) vel (ζώιον).

III. 109: — διεσθίει τὴν μητέρα.

Optime R pro τὴν μήτραν, unde Bekker paullo ante recte emendavit ἐν τῇ μητρὶ ἐὼν pro μήτρῃ.

III. 109: οἱ δὲ ὑπόπτεροι εἰσὶ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Mendosum est ἐόντες. Sententia recta ducit ad: οἱ δὲ ὑπόπτεροι ὄφιοι.

III. 111: βοῶν τε καὶ θῶν τῶν ἀπογινομένων — τὰ μέλας διαταμόντας ὡς μέγιστα κομίζειν ἐς ταῦτα τὰ χωρία.

Absurdum est ἀπογινομένων id est ἀποθνησκόντων pro ἀποθανόντων. Itaque corrigendum ἀπογενομένων.

III. 111: τὰς δὲ ἔρνιας καταπετομένας αὐτῶν τὰ μέλας τῶν ὑποζυγίων ἀναφορέειν ἐπὶ τὰς νεοσιᾶς.

In his Romanus liber ter probam et antiquam lectionem solus nobis servavit. Pro καταπετομένας dedit καταπταμένας, importunum αὐτῶν omittit et transponit τὰ τῶν ὑποζυγίων μέλας.

Pro praesentis temporis participio καταπετομένας natura rei aoristum postulat, qui in Ionica dialecto, ut apud Tragicos, est ἐπτάμην, ἀπεπτάμην, κατεπτάμην. Cf. VII. 13: τὸν μὲν ταῦτα εἰπόντα ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἀποπτάσθαι. Cf. II. 55: ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ἀναπταμένας. in AB est ἀναπτομένας, vera scriptura est in R.

In libro VII. 13 pro ἀποπτάσθαι legitur in ABR. solemn:

vitio ἀποπτᾶσθαι. Iuniores legant mihi eximiam annotationem Porsoni ad Euripidis Medeam vs. 1:

εἶθ' ἄφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος.

III. 113: τὸ δ' ἕτερον γένος τῶν ὄϊων τὰς οὐράς πλατέας φορέοι.

Non ita solet Herodotus, sed φορέει, quod in R servatum est.

III. 115: οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἑριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμῶν ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς βορέην ἄνεμον.

In R est Ἑριδανὸν ΤΙΝΑ καλέεσθαι — ποταμῶν. Cui homini, correctori aut sciolo, potuit in mentem venire de suo addere τινά? Sed locus non est intellectus et sic necessarium τινά deletum est. Nempe revocato τινά haec est verborum sententia: εἶναι τίνα ποταμῶν Ἑριδανὸν καλούμενον. Ad Platonis *Phaedonem* pag. 107 c. τοῦ χρόνου τούτου, ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν, id est ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ καλούμενον ζῆν, multa exempla huius usus collegit Wyttenbach, quibus paucula Stallbaum addidit, sed non admodum luculenta congesserunt. Luculentum exemplum est apud Cratinum *Fragm. Comic. II. 18*:

ἔνθα Διδὸς μεγάλου θᾶκοι πεσσοί τε καλοῦνται.

id est: ἔνθα εἰσὶν οἱ καλούμενοι θᾶκοι Διδὸς μεγάλου.

III. 115: τοῦτο μὲν γὰρ [ὁ Ἑριδανός] αὐτὸ κατηγορεῖ τὸ ὄνομα ὡς ἔστι Ἑλληνικόν, — τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου [οὐ] δύναμαι ἀκοῦσαι.

Inepte et inepto loco interpolatum ὁ Ἑριδανός delendum.

Deinde molestissimum οὐ expunge rectissime in R omissum, sed etiam absque Romani Codicis testimonio statim debet expungi. Recte enim dicitur οὐ δύναμαι λέγειν οὐδέν, sed non οὐδὲν οὐ δύναμαι λέγειν, ubi οὐ locum non habet.

Cf. IV. 16: οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἶδέναι φαμένον δύναμαι πυλέσθαι.

III. 117: οὗτος (ὁ ποταμός) πρότερον μὲν ἄρδεσκε διαλελαμμένος ΠΑΝταχοῦ — τὰς χώρας.

Absurdum est πανταχοῦ et magnam habemus Codici Romano gratiam, qui servavit ΠΕΝταχοῦ.

III. 117: ἀποκεκλημένου δὲ τοῦ ὕδατος τῆς Διεξόδου.

Recipiendum erat ex AB τῆς Ἐξόδου. Ostendimus supra h saepius inter se confundi. Post pauca eodem sensu legit ἔχοντος δὲ οὐδαμῆ ἐξήλυσιν.

III. 119: ἀνὴρ μὲν μοι ἄν ἄλλος γένοιτο.

Non est haec Graeca componendi forma et ἄν non suo positum est. Optime R ἀνὴρ μὲν ἄν μοι ἄλλος γένοιτο. Solus hunc Herodoti locum, ut supra vidimus, versibus liq ita dicit:

ἀνὴρ μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν.

III. 120: νῆσον Σάμον ΠΡΟΣ τῷ σῶ νομῶ ΠΡΟΣκειμένη ΠΡΟΣεπτήσαο.

In AB est vera lectio κειμένην pro προσκειμένην.

III. 121: τυχεῖν γὰρ Ἄπετραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον.

Sic recte solus R. Mendose in AB scriptum est Ἐπετραμμένον. Sententia enim manifesto postulat *aversum ad parietem*

III. 122: πυνθάνομαι ἐπιβουλεύειν σε πρήγμασι μεγάλοισι χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ Φρονήματα.

Locus in Codice R sic scriptus est: πυνθάνομαι ΔΕ ἐπιβουλεύειν ΜΕΝ πρήγμασι μεγάλοισι, χρήματα ΔΕ τοι οὐκ εἶναι. Repone πυνθάνομαι CΕ ἐπιβουλεύειν μὲν πρήγμασι μεγάλοισι, χρήματα δὲ τοι οὐκ εἶναι, et habebis Herodoti manum.

III. 125: τῶν δὲ οἱ ἐπομένων ὅσοι μὲν ἦσαν Σάμιοι ἀπῆκε ὅσοι δὲ ἦσαν ξεῖνοι τε καὶ δούλοι [τῶν ἐπομένων].

Tolle ineptum additamentum: quod enim praecedit τῶν ἐπομένων et ad ὅσοι μὲν et ad ὅσοι δὲ refertur.

III. 125: ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίην ὁ Πολυκρῆς διεφθάρη [κακῶς] οὔτε ἑωυτοῦ ἀξίως οὔτε τῶν ἑωυτοῦ Φρονημάτων. Expunge κακῶς. Coniuncta sunt: διεφθάρη οὔτε ἑωυτοῦ ἀξίως

III. 126: τῇ οἱ Ἄμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς προεμαντεύει. Languidum et putidum emblema rectissime in R omissum

II. 126: ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιτρο-
τες κτέ.

hic optime unus R. ταραχῇ. Ceteri omnes ἀρχῇ sine sensu.
pererat in libro perroso: τῆι *AP *XHI.

De eadem re ταραχῇ ponitur cap. 150: ἐν τούτῳ παντὶ τῷ
ῶ καὶ τῇ ταραχῇ ἐς τὴν πολιορκίην παρεσκευάζοντο.

II. 126: κτείνει μιν ὀπίσω κομιζόμενον ἄνδρας οἱ ὑπέισας κατ'

scribendum ὑπίσας a verbo ὑπίζειν, ὑφίζειν (ut καθίζειν κατί-
. Quemadmodum enim ὑποκαθῆσθαι dicuntur qui in insi-
collocati sunt, sic etiam ὑφίζειν est in insidiis collocare.
ius vidimus in Herodoti libris εἶσε scriptum esse pro ἴσε,
ἴσε pro κατίσε et similia. Eodem modo ΤΠΕΙCΑC est
ὑπίσας.

I. 127: ὑμέων δὲ ὧν τίς μοι Ὀροίτεα ἢ ζῶοντα ἀγάγοι ἢ
κτείνεις;

ceptam oportuit Schaeferi emendationem: τίς *AN μοι —
γοι ἢ ἀποκτείνεις; Sed perperam idem pro ἀγάγοι coniecit
ἀγοι. Neque enim ἄν repetitum bene habet et aoristus
γοι aoristo ἀποκτείνεις respondet. In Aristophanis *Λυδίου*
1077 in Ravennate legitur:

ἦν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Φιλοκράτη τὸν Στρούβιον,

λήψεται τάλαντον, ἦν δὲ ζῶντ' ἀγάγῃ τέτταρα.

ed legendum: ἦν δὲ ζῶντ' ἀγῃ τις τέτταρα. Necesse est
nomen τις iterari, non enim de uno eodemque haec dicun-
sed de duobus diversis, si quis occiderit aut si quis ALIUS
m adduxerit.

II. 127: τοῦτο δὲ τοὺς ἀνακαλέοντας αὐτὸν καὶ πεμπομένους
ἐμεῦ κτείνει.

n R est: — αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκπεμπομένους. Male additur
τοὺς, nam sunt iidem. Emendandum: ἀνακαλέοντας αὐτὸν
πεμπομένους ὑπ' ἐμεῦ. Sententia enim haec est: οἱ ἐκπέμ-
ται ὑπ' ἐμεῦ ἴν' αὐτὸν ἀνακαλέσωσι, quoniam ἀνακαλέοντας
rum est.

III. 129: οἱ δὲ (medici ex Aegypto) *σρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι τὸν πῶδα κακὸν μέζον ἐργάζοντο.*

Male abest necessarius articulus ΤΟ κακὸν μέζον ἐργάζοντο Plato in *Protagora* pag. 340. e: εἰμί τις γελοῖος ἰατρός, ἰώμενο μείζον ΤΟ νόσημα ποιῶ, ubi leg. ποιῶν. Plutarchus *de cupidit. ἀνιί.* pag. 523. e: ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν πρὸς τὸν πλοῦτον ὡς πρὸ ἰατρὸν ἀλαζόνα·

τὸ Φάρμακόν σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ.

III. 128: ἀποπειρώμενος δὲ τῶν δορυφόρων ἐδίδου τὰ βιβλία Βαγαῖος εἰ ἐνδεξοῖατο ἀπόσασιν ἀπὸ Ὀρσίτεω.

In R scriptum est: εἴ οἱ ἐνδεξοῖατο. Recipiendum est οἱ *sen* legendum ἐνδεξοῖατο.

III. 129: ἐν ἄγρῃ θηρῶν.

Vera lectio in R. servata θηρίων negligitur. *Ferae enim θηρί: appellantur, non θῆρες.*

III. 130: ἡ πῖα μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων.

Sic R. Stolidè AB. ἡπιάματα.

III. 130: ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγίεια μιν [ἐόντα] ἀπέδεξε.

Nullò modo retineri potest ἐόντα. Nempe ἀπέδεξε μιν ἐόντα significat *demonstravit cum esse*; sine participio ἀπέδεξε idem est quod ἐποίησε, ut post pauca; — ὅτι μιν ὑγίεια ἐποίησε. et 134 ὡς δὲ ἄρα μιν — ὑγίεια ἀπέδεξε.

III. 134: ζεύξας γέφυραν ἐκ τῆσδε τῆς ἡπείρου ἐς τὴν ἐτέρη [ἡπειρον].

Κακόφωνον est ἡπειρον et moleste abundans. Antiquis Graecis δύο ἦσαν ἡπειροὶ Europa et Asia, ut in noto versiculo:

ἔδοξάτην μοι τῶ δὴ ἡπείρω μολεῖν.

III. 135: ὄκως - μιν πάντως ὀπίσω ἀπάξουσι.

Sic R. Barbare AB ἀπάξουσι. Nihil hoc mendo in libris frequentius.

III. 137: τὸσόνδε μέντοι ἐνετείλατό σφι Δημοκλήδης ἀναγρ.

νοισι [κελεύων] εἶπεῖν [σφεας] Δαρείῳ ὅτι ἄρμοςαι τὴν Μίλωνος θυγατέρα [Δημοκῆδης] γυναῖκα.

Puerilis oratio est: Δημοκῆδης κελεύει λέγειν ὅτι Δημοκῆδης ἄρμοςαι. Inducendum igitur est secundum Δημοκῆδης importuno admodum loco interpositum.

Etiam κελεύων et σφεας spuria sunt. εἶπεῖν Δαρείῳ pendet ex ἐντείλατο.

III. 138: δοκέων Ἄπὸ τούτων ἐόντων τοῖσι Ταραντινοῖσι Φίλων μάλιςα τὴν κάτοδὸν οἱ ἔσεσθαι.

Verbum κατάγειν τινά *reducere alicuius ab exilio in patriam* habet passivum κατιέναι. Κατάγεσθαι est *appellere, portum subire*, et hinc *divertere*. Quia passivum est κατιέναι dicitur κατιέναι ὑπὸ τινος, κατῆλθεν ὑπὸ τῶν Φίλων, ὑπὸ τῶν ἐπαίρων, ὑπὸ τῆς δλιγαρχίας. Cf. *Var. Lectt.* pag. 46.

Ergo vera lectio est: Ἐπὸ τούτων — τὴν κάτοδὸν οἱ ἔσεσθαι.

III. 139: συχνοὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπίκοντο Ἑλλήνων οἱ μὲν, ὡς οἰκός, κατ' ἐμπορίην στρατεύμενοι, οἱ δὲ τινες καὶ αὐτῆς τῆς χώρας θεηταί.

Quid ineptius dici potest quam κατ' ἐμπορίην στρατεύμενοι? Quid mercatoribus est cum re militari? Vide autem ut mens praedjudicata opinione occaecata nihil cernat! Optima et verissima lectio est in Codice Romano: οἱ μὲν κατ' ἐμπορίην, οἱ ΔΕ στρατεύμενοι, οἱ δὲ τινες κτέ. Sed, ut Cassandrae, sic optimo testi nihil creditur.

III. 140: τίς ἐσι Ἑλλήνων εὐεργέτης τῷ ἐγὼ προαιδεῦμαι, νεωσι ΜΕΝ τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἀναβέβηκε ΔΕ ἢ τις ἢ οὐδείς κω παρ' ἡμέας αὐτῶν.

Haec sic distinguenda et scribenda sunt: τίς ἐσι — τῷ ἐγὼ προαιδεῦμαι; νεωσι μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἀναβέβηκε δὲ ἢ τις ἢ οὐδείς κτέ.

III. 140: ἐμοὶ μῆτε χρυσόν, ᾧ βασιλεῦ, μῆτε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνασώσάμενός μοι [δός] τὴν πατρίδα Σάμον — ταύτην μοι δός ἄνευ τε Φόνου καὶ ἑξανδραποδίσιοις.

Quis admonitus praesertim non intelligit prius δός interpola-

tum esse idque admodum invenuste et frigide? Videor mihi reperisse unde haec interpolatio nata sit. Perierant in R verba: [ταύτην μοι δός — ξξανδραποδίσιος] quo facto aliquis ante τὴν πατριδα inseruit δός. In AB lacuna expleta est, sed tamen δός retentum.

III. 142: ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν.

Vera lectio ἐπιτροπαίην soli Codici R debetur. AB exhibent ἐπιτροπέειν, quod nihil est.

Scriptum erat ΕΠΙΤΡΟΠΕΗΝ, et corrector mendum in ΠΕ pro ΠΑΙ intactum reliquit ei sincerum HN in ΕΙΝ corruptit.

Emendate legitur IV. 147: ἐόντων ἔτι τῶν παιδῶν τούτων νηπίων, ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν βασιλιήν.

III. 144: ἐπειδὴ ὧν ἀπίκοντο ἐς τὴν Σάμον οἱ Πέρσαι — οὔτε τίς σφι χεῖρας ἀνταίρεται ὑπόσπονδοί τε ἔφασαν εἶναι ἔτοιμοι — ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς νήσου.

Quod compositio verborum requirit ἀνταίρετο latet in corrupta lectione Codicis R. χεῖρά σφιν (σφι) ἀνάτ' αἰερετο.

III. 147: Ὅτάνης — ἰδὼν πάθος μέγα Πέρσας πεπονθῆτας ἐντολὰς τε τὰς Δαρειῶς οἱ ἀποσέλλων ἐνετέλλετο, — τούτων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος ἐπελαυθάνετο.

Herold apud Steinium corrigebat: τὰς ἐντλάς μὲν τὰς. Fert Herodoti consuetudo ut scribatur: τὰς ΜΕΝ ἐντολὰς τὰς — τούτων ΜΕΝ τῶν ἐντολέων.

III. 149: τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι παρέδσαν Συλοσῶντι ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν.

Hinc proverbium:

ἔκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρήν.

Nihil autem causae video cur Stein σαγηνεύσαντες expunctum voluerit. Persae suo more utuntur, et quemadmodum in insulis Chio et Lesbo et Tenedo ἐσαγῆνευον τοὺς ἀνθρώπους VI. 31. sic nunc in insula Samo fecerunt idem et ita, non caedibus, Samos facta est ἔρημος ἀνδρῶν.

III. 154: — δυνατὸς εἶναι μιν ἴΠΟχειρίην ποιῆσαι.

Sic recte R. In AB est αὐτοχειρίην sensu vacuum.

III. 155: ἤδη οὖν ἦν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, αἰρέομεν Βαβυλῶνα.

Recte correxit Stein: — τῶν σῶν ΤΙ ἔΝδεήσῃ, sed ea verba sic erant collocanda: ἦν μὴ τι τῶν σῶν ἐνδεήσῃ. Cf. VII. 18: ποιεῖ δὲ ὄκως τοῦ θεοῦ παραδιδόντος τῶν σῶν ἐνδεήσει μηδέν, ubi AB mendose exhibent ἐνδεήσῃ.

III. 154: προσελθὼν Δαρείοτ ἀπεπυθάνετο.

Legendum προσελθὼν Δαρείοι.

III. 155: Φήσω πρὸς αὐτοὺς ὡς ὑπὸ σεῦ τάδε ἔπαθον.

Optime R τάδε πέπονθα, ut cap. 156: Φᾶς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι τὰ ἐπεπόνθει ὑπ' ἐωυτοῦ. Multo acrius perfecto utitur qui desecto naso auribusque cruentus in curia stabat.

III. 155: ἀπὸ δὲ τῆς ἐβδόμης διαλιπεῖν εἴκοσι ἡμέρας καὶ ἴπειτα ἄλλους κάτισον ἀγαγὼν — τετρακισχιλίους.

Stein, qui toties vera dicenti Codici Romano non credidit, nunc mentienti habet fidem. Revoca ex AB διαλιπῶν et καὶ αὐτὸ ἴπειτα expunge.

III. 155: Πέρσας δὲ μοι τάξον κατὰ τε τὰς Βηλίδας καλεομένας καὶ Κισσίας πύλας.

Insere articulum καὶ ΤΑC Κισσίας, ne una et eadem porta esse videatur. Cf. cap. 158: ὁ δὲ Ζώπυρος τὰς τε Κισσίας καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας ἀναπετάσας. Codex R καὶ ΤΑC Βηλίδας, rectissime.

III. 155: τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ τε καὶ Πέρσῃσι μελήσει [τὰ δεῖ τοιέειν].

Sic homines docti reposuerunt pro τάδε ποιέειν. Quanto melius erat languidum et iners additamentum eicere. Omnia sunt a verbis τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ μελήσει. Cf. V. 98: μέχρι μὲν ἀλάσσης αὐτοῖσι ὑμῖν, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἡμῖν ἤδη μελήσει. Frequens est apud Graecos locutio ἐμοὶ μελήσει, *tecum erit iste idor*, ut in oraculo:

ἔμοι μελήσει τοῦτο καὶ λευκαῖς κόραις.
 quod Cicero ita vertit:
ego providēdo rem istam et albae virgines.

III. 157: ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργασο, πάντα δὴ ἦν [ἐν] τοῖσι
 Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος.

Requiro pronomen τοῦτό οἱ κατέργασο et ἐν delendum censeo,
 ut apud Demosthenem: πάντα Φίλιππος ἦν αὐτοῖς. Cf. VII
 156: καὶ ἦσαν οἱ πάντα αἱ Συρήκουσαι.

III. 156: ἐγὼ ὑμῖν, ὦ Βαβυλώνιοι, ἦκω μέγιστον ἀγαθόν, Δα-
 ρείῳ δὲ καὶ τῇ στρατιῇ [καὶ Πέρσῃσι] μέγιστον κακόν.

Ineptum emblemata rectissime R omittit. Cf. 152: ἤδη ὁ Δα-
 ρεῖός τε ἤσχαλλε καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα.

III. 158: τῶν δὲ Βαβυλωνίων οἱ ΜΕΝ εἶδον τὸ ποιηθέν, οὗτο
 ἔφευγον ἐς τοῦ Διδος τοῦ Βήλου τὸ ἱρόν.

Pugnant haec cum perpetua Herodoti consuetudine, qui
 μέν — οὔτοι ΜΕΝ et ὅσοι μέν — οὔτοι ΜΕΝ scribere solet.
 Itaque legendum: οὔτοι ΜΕΝ ἔφευγον, vel potius a Codice Va-
 ticano accipiendum, in quo diserte οὔτοι μέν ἔφευγον scriptum est!

III. 159: ὡς δὲ ἔξουσι γυναῖκας — τὰδε Δαρεῖος ἐποίησε.

Futurum ἔξουσι declarat olim scriptum fuisse: Ὅπως ἔ-
 ἔξουσι, quod restituendum.

III. 160: δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου [ταῦτα] τὰ Πέρσῃσι ἐ-
 τιμιώτατα.

Supervacuum et inutile ταῦτα in Codice Romano deest.

C. G. COBET.

DE ARISTOPHANIS NUBIBUS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(Continuatur ex IX pag. 189).

Satis magnam fuisse vidimus tragicorum poetarum licentiam, comicorum poetarum saepe etiam maior fuit. Non quaero nunc de furtis, quae sibi invicem objiciebant, de quo argumento Cobetum vide ad Platonem Comicum p. 65, sed primum exempla quaedam congeram fabularum, quas alii correxerunt et detulerunt in certamen. Incipiam a Magnete, cuius Διόνυσον et Ὀρνίθας Crates retractavit. Hinc mature perierant ipsius Magnetis fabulae et quod legimus apud Photium v. Λυδίζων · Λυδοὶ Μάγνητος τοῦ κωμικοῦ διεσκευάσθησαν et apud Hesychium itidem in voce Λυδίζων · χορεύων, διὰ τοὺς Λυδοὺς, οἱ σώζονται μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσὶν, probabilis coniectura est Cratetem τὸν κραιμβοφάγον eam quoque fabulam retractavisse. Pherecratis Μεταλλῆς emendata fuit ab Nicomacho, Metagenis Αὔραι ab Aristagora, qui fabulam uti videtur inscripsit Μαμμάκυθον. Antiphanis Ἄνθεια, Πύραυνος, Ἔπνος et Ἀλείπτριαι emendatae sunt ab Alexide, Δύσκρατος ab Epicrate et Οἰωνισῆς fortasse facta est Menandri Δεισιδαίμων. Diphilus correxit Nicostrati Ἐκάτην, Eubuli fabulas imitati sunt Philippus, Ephippus, Alexis et Ophelio. Summa denique Amphidis et Alexidis est in fabularum titulis similitudo. Non est opus ipsos locos ex quibus haec apparent describere, nam de singulis saepe res dubia po-

test videri, etiamsi in universum satis constet, quam late hoc institutum patuerit, ac praesertim unicuique facile est ex **Meinekii Historia Critica** omnia conquirere quae eo pertinent. Delectabatur populus, quum saepius in scena recurrerent quae olim placuissent, sed post paucos annos mutationibus opus erat, ne quid joci obessent, qui iam minus intelligerentur. Neque grammaticus in theatro aderat, qui spectatoribus interpretaretur *τις ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι καὶ ὁ Κινησίας παρὰ Πλάτωνι καὶ ὁ Λάμπων παρὰ Κρατίνῳ καὶ τῶν κωμωδουμένων ἕκαστος*, ut utar **Plutarchi** verbis **Symp. VII. 8. 3.**

Nunc nemo mirabitur, uti arbitror, qui sit factum, ut comici poetae toties sibi invicem furta obiecerint. Initium faciam a **Cratino** qui quid **Lysippo** vitio verterit, apparet ex huius versiculo, quem **Pollux** servavit **VII. 41:**

οὐδ' ἐπικινάφας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας.

Idem **Cratinus** ut erat mordax ingenio **Aristophani** exprobravit, quod usus fuisset pro suis, quae **Eupolidis** essent: **Schol. Eqq. 528:** ὁ Κρατίνος κακῶς λέγει τὸν Ἄριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα, ubi malim κλέπτοντα. **Hermippus Phrynichum** exagitavit ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλόμενον ποιήματα, **Schol. Arist. Av. 750.** **Eupolis** in **Baptis** invectus est in **Aristophanem:**

κάκείνους τοὺς Ἰππέας

συνεποίησα τῷ Φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Quod **Aristophanes** reposuit, id legitur in **Nubium** parabasi:

*Εὐπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσε
ἐκτρέφας τοὺς ἡμετέρους Ἰππέας κακὸς κακῶς,
προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσῃν, τοῦ κόρδακος οὔνεχ', ἦν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἦν τὸ κῆτος ἦσθιεν.
εἶτ' αὐθις Ἑρμιππος ἐποίησεν εἰς Ἱπέρβολον
ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρεῖδουσιν εἰς Ἱπέρβολον,
τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχείλεων τῶν ἐμῶν μιμούμενοι.*

Similiter in parabasi **Anagyri** notat aemulum poetam, quem **Fritschius** coniecit itidem **Eupolidem** fuisse:

ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν,

quae verba quo sensu accipienda sint et facile intelligitur et ostendit **Cobetus** ad **Platonem Comicum** p. 66, ubi alia multa de hoc argumento congesta reperies, etiam de odiis inter **Aristophanem** et **Platonem**.

Venio ad Aristophanem, qui ut alia taceam, bis dicitur donuisse Nubes et Plutum. Quod de Bacchis vidimus, fabulam quae hodie superest, ex duabus recensioibus esse mixtam, idem de Pluto viri docti inde ab Hemsterhusio iamdudum suspicati erant, donec ante undecim annos hoc argumentum ita retractavit E. W. H. Brentano, ut contradicere difficile sit. Duae fuerunt comoediae, quae praeter titulum et personam Pluti vix quidquam commune habuerunt, nostra autem fabula notissimum refert Plutum posteriorem, cui ex priore quaedam admixta sunt. De Nubibus post Hermannum idem Brentano sententissime ostendit, nostram comoediam ex utraque editione esse conflata. Equidem Brentanonis iudicium tanti facio quanti lebeo; etiam ea quae de Avibus et de Vespis disputavit, digna esse iudico quae accurate perpendantur, cum praesertim id summa cura egerit ne quid se fugeret eorum quae olim de hoc argumento disputata essent: qualem diligentiam equidem nec praestare possum nec libenter admodum praestarem, etiamsi ab ñbris minus laborarem. Sed quod contendit eas contaminationes ad Byzantina tempora detrudendas esse, in ea re eum ratio plurimum fugit et miror doctum virum, qui tam improbabilia conicere potuerit. Nubes, Plutum, Vespas ex duplici editione conflatas esse, planissime adsentior, sed nullam video causam, quidni τῆν διασκευὴν ad illa tempora referam, quae Aristophanis aetatem proxime secuta sunt.

Continebo me nunc quidem intra Nubes; scio quidem esse etiam alias fabulas, quae non satis integrae ad nos pervenerunt, sicuti de Ecclesiazasis nemo ambigere potest, quin fragmentis potius sit adnumeranda, sed primum lubet experiri, quid in una fabula efficere possim. Supra iam dixi olim Nubium fuisse duplicem editionem vel recensioem, fabulam autem quam nunc habemus, priorem editionem esse, cui ex altera quaedam non nimis apte assuta sint. Sequor in ea re nonnullorum virorum doctorum sententiam, qui ante me idem iam adgressi sunt probare, sed rem meo more retractare iuvat et διασκευάζειν. Solent quidem hodie plerique omnes mirari iniquissimum Aristophanis de Socrate iudicium et ego quoque id miror, sed quidquid ea de re quaesitum fuit a multis, Germanis imprimis, quorum opiniones Brentano percensuit, id omne philosophis et

aestheticis quos appellant relinquam et provinciae meae finibus contentus ero. Scilicet hodie communis opinio est, fabulam postquam non stetisset, a poeta partim esse retractatam eamque retractatam fabulam, quae numquam scenae commissa sit, nobis hodie superesse, nec potuisse adeo imperfectum opus histrionibus tradi ut agerent, cum suturae ubique perspicue appareat. Primus eam sententiam commendavit Godofredus Hermannus, quem postea multi secuti sunt, qui haud contemnenda argumenta attulerunt, suam opinionem ut undecumque probarent.

Faciam mihi disputationis initium ab veteri argumento quarto: *αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐν ἄσει ἐδιδάχθησαν ἐπ' ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνην, Ἀμειψίας δὲ Κόνην· διόπερ Ἀριστοφάνης ἀπορριφθεὶς παραλόγως ᾤθη δεῖν ἀναδιδέξαι τὰς Νεφέλας καὶ ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον· ἀποτυχῶν δὲ πάλυ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν· αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐπ' Ἀμεινίου ἄρχοντος.* Itaque Aristophanes Nubes primum in certamen commisit Olymp. 89. 1 et tertium praemium reportavit. Deinde fabulam antequam iterum in theatro spectandam dedit retractavit, sed retractata fabula postquam edita fuit, etiam minus populo et iudicibus placuit, poeta *ἀπέτυχε πολὺ μᾶλλον*, praemio excidit, quartus quintusque fuit nec victor renunciatus est. Exstabant in didascalii *ομωνίαι* fabularum nomina, quae deinceps quotannis in certamen delatae fuerant, sed uti fit Alexandrini sedulo describebant, qui postea quibus fabulis vicissent, sed negligebant eos qui victoriam non erant adepti: videmus hoc in Argumentis Acharnensium, Equitum, alibi. Itaque constabat quo anno Nubes prima vice acta esset, sed de retractata fabula etiam ambigebatur, essetne umquam scenae commissa. Sunt tamen grammatici verba diserta satis: quum retractata fabula neutiquam placuisset, eam postea poeta neglexit, *οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν*, rediit ad priorem recensionem, quam postea credibile est saepe fuisse actam, sed alterae Nubes, postquam semel displicuerant, numquam scenae redditae fuere. Hinc est factum ut hodie habemus textum, qui Nubes priores potissimum refert, cum in aliis *αἱ διασκευαὶ* fere aetatem tulerint, sicuti vidimus cum de Euripide quaerebamus. Nihil est in hisce quod incredibile videri debeat: id tantum apparet, errare grammaticum quum

lat Nubes posteriores statim sequenti anno Olymp. 89. 2^{am} esse; nempe intervallum paulo longius fuit ac minimum 2^{am} quatuorve annorum, quod parabasis demonstrat, in qua quaedam memorantur, quae post Aminiam Archontem Athe-
 3^{as} acciderunt. Miror autem Brentanonem qui p. 37 negaverit,
 4^{ic} e nomine διασκευῆς quam postea poeta οὐκέτι εἰσήγαγεν,
 5^{abes} posteriores intelligendas esse. Simplicissimam rationem
 6^{hic} et alibi citra controversiam sequendam duco. Post ex-
 7^{crabimus} num forte cogamur relinquere veteris grammatici
 8^{ctrinam}, sed omnia ante tentanda sunt, quam tale testimo-
 9^{am} incaute abiiciamus.

Audiamus etiam eum qui sextum argumentum scripsit: τοῦτο
 10^{ῦτόν} ἐστὶ τῷ προτέρῳ, δισκευῆσαι δ' ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀνα-
 11^{τάξαι} μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι'
 12^{ποτ'} αἰτίαν ποιήσαντος· καθόλου μὲν οὖν παρὰ πᾶν μέρος γε-
 13^{νημένη} ἢ διόρθωσις. τὰ μὲν γὰρ περιήρηται, τὰ δὲ παραπέπλεκ-
 14^ι καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχη-
 15^{ίτισαι}, τὰ δὲ ὀλοσχεροῦς τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν·
 16^{τίκα} ἢ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται, καὶ ὅπου ὁ δίκαιος
 17^{γος} πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ καὶ τελευταῖον ὅπου καίεται ἢ δια-
 18^{ιβῆ} Σωκράτους. De hoc loco perquam memorabili dignissi-
 19^{us} est qui conferatur Teuffelius, in cuius accurata et docta
 20^{plicatione} aut parum aut nihil desiderabis. Tradit autem
 21^{us} grammaticus, cui facile videmus ad optimos fontes adi-
 22^{um} patuisse, nos hodie tenere Nubes *prior*es sed partim re-
 23^{tractatas}; *suspicatur* autem et diserte perscribit nunc *suspicionem*
 24^{promere} et coniecturam sequi, poetam fabulae emendationem
 25^{non} perfecisse, quae coniectura falsa est, si quidem vera tra-
 26^{untur} in Argumento Quarto. Id apparet eum habuisse fabu-
 27^{am} quae hodie superest eamque sedulo contulisse cum Nubibus
 28^{rioribus}; numquam autem vidisse Nubes posteriores, quae
 29^{propter} causam quam dixi mature interiissent. Ex utriusque
 30^{fabulae} comparatione grammaticus effecit quaedam sublata fuisse
 31^{retractata} retractandave fabula, quaedam alio detorta, quae-
 32^{um} etiam ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ reficta fuisse, quale
 33^{lud} est quod supra e Diogene Laertio attulimus. Deinde
 34^{gnificat} mutationes per totam fabulam sparsas inveniri, sed
 35^{primis} circa τὴν παράβασιν, in disputatione utriusque λόγου

et in fine fabulae, ubi Socratis aedes incenduntur. Itaque sequitur nos habere Nubes priores, quibus ex posterioribus Nubibus quaedam non nimis apte agglutinata sunt: haec origo est Nubium, quas *tertias* adeo dicere poterimus. Est autem probabilis admodum suspicio, non ipsum poetam fabulam contaminasse, sed brevi post Aristophanem mortuum nescio quis contulit in unum quae sibi in utraque fabula egregie placebant. Contaminata fabula in scena agi non potuit, quod omnes viderunt, sed mortuo poeta post Socratis condemnationem Athenienses virtutem e medio sublatam amare coeperunt nec tulissent in theatro comoediam, in qua Socrates derideretur. Priores Nubes norant omnes, posteriores latebant et postquam fabula semel spectata fuerat, eam Aristophanes oblivioni tradiderat. Unicum exemplar, quod forte supererat, invenit is, ad quem Aristophanis libri pervenerunt, filius, nepos, fortasse alius quidam: hic *lectorum* in gratiam contaminando tertiam fabulam fecit, quae postquam diu simul cum prioribus Nubibus circumlata fuit, tandem sola expetebatur, sola legebatur, sola denique salva ad nos pervenit propter eximiam disputationem inter τὸν δίκαιον et τὸν ἄδικον λόγον, quam in prioribus Nubibus lectores aegre desiderabant. Iam videndum est, num eius rei indicia satis manifesta in fabula hodie supersint, modo tenemus illud quod e parabasi efficitur, fabulam non altera vice actam fuisse ἐπ' Ἀμεινίου ἄρχοντος, sed aliquot annis post. Scribit Scholiasta ad vs. 549: οὐ φέρονται αἱ διδασκαλῆαι τῶν δευτέρων Νεφέλων, quod minime mirum quia poeta in certamine victus fuit. Sed stulta coniectura fuit grammaticorum qui putabant Aminiam archontem in nostra fabula sub Amyniae foeneratoris nomine traduci. Illum errorem facilius excusabo, ad quem Alexandrini fere necessario delabebantur, nam quam utramque recensionem inter se conferrent, vix poterant suspicari posteriores Nubes intercisisse, superesse autem contaminatam fabulam sive tertias Nubes. Recte autem intelligebant, Aristophanem non fuisse, qui tam male cohaerentia unquam scenae potuisset committere.

Quod Brentano suscepit demonstrare in prioribus Nubibus Socratem irrisum fuisse eiusque divinarum humanarumque rerum studium, in posterioribus autem Protagoram et Prodicum fuisse,

si exagitarentur, patris quoque et filii partes in ambabus revisionibus multum fuisse diversas, deinde cum comoediae disares indecore contaminarentur, ex Daetalensibus assumptum esse locum, ubi *ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λέγει*, id omnino virifice improbo nec magis reliqua concedam, in quibus coniectandi quoque pruritu efferri mihi videtur et vagari extra leas. Veluti quod eam contaminationem ad Byzantina tempora reiicit, taceo quam sit ea opinio parum verisimilis si per se spectetur, taceo de difficultatibus quas ipse vix se superare posse sperat, cum videat tertias Nubes — ut novo nomine utar — ab Diogene Laertio, Quintiliano et Aeliano laudari; sed postquam vidimus quam libere etiam veteres et sua et aliena opera solerent *διασκευάζειν*, non intelligo quidni olim brevi post poetam mortuum iratis Musis tenebrio quidam ex fabulis cognominibus unam conflare potuerit. Non erat ea res nimis ardua et, etiamsi cui haud satis verisimilis videatur, cogitet reliquas rationes etiam minus esse probabiles; sed certe neutquam mihi persuadebo, ipsum Aristophanem fuisse, qui priores Nubes, quae tamen comoedia satis placuisset, iam turpiter sustinuerit corrumpere, ut prima postremis minime responderent. Dubitari video ab nonnullis, perfeceritne unquam poeta novam recensionem; sed primum doctus scriptor argumenti quarti non dubitavit, deinde habemus, quod omnes viderunt, *novam parbasin*; sicuti autem hodie boni scriptores praefationes et prooemia et prologos, cetera id genus, omnium nostrorum conscribunt, sic Athenis Atticis poeta comicus, uti sequum est, parbasin addebat, postquam reliqua tantum non ad umbilicum perfecta erant. Relegat mihi quis totam parbasin et intelliget, uti arbitror, hanc omnium postremam a poeta fuisse additam. Posteriores Nubes poeta necessario periecit nec tantum inchoavit: hinc fere mathematica ratione ea consequuntur, quae supra conatus sum ostendere.

Quamquam multa afferre possum, quibus refellam Brentani commentum de sera origine Nubium tertiarum, nunc malo improbabilem opinionem oblivioni tradere et magis iuvat lectoribus commendare quod scribit de Apologia Platonis. Proferat olim Teuffelius id quod legimus in quarto Argumento, posterioribus Nubibus accessisse certamen illud utriusque

λόγου nilque tale lectum fuisse in Nubibus] prioribus. Postea a Buchelero castigatus invitus eam sententiam deseruit, quam nihilominus verissimam esse Brentano recte pronunciauit. Tres loci sunt in Platonis Apologia, qui repugnare videntur magis quam repugnant, sed accurate de iis videndum erit, nam si integre ac sine vitio nobis traditi sunt, necessario evertentur ea quae hucusque disputavi. Nempe ii qui in Socratem iudices sedebant, meminisse poterant priorum Nubium, quas, ut existimo, per annos plus quam viginti saepius in theatro spectarant, sed quomodo poterant in tanta comoediarum multitudine meminisse Nubium posteriorum, quae multis annis ante semel actae erant? Vidimus autem fabulam diu post illud iudicium contaminatam fuisse necdum poterat Plato, haec dum scribebat, cognovisse tertias Nubes, quae nobis supersunt. Itaque quod arguit Aristophanes quod Socrates doceret quomodo dicendo inferior causa superior evadere posset, ea de re Socrates apud Platonem nihil dicere potuit. Inspiciamus tamen Apologiam p. 18 B: ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι, ὧ ἄνδρες, οἱ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παιδῶν παραλαμβάνοντες ἐπειθόν τε καὶ κατηγοροῦν ἐμοῦ οὐδὲ ἀληθές, ὡς ἐσι τις Σωκράτης σοφὸς ἀνὴρ τὰ τε μετέωρα φημισθῆς καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἀνεζητηκῶς καὶ τὸν ἦττω λόγον κρείττω ποιῶν. Οὗτοι, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οἱ ταύτην τῆ Φήμην κατασκεδάσαντες, οἱ δεινοὶ εἰσι μου κατηγοροί. οἱ γὰρ ἀκούοντες ταῦτα ἠγοῦνται τοὺς ταῦτα ζητοῦντας οὐδὲ θεοὺς κολάζειν. Quum multae sint in Apologia interpolationes, hoc certe apparet insiticia esse verba: καὶ τὸν ἦττω λόγον κρείττω ποιῶν, ut habeant in fine verba τοὺς ταῦτα ζητοῦντας quo referantur et praecedens participium ἀνεζητηκῶς respuit verba, quae tanquam spuria notavimus. Sed eadem verba cum vitio resurrunt p. 19 B: τί δὴ λέγοντες διέβαλλον οἱ διαβάλλοντες; ὅστις οὖν κατηγορῶν τὴν ἀντιμωσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν. Σωκράτης ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τὰ τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ τὸν ἦττω λόγον κρείττω ποιῶν καὶ ἄλλους ταῦτὰ διδάσκων. Τοιαύτη τις ἐσι ταῦτα γὰρ ἐωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον φάσκοντα τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα, ὧν ἐγὼ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαῖω. Imperfectum ἐωρᾶτε me offendit multoque hic malim: ἐοράκατε, nam et spectarant

pe indices et recordabantur et nuper quoque, uti conicio, astra acta fuerat; sed hoc leve est. Magis refert quod Plato, in altera parte sententiae argumentum Nubium suis verbis scribit, non addit illud crimen quod vel maximum est, Socratem docere τὸν ἄδικον λόγον. Secundum Platonem Socrates

Nubibus nugatur, sed quod docet, id per se ipsum spectatum non est perversum. Quaero denique, si praecessissent a: καὶ τὸν ἤττω λόγον κρείττω ποιῶν, potuissetne Socrates continuo addere: καὶ οὐκ ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπισήμην, τις περὶ τῶν τοιούτων σοφός ἐστι μὴ πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου σαύτας δίκας φύγοιμι. Nempe naturae studium Socrates οὐκ ἀτιμάζει, sed Protagorae artificium, qui docebat quomodo causa firmior fortior fieret, sine dubio exsecravit debuitque iudicis vel maxime exsecravisse videri. Restat tertius locus, ubi videmus Platonem orationem eleganter variavisse, sed interpolatoris mira fuit infantia et vocabulorum paupertas et difficile est anseri inter olores latere, sed difficilior est interpolatori Platonem imitari τὸν Διασὶ λέγοντα. Legimus p. 23

ἐντεῦθεν οὖν οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐξεταζόμενοι ἐμοὶ ὀργίζονται, ἀλλ' ἔγωγε αὐτοῖς, καὶ λέγουσιν, ὡς Σωκράτης τις ἐστὶν ἀμαρτωλὸς καὶ ἀφθείρει τοὺς νέους καὶ ἐπειδὴν τις αὐτοὺς ἐρωτᾷ, ὅτι ποιῶν ἐστὶ ὁ τι διδάσκων, ἔχουσι μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν ἄνομοι, τὰ κατὰ πάντων τῶν φιλοσόφων πρόχειρα ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς, καὶ θεοὺς μὴ νομίζειν καὶ ἄνθρωπον ἤττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Inde potissimum apparet, eadem verba ter perperam interpolata esse, quum Socrates in reliqua oratione longe gravissimam criminationem adeo non edarguat, ut ne attingat quidem. Ceterum mihi quidem forsus incredibile videtur, eos qui audiebant, recordari potuisse verba posteriores multis annis ante semel tantum actas; sed si quis voluerit iudicibus memoriam propemodum ferream tribuere, quidem non intercedam, nec tamen ipse eam sententiam facile adducar ut amplectar, quum videam Platonem de una Aristophanis comoedia dicere et minime de duabus.

Aristophanes Nubes docuit et tertium praemium reportavit; vicit igitur, sed victoria ei ignominiae plena videbatur. Itaque in sequenti ἐπ' Ἀμεινίου ἀρχοντος ita de accepta iniuria quaesitum est in parabasi Vesparum vs. 1043:

τοιόνδ' εὐρόντες ἀλεξίκακον, τῆς χάρας τῆσδε καθαρτῆν,
 πέρυσιν καταπροὔδοτε καινοτάταις σπείροντ' αὐτὸν διανοίαι,
 ἄς ὑπὲρ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλλεῖς·
 καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον
 μὴ πρόποτ' ἀμείνον' ἔπη τούτων κωμωδικὰ μηδὲν ἀκοῦσαι.
 τοῦτο μὲν οὖν ἔσθ' ὑμῖν αἰσχρὸν τοῖς μὴ γνοῦσιν παραχρῆμα,
 ὃ δὲ ποιητῆς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισαι,
 εἰ παρελαύνων τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

Quid mirum, si poeta qui tam magnifice de suis inventis sentiret, fabulam retractavit? Postquam ea de re in universum vidimus, nunc quaeremus num in comoedia ipsa τῆς διασκευῆς satis aperta indicia invenire possimus. Primum parabasis inde a versu 518 usque ad versum 562 necessario est e retractata fabula. Verba sunt poetae ipsius vs. 521:

ὡς ὑμᾶς ἠγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιούσ
 καὶ ταύτην σοφάτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμωδιῶν.
 πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἣ παρέσχε μοι
 ἔργον πλεῖστον· εἴτ' ἀνεχώρου ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
 ἠττηθεῖς οὐκ ἄξιός ὢν.

Apparet inter utramque recensionem non exiguum fuisse discrimen, nec satis habuisse poetam hic illic pauca quaedam διορθῶσαι, dicit enim ipse vs. 546:

οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ ἔξαπατᾶν δις καὶ τρις ταῦτ' εἰσάγων,
 ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας ἐσφέρων σοφίζομαι.

Itaque vere διασκευή fuit et in nova fabula, quae a choro Nubium idem nomen servavit, quum Socrates per totam comoediam exagitaretur et omnium ludibrio proponeretur, prodibat quidam in scenam senex, qui quum propter oblivionem et inconsiderantiam frustra eloquentiae operam dedisset, filium suum Sophronisci filio in disciplinam tradidit, sed reliqua omnia dissimilia fuerunt. Primum ea pars, ubi ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λέγει secundum sextam hypothesis in emendata fabula est, quod satis est credibile, quia splendidi versus 888—1104 nec cum superioribus nec cum sequentibus recte cohaerent, quod diligenter demonstratum fuit cum ab aliis tum ab Teuffelio in Philologo VII p. 333. Deinde quod idem Teuffelius ibidem accuratissima disputatione effecit, a vs. 694 usque ad vs. 746 exstant clara vestigia duplicis recensionis in unum

inflatae. Facile est inter utramque distinguere, nam dicit et ipse in parabasi vs. 539 hanc esse fabulam pudicam modum:

ἦτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἤλθε βαψαμένη σκύτινον καθειμένον
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἴν' ἢ γέλωος.

Itaque quod Strepsiades repraesentatur vs. 734 τὸ πέος ἐν τῇ βεξιᾷ ἔχων, id necessario e priore recensione est; in emendata fabula poeta spurcum iocum delevit et cimices introduxit, quibus senex meditabundus vexatur. In eadem parabasi vs. 542:

οὐδ' εἰσῆξε δᾶδας ἔχουσ' οὐδ' ἰοῦ ἰοῦ βοᾶ,

primum ostendit e priore recensione esse vs. 1, 1170, 1321 et 1493, quibus locis illud ipsum ἰοῦ ἰοῦ legitur; deinde facile intelligimus itidem e prioribus Nubibus esse ultimam comoediae partem, ὄπου καίεται ἢ διατριβὴ Σωκράτους. Sunt ibi, ne quis dubitet, Strepsiadis verba: σὸν ἔργον, ὦ δᾶς, ἰέναι πολλὴν φλόγα. Negat hoc quidem grammaticus qui sextum argumentum conscripsit, et contendit eam quoque comoediae partem in fabula quae superest ἡμεῖσθαι, sed crediderim tantummodo quaedam deesse circa finem, quae olim in prioribus Nubibus legerentur idque satis verisimile debet videri tum propter nimiam descriptionis brevitate, tum propter fragmentum apud Photium servatum:

ἐς τὴν Πάρνηθ' ὄργισθεῖσαι Φροῦσαι καὶ τὸν Λυκαβηττόν,
quod necessario olim lectum fuit in *extrema* fabula, quum Nubes Socrati propter ineptum studium iratae orchestram relinquerebant, nec legi sane olim potuit in vicinia vs. 323, ubi hodie itidem in anapaestico metro Parnethis montis mentio fit, unde Nubes *descendunt*. Deinde luce clarius est id quod omnes consentiunt, ex vetere fabula superesse alterum *ἐπίρρημα* vs. 1115—1130; quod ibi legitur:

τοὺς κριτὰς ἃ κερδανοῦσιν, ἦν τι τόνδε τὸν χορόν
ἠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ἡμεῖς φράσαι,

et quae sequuntur, ea nullo modo potuerunt servari in Nubibus posterioribus. Sed intricata quaestio oritur circa primum *ἐπίρρημα* vs. 575—594 et multi meminerunt, quibus clamoribus et conviciis ea res olim agitata fuerit inter Teuffelium et Kockium. Scripsit eos versiculos Aristophanes Cleone vivo, sed

id ambigitur, quænam eius prætura intelligenda sit. Cleon ἐπ' ἄρχοντος Ἀμεινίου prætor in Thraciam est profectus ibique cecidit; hæc prætura Cleonis si intelligenda est, necessario τὸ ἐπίρρημα illud accessit demum in Nubibus posterioribus; quantumvis de reliquis dissentirent, conveniebat tamen de ea re inter Teuffelium et Kockium. Sed fieri quoque potest ut intelligere debeamus primam Cleonis præturam ἐπ' ἄρχοντος Στραταλλεύου, quum Sphacteriam cepit et Spartanos captivos Athenas abduxit; hæc ratio mihi verisimillima videtur. Negat Teuffelius sed mihi quidem eius argumenta minime persuaserunt. Veluti quum affert vs. 591:

ἦν Κλέωνα τὸν λάρον δῶρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς
εἶτα Φιμώσητε τούτου ἕν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα,

et contendit poetam non potuisse respicere primam Cleonis præturam, cum tantam sibi gloriam comparaverit captis Spartanis, sponte Teuffelius oblivisci videtur eandem tamen præturam recenti re satis acerbe ab Aristophane exagitari in Equitibus. Ut alia omittam, quibus prohibeor quominus hic de altera Cleonis prætura cogitandum censeam, ipse adeo Teuffelius aliquot annis post concessit fere in Bucheleri sententiam, qui coniecit inter duas præturas Cleonis quas novit historia, tertiam intercalandam esse ἐπ' ἄρχοντος Ἰσάρχου. Cui ea coniectura probabitur, is nihilominus poterit τὸ ἐπίρρημα prioribus Nubibus adsignare, sed uti dicebam, longe mihi simplicissimum videtur primam Cleonis præturam intelligere atque sic nihil prorsus obstabit quominus totum ἐπίρρημα e prioribus Nubibus desumptum esse existimemus nec cogemur sequi incommodam Teuffelii rationem qui τοῦ ἐπιρρήματος priorem partem, vs. 575—580, prioribus Nubibus dedit, alteram partem, vs. 581—594, posterioribus Nubibus. Intricata quaestio lectoribus poterit videri, sed eo fere redit. Censet Teuffelius novum ἐπίρρημα scriptum fuisse ἐπ' Ἀμεινίου ἄρχοντος, quum Cleon in Thracia abesset; idem tamen consentit novam παράβασιν additam fuisse tribus minimum annis post, Cleone iam mortuo et post Eupolidis Maricam. Etiamsi concedam Aristophanem satis diu occupatum fuisse in fabula retractanda, et quidni concedam quod mea nihil interest? omnium tamen postremum, quod supra significavi, parabasin addidit et quis sanus credat,

uicis versibus per aliquot menses ne dicam annos eum immotum esse? Deinde Teuffelius necessario contendere debuit, bulam a poeta imperfectam relictam fuisse; nos quibus non ubium videtur quin Nubes posteriores scenae sint commissae, attingere poterimus primam praetura et ea quoque in re sequemur id quod per se spectatum verisimillimum est. Nihil in ea praetura commeruit Cleon, cur peculatus accusaretur, sed in altera praetura non magis dignus fuit, cur eius rei insimularetur. Et quid miramur Cleonis calumniam, quum videmus ne Socratem quidem ipsum mordacis poetae cavillationes potuisse effugere? Denique quomodo potuit in *posterioribus* Nubibus poetam insultare Cleoni, quum ipse profiteatur in nova parabasi:

ὅς μέγιστον ὄντα, Κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα,
κούκ ἐτόλμησ' αὐθις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ.

Collatis in unum quae hucusque disputavi, intelligere mihi videor, quodnam fuerit ambarum fabularum discrimen. In prioribus Nubibus Socrates et Chaerephon ridebantur propter ineptum naturae et grammaticae studium; *ἄθεοι* sunt et *ὑπόμυθοι*, sed minime mali. In posteriore comoedia Chaerephontis nullae partes fuerunt, Socrates autem exagitabatur et repraesentabatur tamquam omnium odio et contemptu dignus, quippe qui iuventutem corrumpere et artem teneret, qua posset *δ' ἡττων λόγος* vincere *τὸν κρείττονα*. In priore fabula Socratis discipuli discunt *λέγειν*, sed si ea disciplina abutuntur, nihil hoc ad Socratem, cuius est perridicula docendi methodus, sed quae neminem corrumpet, nisi qui iam ante corruptus hoc agat ut deterius corrumpatur. In secunda fabula Socrates merus est Sophista Protagorae instar. In Nubibus prioribus Socrates est *λεπτοτάτων λόγων ἱερεύς* et *ἄθεος*: in fabula emendata sciens dolo malo pervertit auditorum animos. Contra in illa fuerunt ioci impudici et obsceni, haec autem fuit *σάφρων φύσει*. Etiam in Strepసిade discrimen mihi videor agnoscere, nam post fabulae emendationem ipse multo stultior et nequior factus est quam fuerat ante. In priore fabula ipse Socrates Phidippidem dicendi artem docuit; in altera adulescens magistrum habet *τὸν ἄδικον λόγον*. Atque sic, dummodo haec vere observata videbuntur, melius etiam intelligo qui sit factum ut retractata fabula ex-

plosa sit et mox oblivioni tradita. Licebat Aristophani, quippe comico poetae, Socratem ridere et nimium naturae studium, quod in iuventute olim impensius coluerat; licebat describere Socratem nonnihil ita meritum tanquam deorum contentorem et ridiculum dicendi magistrum; licebat hoc, inquam, fecitque in Nubibus prioribus eodem iure quo optimum quemque traducebant comici poetae ipsumque adeo Periclem. Ne philosophus quidem ipse hoc admodum aegre tulit, quod ex Symposio Platonis apparet. Sed quum repraesentavit divinum virum qui mercede doceret adolescentulos, quomodo deterior causa superior evadere posset, non comicus poeta fuit et quidem primus inter pares, sed calumniator. Nemo tulit *mera* mendacia, inauditam maledicentiam, ineptum derisorem eorum quae non intelligebat. Ut salse iocemur, mendaciuncula adspargere possumus, sed aliquid veri subesse debet. Bonus comicus poeta non Periclem stupidum exhibebit, Alcibiadem avarum, Niciam impium vel Sophoclem ineptum. In posterioribus Nubibus Socratis lineamenta ultra modum distorta erant, adeo ut ea quoque in re populum Atheniensium diligam atque admirer, qui priorem fabulam parva laude dignam censuerit, alteram vero praemio indignam iudicaverit, quantumvis splendidi panni essent quos poeta assuisset. Famae patris melius consulisset Araros, si posteriores Nubes flammis dedisset, ne quid inde umquam in priores Nubes posset derivari. Et nobis quoque melius consulisset, nam integram fabulam haberemus, non indecore contaminatam.

Nunc experiemur possimusne in fabula quae superest distinguere utri recensioi singula attribui debeant. Ac primum usque ad parabasin, h. e. usque ad vs. 516, agnosco Nubes priores. In ea parte philosophi occupati sunt in naturae studio et *διδάσκουσ' ἀργύριον ἢν τις διδῶ λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἀδικα*, vs. 99. Sunt *μεριμνοφροντισαί, ἀνυπόδητοι, ὠχρῶντες*, haud sane quales discipulos pollicetur fore *ὁ ἀδικὸς λόγος* in retractata fabula. Qui autem comoediam contaminavit quaedam fortasse resecurit, sed ex posterioribus Nubibus assumsit vs. 110—120, nam quod ibi legitur:

*εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὰ λόγῳ
τὸν κρείττον', ὅστις ἐστὶ καὶ τὸν ἥττονα·*

τούτοιον τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιιν, τὸν ἥττονα
νικᾶν λέγοντά Φασι τὰδικώτερα,

certe locum neutiquam potuit obtinere in priore fabula et ockius post alios accurata disputatione evicit, hic duplicis remissionis clara vestigia superesse. Scilicet in Nubibus posterioribus versus quidam deleti fuerant inde a vs. 95, ubi legimus docere philosophos illos τὸν οὐρανὸν ὡς ἐστὶν πνιγεύς, quod erat alienum ab ea fabula, in qua Socrates repraesentabatur anquam merus sophista. Res mihi certa esse videtur.

Multi quoque sunt qui animadvertunt aliquid esse turbatum circa vs. 195 sqq., resecando enim interpolator fecit ut quaedam minus intelligamus. Nimirum in priore fabula discipuli domo exierant et post aliquot versus iubentur scenam relinquere, unde illa supersunt:

ἀλλ' οὐχ οἶόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα
ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον.

In tertiis Nubibus discipuli domo non exierunt nec possunt abire qui scenam non intrarunt. Sed multa hic resecta sunt et intercederunt et probabilis suspicio est Fritschii et aliorum doctorum virorum, cum illis discipulis olim Euripidem quoque prodiisse. Laudat certe Diogenes Laertius ex *prioribus* Nubibus:

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγωδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφίας.,

qui versus rectissime hic stare potuerunt.

In fabulae parte quae proxime sequitur, Socrates et Chaerophon, qui perpetuo coniunguntur, naturae praecipue studio operam dare videntur; eloquentiam et reliquas artes quae eo pertinent, obiter tantum tractant et ἐν παρέργῳ. Ipse Socrates ἀεροβατεῖ et περιφρονεῖ τὸν ἥλιον, reliqua ad eum ferme modum. Vult Strepisades μαθεῖν λέγειν, ut significat vs. 239; obiter tantum vs. 244 appellat τὸν ἕτερον τοῖν σοῖν λόγοιιν τὸν μηδὲν ἐποδιδόντα, sed possumus tamen dubitare sitne iis ipsis verbis usus in priore fabula. Magister autem quid pollicetur?

λέγειν γενήσει τρίμμα, κρόταλον, παιπάλην.

Ceterum perversi nihil quidquam discipulus audiet apud magistrum ridiculum quidem, sed ipsarum Nubium, quarum maiestatem veneratur, amicum. Deabus adventantibus senex iam πτολογεῖν ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ γενολισχεῖν, vs. 323, nihil

admodum iniusti cogitat. Ipse autem poeta prorsus ignorabat philosophorum et sophistarum discrimen, nam mire vs. 361 Prodicus cum Socrate refertur inter τούς μετεωροσοφιστάς, quamquam neuter in ea re eximiam operam posuerit. Iudice choro Socrates cum omnibus bonis viris vult νικᾶν πράττων καὶ βουλευόντων καὶ τῆ γλώττῃ πολεμίζων· hanc habet artem, de causa iniusta ne verbulum quidem unum. Ipse quoque Strepsiades vult τῶν Ἑλλήνων εἶναι λέγειν ἑκατὸν σαδίοισιν ἄριστος, quod ridere possumus, sed in rustico sene non est reprehendendum. Quod flagitat, id dabunt ipsae Nubes, vs. 459, quae tamen in utraque fabula iniustitiam oderunt. Itaque nunc statim philosophus vult explorare novum suum discipulum et aliquid συμβάλλεται σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων, sed statim sentit indocilem senem esse. Veste iam deposita intrat τὸ φροντιστήριον et sequitur breve chori canticum in laudem senis Φιλομαθοῦς.

Sed difficiles versiculi sunt 411 sqq. Chorus laudibus in coelum effert Strepsiadem, qui τὴν μεγάλην σοφίαν appetierit, quamquam rusticus tale quid numquam significavit. Ait Strepsiades et paratum se significat ἐπιχαλλεῦειν παρέχειν, dummodo tanti boni particeps fiat. Deinde chorus post pauculos versus, quasi non pollicitus fuisset τὴν μεγάλην σοφίαν, in qua omnia insunt, rogat quid tandem Strepsiades expetat, ὡς οὐκ ἀτυχῆσεις, vs. 428. Tum ille idem, quem modo cognovimus sapientiae tam mirifice studiosum, respondit:

ὦ δέσποιναι, δέομαι τοίνυν ὑμῶν τοῦτ' ἄνυ μικρόν,
τῶν Ἑλλήνων εἶναι με λέγειν ἑκατὸν σαδίοισιν ἄριστον.

Annuit chorus: ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σὺ. Ille tamen Strepsiades qui modo τῆς μεγάλης σοφίας ἐπεθύμησε, nunc contentus erit, dummodo noverit σρεψοδικῆσαι καὶ τοὺς χρήτας διελισθεῖν. Apparet hic rotunda misceri quadratis et aliquid esse turbatum. Equidem sequar Buchelerum et alios, qui rectissime contenderunt in priore recensione Chorum non Strepsiadem sed Socratem ipsum laudavisse propter insignis sapientiae studium; eo ducit Diogenes Laertius, apud quem revera vs. 412—417 verba sunt chori ad Socratem sicuti supra adnotavimus. De reliquis difficile est aliquid certi statuere, nam interpolator dum quaedam ex Nubibus posterioribus adsumebat, ex prioribus quaedam resecuisse videtur et versuum

ordinem paullulum immutavisse. Probabiliter tamen Kockius vs. 427—434 retractatae fabulae dedit, sed non possumus sup-
plere defectum versuum qui interciderunt.

Illud quoque Buchelero et Kockio adsentior, quaedam resecta
fuisse post vs. 491. Socratis verba fuerunt:

ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλλω σοι σοφόν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει.

Scurrili ioco utitur Strepsiades et reponit:

τί δαί; κυνηδὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι.

Exclamat Socrates indignabundus:

ἄνθρωπος ἀμαθῆς οὕτωςι καὶ βάρβαρος.,

sed περὶ τῶν μετεώρων plane nihil. Probabili ratione recuperare
possumus sensum verborum, quae exciderunt. Est quidem
Strepsiades in prioribus Nubibus paulo stultior, sed minime
obliviosus itaque ubique intempestive utitur apud omnes frus-
tulis, quae e Socratis disciplina arripuit. Itaque quod Aryniam
interrogat in extrema fabula, vs. 1279:

πότερα νομίζεις καινὸν αἰεὶ τὸν Δία
ὑεὶν ὕδωρ ἐκάστοτ', ἢ τὸν ἥλιον
ἔλκειν κάτωθεν ταῦτ' οὐθ' ὕδωρ πάλιν;

id sane non ipse excogitavit, sed post vs. 491 interpolator
Socratis ridiculum aliquod commentum de ea quaestione re-
secuit.

Sequitur παράβασις a vs. 517—626 atque haec quidem usque
ad vs. 562, quae pars Eupolideo metro composita est, neces-
sario huc irrepsit e retractata comoedia. De reliquis difficile
est statuere nec multum refert, modo teneamus τὸ ἐπίρημα,
vs. 575—594, quod supra ostendimus, remansisse ex Nubibus
prioribus.

Vs. 627—634 ex altera recensione sunt, nam fit in iis cimi-
cum mentio, quibus locus non fuit in priore fabula. Habemus
ibi Strepsiadem *obliviosum*, qualis non fuerat et si olim etiam
omnia ἐπελέγησο πρὶν μαθεῖν, non potuisset eum Socrates ita
interrogare vs. 636:

ἄγε δὴ, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,
ὡς οὐκ ἐδιδάχθης πάποτ' οὐδέν;

[oc igitur quam maxime constat et illud quoque apertum
it, vs. 635—693, quibus Socrates Strepsiadem grammaticam

docet, modo fortasse excipias vs. 657, e priore recensione esse.

In sequentibus vestigia utriusque recensione servata sunt. Cum aliis ex indiciis hoc efficitur, tum ex versu 732, ubi Socrates ad Strepsiadem *rediens* his verbis utitur:

Φέρε νυν ἀθήσω ΠΡΩΤΟΝ ὅτι δρᾶ τούτωνί.

Hic maxime Teuffelium sequi placet, qui meo quidem iudicio luculenter demonstravit ex altera recensione esse versus 694—699, 707—730, 740—745. Hoc lucrabimur, quod propter parabasin necesse est, ut spurci ioci omnes ab emendata fabula absint.

Post versum 746 redimus ad priorem fabulam, unde plerumque omnia desumpta sunt usque ad certamen utriusque λόγου. Excipio vs. 783—803, nam primum nihil erat cur Socrates ibi quereretur de Strepsiadis oblivione; deinde, uti vidimus, in prioribus Nubibus senex est paulo quidem stultior nec tamen obliviosus, denique postquam Socrates Strepsiadem plorare iussit vs. 789, non potuit affirmare chorus vs. 806:

ἔτοιμος ὄδ' ἐστὶν ἅπαντα δρᾶν

ὅσ' ἂν κελεύῃς et quae sequuntur.

Imprimis apparet propter vs. 830 nos nunc versari in priore fabula; illa enim:

Σωκράτης ὁ Μήλιος

καὶ Χαιρεφῶν ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη,

servari nullo modo potuerunt ἐν τῇ διασκευῇ. Res mihi satis certa esse videtur usque ad vs. 843, nam de vss. 844—888 ambigo utri fabulae adsignem; potius tamen dabo posteriori fabulae, imprimis propter vss. 855 et 861. Ipse praeterea Socrates in ea parte nihil de naturae studio, quod secundum priorem editionem impense colebat; vs. 874 sqq. utique unico decent retractatam fabulam. Sed τοῦτο μὲν ἐῷ ἐν κοινῷ σκοπεῖν.

Post versum 882 aliquid turbatum est et chori canticum excidit, qua de re qui plura cupiunt, Teuffelium adire poterunt, sed inde a vs. 889 sequitur ea comoediae pars, quae certo certius ex altera editione est, ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λέγει, usque ad vs. 1104. Verba autem Socratis fuerant vs. 886:

αὐτὸς μωθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοις,

ἐγὼ δ' ἀπέσομαι,

edixerat chorus vs. 937: *ὅπως ἂν ἀκούσας σφῶν ἀντιλεγόντων κρίνας φοιτᾷ* itaque post fugam τοῦ δικαίου λόγου in novis ubibus tradebatur Phidippides in disciplinam τῷ ἀδίκῳ λόγῳ. Hoc quod neminem fugit eorum, qui de duplici Nubium editione quaerere instituerunt, reliqua iam expedita reddet.

Inde a versu 1105 non intelligitur quo evaserit ὁ ἀδικὸς λόγος, vel quomodo scenam reliquerit et Socrates ipse est, qui Phidippidem instituet: habemus igitur denno Nubes priores, neque opus est de singulis ostendere quod in universum satis constat, dehinc in extrema fabula aut parum aut nihil fuisse additum ex altera editione. Iam inde a versu 1115 sequitur alterum *πέρρημα*, in quo chorus iudices ita alloquitur, ut liquido intelligamus non scripta haec fuisse, cum fabula emendaretur, quae populo haud satis placuisset. Reliqua indidem sunt. Phidippides simpliciter didicit εὖ λέγειν, quod prioris fabulae uti videmus argumentum est et quod Strepsiades Socrati munusculum fert vs. 1147, Socrates in altera editione propter vs. 876 munusculo non fuisset contentus et praeterea Phidippides in ea fabula praeceptorem non Socratem habuit sed τὸν ἀδικὸν λόγον. Hinc etiam vs. 1171 Phidippides pallidus factus est ἐν τῷ ἄροιστηρίῳ, nam non vereor ne quis eo trahat quod alio sensu dictum est vs. 1016. Deinde utitur ipse Strepsiades apud Thasiam et Amyniam iis, quae aut ipse aut filius in Socratis schola didicit, quam rem Aristophanes aliter administrare demisit in nova fabula, in qua Strepsiades statim obliviscebatur eorum quae modo didicerat, quod et alibi apparet et imprimis vs. 787. Ceterum argumenta eius rei quam dixi, ubique prostant, quae non omnia percensere iuvat; enumerabo tantum posteriora. Veluti quod Strepsiades ad Amyniam dicit vs. 1283:

*πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τὰργύριον δίκαιος εἶ,
εἰ μὴδὲν οἶσθα τῶν μετεώρων πραγμάτων,*

iusmodi ioco non fuit locus in repetita editione.

Quaedam lacunae deprehenduntur, verbi causa post versum 212; sed facile est videre undenam sint versus 1303—1451, ubi pater a filio vapulat, quem penitus corrumpit disciplina τοῦ ἀδίκου λόγου. Est enim odiosus Socrates cum sua sophistica disciplina in nova fabula et poeta hoc agit ut oderimus, quem iam satis habuerat ridiculum exhibere. Hinc in ea parte per

versus fere 150 nihil de naturae studio, sed omnia pert ad corruptam maiorum disciplinam: hic demum habemus cratem *διαφθείροντα τοὺς νέους*, qui in priore fabula nugae quidem nec tamen odio sunt. Nunc chorus quantum efficitur ex corruptis verbis vs. 1309, execrat Socratem *τὸν οὐργον*, quem olim tanto opere adamaverat, vs. 412. Vide etiam didicisse Phidippidem *τὸν ἤττω λόγον* vs. 1336 et 1451. Sed mihi quidem aperta res est, etiamsi facile dixerim non prorsus dissimilia olim lecta fuisse in Nubibus prius, ex quibus video apud Athenaeum afferri vs. 1417; magis crediderim apud hunc in numero fuisse erratum.

Non est integra postrema fabulae pars, quod sexta hypothesis imprimis facit ut credam, sed omnia sunt e prioribus. Statim vs. 1465 Socrates cum Chaerephonte nominat. Hos scilicet Phidippides praeceptores ibi habuit vs. 1467. 1472 respiciuntur vs. 380 et 828, qui fuere in priore fabula. Itidem qui scripsit vs. 1497, cogitabat vs. 497. Vs. 1500 dantur verba quibus Socrates usus fuerat vs. 225. Ipse prius Chaerephon et utitur Strepsiades ad philosophos conversus dicitur numero: vides ut omnia tendant eodem. Desunt autem alia tum versus aliquot anapaestici in extrema fabula, ex quibus unus, ut supra dixi, apud Photium servatus est. Praeterea ex Nubibus Photius laudat:

κείσεσθον ὡσπερ πηνίω βινουμένω,

quem versiculum satis est credibile in hac parte fabulae nuntiatum fuisse ab Strepsiade in iurgio quodam cum Socrate et amico.

Haec sunt quae de perplexo argumento invenire potui. Verum put autem rei est, ut intelligatur summam fidem esse grammaticorum, quibus quartum et sextum argumentum debemus, sicubi errarunt, illud etiam effecimus ut appareret, unde res nati essent et cur fere necessario, cum ignorarent se in Nubes manibus tenere, in eos errores implicari deberent. iam tempus est rivos claudere et de aliis Aristophanis comediis alia occasione quaerere instituiam.

Amstelodami,
d. 7 m. Ian. 1883.

THUCYDIDEA.



Herwerdenus, vir clarissimus, quum editione Thucydidis ab-
ita in hac ipsa Bibliotheca philologos adhortatus sit ut con-
ctis viribus praeclarum scriptorem emendare pergerent, ut
ut multi exhortationibus egregiorum virorum confirmati in
amen honestum descendere, sic ego illius instinctu nonnul-
observationes in Thucydidem in medio propositurus sum,
s alioqui reconditurus eram.

Si quis corruptelas in opere Thucydideo a criticis adhuc in-
tas atque sublatas generatim exponeret, emblematorum genere
cio an nullum frequentius esse patefaceret. Quorum quam
gnus numerus sit Herwerdeni editio, si quae alia, declarat.
n qui posthac nova emblemata in Thucydide repperisse sibi
ebitur, is ne actum agat illius editionis non tantum anno-
ones praefationesque, sed etiam addenda et corrigenda dili-
ter perquirere debet. At vero recte monente Catone nemi-
o reprehensum esse, qui e segete ad spicilegium reliquerit
ulam, equidem hoc gratiae ac laudabilis negligentiae beneficio
s has spicas legi.

lib. I. III. 2 οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἐδύνατο καὶ ἅπασιν
κῆσαι. Verbum ἐδύνατο insertum est, nam ἐκνικῆσαι non
ius quam ἔχειν, εἶναι, παρέχεσθαι et καλεῖσθαι pendet a
ἔδδ' ἐμοί. Itaque hoc demum eiecto sententia uno tenore
cedit.

lib. I. XIX. Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες
ν τοὺς ξυμμάχους ἠγαῶντο, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσι μόνον
ἠδείως ὅπως πολιτεύσουσι θεραπεύοντες. Utrum Lacedaemonii
m imperandi ita exercebant ut sociis obsequium tribuerent,

an socii maiestatem Lacedaemoniorum comiter conservaba Magis cum utrorumque condicione consentaneum foret si | *θεραπεύοντες* legeretur *θεραπεύοντας*. Praeterea sic altera p sententiae haberet quod verbis *οὐχ ὑποτελεῖς* oppositum est et verba *ὅπως πολιτεύσουσι* sponte sua migrarent in margine unde in orationem scriptoris se intulerunt. Haud inutile e comparare locos I ακλιν. 2 et V lxxx. 2.

Lib. I. lxxxii. 1 *ἀνεπίφθονον δέ, ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἢ Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἑλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας διασώθῃναι*. Expuncta velim verba *ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων*, quod miror Archidami auditores tamquam surdos brevissimo intervallo bis doceri Athenienses esse a quibus insidiae sibi parentur. Non temere Herwerdenus monitione coniicias *ἐπιβουλεύονται*, nam fuit qui primae personae mentionem non intelligens separato pronomine opus esse putaret.

Lib. II. xi 7. *πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς δμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκῳ δρᾶν πάσχοντάς τι ἀηδὲς ὀργὴ προσπίπτει*. Quodsi probabile est *δμμασιν δρᾶν*, quae verba tam arcte cohaerent ut separari non possint, et *παραυτίκα δρᾶν* idem significare, optione data in glossema et explicationem, prius est praefendum. Postquam *ἐν τῷ παραυτίκα δρᾶν* in Archidami orationem male pedem intulisset, accidisse puto ut prior articulus ad proximi substantivi numerum accommodaretur. Itaque coniicio: *πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς δμμασιν δρᾶν πάσχοντάς τι κτέ. omnes enim, quum suis oculis vident impetu malo se affici, excaepdescunt*.

Lib. II. li. 1 *καὶ ἄλλο παρελύπει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐδὲν τῶν εἰωθῶτων· ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα*. *Comitatus initium capitis 49: τὸ μὲν γὰρ ἔτος, ὡς ὠμολογεῖτο ἢ πάντων, μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύχθη ἀνευ ὄν· εἰ δὲ τις καὶ προύκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκράθη*. Mirum nisi hic locus ex illo male imitando expressus est. Quod magis contemplor quum totam picturam, tum hanc partem eo magis persuasum mihi habeo sententias a *τὸ μὲν οὖν νόσημα* et *ἔθνησκον δ'* incipientes praeter expectationem languido ad tamento interrumpi.

Lib. II. lxi. I. *Τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γινώσκονται τε πολὺς καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγεγνώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῶν κάκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν*

ὀπτευόμενον κτέ. Herwerdenus Stud. Thucyd. coniecit post ἕλεμον excidisse Φοβουμένοις. Huius coniecturæ utilitatem ut dubium vocem moveor loco III. 53: τὸν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινотάτων εἶναι εἰκότως ὑποπτεύομεν καὶ ὑμᾶς μὴ οὐ κοινοὶ ποβῆτε. Idem locus facit ut magis credam αὐτὸν esse super-
votum.

Lib. II. LXXVI. 4. ἐπ' οὖν τῷ Ῥίῳ τῷ Ἀχαιϊκῷ οἱ Πελοποννήσιοι, ἀπέχοντι οὐ πολὺ τοῦ Πανόρμου, ἐν ᾧ αὐτοῖς ὁ πεζὸς ἦν, ὤρμισαντο κτέ. Aut obliviosos homines Thucydides finxit, quibus modo dixisset: οἱ δ' ἐν τῇ Κυλλήνῃ Πελοποννήσιοι
. . . παρέπλευσαν ἐς Πάνορμον τὸν Ἀχαιϊκόν, οὐπὲρ αὐτοῖς ὁ κατὰ τῆν στρατὸς τῶν Πελοποννησίων προσεβεβοηθήκει, aut eradere iubemus ἐν ᾧ αὐτοῖς ὁ πεζὸς ἦν.

Lib. IV. LXVII. Athenienses ubi cum Megarensium proditoribus per colloquium constituerunt quid utrisque faciendum esset, noctu insulam Minoam occuparunt, signo dato ex insidiis irruenturi et in urbem irrupturi. Quod signum igitur daturi sunt proditores? Ut nunc locus se habet, Athenienses tam acute serunt ut per tenebras noctis ex insula, quæ octo stadiis a Megaris distat, sine ullo signo portas aperiri videant. Exspectes quidem ipsam naviculam, quæ in prodenda urbe plurimum momenti faciat, ut instrumentum aperiendarum portarum sic pertarum esse signum, sed ubi hoc plane dicatur frustra quæ-
æ. Eiusmodi negligentia certe non laborant loci comparabiles V. 111: ὄπως, ὅποτε πύλαι τινὲς ἀνοιχθεῖεν καὶ τὸ σημεῖον ἐρθεῖν δ' ἐξενέκειτο, πρῶτοι ἐσδράμοιεν. VII. 34 καὶ οἱ Κορίνθιοι ὃ μὲν πρῶτον ἠσύχαζον, ἔπειτ' ἀρθέντος αὐτοῖς τοῦ σημείου κτέ. VIII. 95 σημεῖον δ' αὐτοῖς ἐς τὸν Ὠρωπὸν ἐκ τῆς Ἐρετρίας, ὅποτε χρὴ ἀνάγεσθαι, ἤρθη. Forte accidit ut in narratione duo verba vitiosa sint, unde id ipsum quod necessarium est tamquam ex somno exciri possit. In ἀφανῆς δὲ enim latet ἄμα γημεῖτον, quibus verbis in lucem protractis totus locus mihi eodem illustratur. Nunc demum intelligo sententiam verborum μὴ ὄντος ἐν τῷ λιμένι πλοίου φανεροῦ μηδέως, nam quum in portu nullam navigium conspicuum esset, quo aut adpectus impediretur aut confusio oreretur, linter in plaustro oblata facili negotio in duplicem usum converti poterat. Quid pro de ἡ Φυλακῇ faciendum sit me nescire fateor, sed Krue-

gero delenti assentior et suspicor initio nihil aliud fuisse quam explicationem verborum *τοῖς ἐκ τῆς Μινώας Ἀθηναίοις*. non orationi scriptoris interpositam esse ut *ἀφανῆς* scilicet suo obiecto non careret.

Haec si recte disputata sunt, attente legamus quae in eodem capite statim sequuntur: *καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ἦδη ἢ ἡ ἄμαξα καὶ ἀνοιχθεισῶν κατὰ το εἰωθὸς ὡς ἀκατίφ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐγίγνετο γὰρ ἀπὸ ξυνθήματος τὸ τοιοῦτον) ἰδόντες ἔθειον δρόμῳ ἐκ τῆς ἐνέδρας κτέ.* Quam infirma memoria eum esse putemus qui iam nunc commonefaciendus sit ex composito portas aperiri per causam ut navicula eveheretur? Nolo illud argumtari, *τὸ τοιοῦτον fatuum esse et de una re, quotiescunque repetita, usurpatum suspicionem excitare, sed non possum* dicere verba *ἐγίγνετο γὰρ ἀπὸ ξυνθήματος τὸ τοιοῦτον* meo quidem iudicio interpretis, memoria discipulorum parum fidentis, annotatiunculam redolere.

Lib. IV. LXXVI. 2. *βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον καὶ ἐν δημοκρατίαν ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι τρέψαι.* Perincommode accidit quod non est quò utilis admonitio *ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι referatur.*

Lib. IV. LXXV. 4. *ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑμεῖς δ' εἴ τι ἄλλο ἐν νῶ ἔχετε κτέ.* Initio orationis Brasidas dixit: *ἡ μὲν ἔκπεμφίς μου καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὸ Λακεδαιμόνιου, ὧ Ἀκάνθιοι, γεγένηται κτέ.* Si pro certo haberi potest Acanthiis non magis Lacedaemoniorum quam ipsorum nomen excidisse de memoria, deletur *οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

Lib. V. xv. *ἦσαν γὰρ οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν πρῶτοί τε καὶ ὁμοίως σφίσι ξυγγενεῖς.* Ad *ὁμοίως σφίσι* Herwerdenus annotat: „verba corrupta nemo adhuc sanavit”. Quidquid legendum est, totus locus scholii speciem praebet. cf. IV. 38 et 41.

Lib. VIII. vi. 2. *πρασόντων δὲ ταῦτα χωρὶς ἐκατέρων, τῶν τε ἀπὸ τοῦ Φαρναβάζου καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Τισσαφέρνου, πολλὴ ἄμιλλα ἐγίγνετο αὐτῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι κτέ.* Neque accurate dicitur *τῶν ἀπὸ τοῦ Τισσαφέρνου*, quum unum dumtaxat legatum Tissaphernes misisset, et oscitatur cui hoc loco in memoriam revocandum est quorum utriusque legati mandata persequerentur.

Lib. VIII. xxv. 3. *καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῶ σφετέρῳ αὐτῶν κέραι προεξαίξαντες καὶ καταφρονήσαντες, ὡς ἐπ' Ἰωνάς τε καὶ*

ὁ δεξιόμενος ἀτακτότερον χωροῦντες, νικῶνται κτέ. Non inteligo vim aoristi in καταφρονήσαντες, et dubito an totum verbum male sedulus interpres inseruerit, quo ὡς quaeque cum eo coniuncta sunt explicaret. Incommodo utique ornamento levata sententia fit expeditior.

Lib. VIII. XLV. 2. Alcibiades Tissapherni suadet ut Lacedaemoniis dicat Athenienses, qui diuturniorem rei navalis periclitiam habeant, non amplius quam octonos asses classiariis suis numerare, οὐ τοσοῦτον πενία, ὅσον ἴν' αὐτῶν μὴ οἱ ναῦται, ἐκ περιουσίας ὑβρίζοντες, οἱ μὲν τὰ σώματα χεῖρον ἔχουσι, δαπανῶντες ἐς τοιαῦτα ἄφ' ὧν [ἡ] ἀσθένεια ξυμβαίνει, οἱ δὲ κτέ. Poteratne pro χεῖρον ἔχουσι dici ἀσθενέστεροι γίνωνται? Nonne participio ὑβρίζοντες graviter et commode scriptor explanat, quae sensa corpora nautarum attenuentur? Ergo δαπανῶντες cum omnibus, quae ex eo pendent, hinc facessat.

Iam uno in conspectu collocatis iis, quae in emblematorum numerum referenda esse mihi videntur, denuo primum librum edibo et reliquias deinceps observationes ordine subiungam.

Lib. I. VI. 2. σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἐτι οὕτω κειμένη κτέ. Adverbium οὕτω indicat non ταῦτα sed τὰ veram esse lectionem.

Lib. I. XXI. 1. Οἱ δ' ἀκούοντες τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπέθοντο δὲ Φιλίαν αὐτοῦ, τῶν δ' [ἄλλων] ἀφικνουμένων [καὶ] σαφῶς κατηγορούντων ὅτι τειχίζεται κτέ. Verba uncinis inclusa delevit Herwerdenus et post eum Badham. Timeo ne viri clarissimi plus aequo sustulerint, nam suspicor ἀλλ' natum esse ex ἀεί, itaque legendum esse τῶν δ' ἀεί ἀφικνουμένων.

Lib. I. CXL. Postquam Pericles dixit Lacedaemonios iam non criminari sed imperare, tribus iussis enumeratis, indignandus: οἱ δὲ τελευταῖοι, inquit, οἷδε ἤκοντες καὶ τοὺς Ἑλληνας προαγορεύουσιν αὐτονόμους ἀφίεναι. ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχὺς ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὑπερ μάλιστα προύχονται, μηδ' ἐν ὑμῖν αὐτοῖς αἰτίαν ὑπολίπησθε ὡς διὰ μικρὸν ἐπολεμήσατε. τὸ γὰρ βραχὺ τι τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ κείραν τῆς γνώμης, οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μείζον εὐθύς ἐπιταχθήσεσθε ὡς Φόβφ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ σαφῆς ἂν καταστήσασθε αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι. „Totus locus confusus”,

Herwerdenus ait. Non nego et idcirco totum locum exscripsi, ut facilius appareret, transposita extrema parte *οἷς εἰ* προσφέρεσθαι inter ἀφιέναι et ὑμῶν δέ, confusionem finiri et omnia recte procedere.

Lib. II. κxxvii. 2. ἐλευθέρωσ δὲ τὰ τε πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν κτέ. Pro ὑποψίαν Badham malit ἀνυποψίαν, non refragante Herwerdeno. Reverenter viris clarissimis oppono ἐλευθέρωσ non minus ad posteriorem quam ad priorem partem sententiae pertinere, nec quidquam obstare videri quominus ἐλευθέρωσ ἐς τὴν ὑποψίαν significet ἀνευ ὑποψίας. Ceterum operae pretium est cum hoc loco comparare III. 37 et VI. 69.

Lib. II. κlix. 4. λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπεσε κενή, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν, τοῖς μὲν (εὐθύς) μετὰ ταῦτα λωφῆσαντα, τοῖς δὲ καὶ πολλῶ ὕστερον. Particulam εὐθύς Herwerdenus inseruit de suo. De sententia constat, sed fortasse et magis Thucydideum et cum palaeographiae ratione congruentius sit rescribere τοῖς μὲν αὐτίκα λωφῆσαντα. Simili ratione αὐτίκα vel παραυτίκα et ὕστερον inter se opponuntur IV. 121, V. 65, VIII. 27. Est etiam ubi ab altera parte legatur τὸ ἔπειτα et τῶ μέλλοντι χρόνῳ, cf. IV. 107 et V. 16. Ipsum αὐτίκα vel παραυτίκα invenitur II. 64, III. 4, III. 56, III. 82, III. 112, IV. 59, IV. 81, IV. 104, IV. 108. Huius loci depravationem nescio an μετὰ θε repetito μὲν natum attulerit.

Lib. II. xc. 1. Athenienses et Peloponnesii ad angustum introitum sinus Corinthiaci utrimque classem in statione habebant, pro navium numero, natura loci et rei navalis peritia contraria meditantēs. Peloponnesii id agebant ut statim in ipsis angustiis proelium committerent, Phormio, dux Atheniensium, nonnisi coactus iniquo loco dimicaturus erat. Quum nihil moverent Athenienses, invitos eos Peloponnesii ad pugnam impellere volebant eoque consilio ἀναγόμενοι ἄμ' ἔω ἔπλεον, ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς ἔσω ἐπὶ τοῦ κόλπου. Dextrum cornu praeibat, ἐπὶ δ' αὐτῶ εἴκοσι ἔταξαν τὰς ἄριστα πλεούσας, ὅπως, εἰ ἄρα νομίσας ἐπὶ τὴν Ναύπακτον αὐτοὺς κλεῖν ἢ Φορμίων κτέ. Iam in eo statu rerum quem cursum Peloponnesii tenere dicuntur? scilicet παρὰ τὴν ἑαυτῶν γῆν. Quasi vero juxta aliud quam suum litus navigare possent, si a litore prorsus

recedere in animo haberent. Phormio quidem paulo post apactum petens ex rei natura *ἐπλεῖ παρὰ τὴν γῆν*, non *παρὰ ἑαυτοῦ γῆν*. Bonum factum quod pro *παρὰ* codices exhibent *ἐπί*, nam ad verba sequentia *εἰ ἄρα νομίσας ἐπὶ Ναύπακον αὐτοὺς πλεῖν* animum attendentes, hac ipsa praepositione visus esse et in *ἑαυτῶν* vitium latere intelligimus. Simulant eloponnesii se vela dare *ἐπὶ τὴν ἑναντίαν γῆν*.

Lib. IV. v. 2. *Καί τι καὶ αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ὦν ἐπέσχε*. Quum Thucydides mox dicat brevissimam visse expeditionem, nam Peloponnesios quindecim tantum dies in Attica mansisse, hoc loco *ἔτι* valde suspectum est. Huc accedit quod res postulat praepositionem, quae significet ab exercitu Peloponnesiorum urbem non teneri sed premi. His de causis, eiecto *ἐν*, scripserim *ὁ στρατὸς ἐπὶ ταῖς Ἀθήναις ὦν κτέ.* Iustus Atheniensium copiae Pylum tenebant, quapropter IV. 18 pro *τῆς ἐπὶ Πύλῳ ἀρχῆς* legendum est *τῆς ἐν Πύλῳ ἀρχῆς*, et post pauca *τοῖς ἐν Πύλῳ στρατιώταις* et IV. 26: *ἐν δὲ τῇ Πύλῳ ἔτι ἐπολιόρουν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους οἱ στρατιῶται*.

Pag. 206. *b.*: ὅτῳ μὲν εὐμενῆς θεὸς ταχέως ἔλυσε τὰ δεσμὰ τούτῳ πάρεςιν εὐθὺς ἐπισήμη, τοῖς δεδεμένοις δὲ ἔτι, καθά: οἶμαι **** ἀντὶ τῆς θεοῦ λέγεται παραναπαύσασθαι, *** τίτι δόξα. Utraque lacuna facili negotio expleri potest. Prior e καθάπερ οἶμαι (Ἰξίων νεφέλῃ τινι) ἀντὶ τῆς θεοῦ λέγεται παραπαύσασθαι, aut de Wyttenbachii coniectura: Ἰξίων εἰδῶλῳ τ

Secundae supplementum peti potest ex Suida v. Ἐντέτηκε unde sic supplendum est — παραναπαύσασθαι, (τούτοις ἀληθοῦς ψευδῆς ἐν)τέτηκε δόξα.

Quae sequuntur in integrum restituta sunt ex Suida v. Ἰ νέμια.

Pag. 208. *c.*: οὐκ ἐφεισάμεθα τοῦ πολυτελοῦς ἀναλώματος, δὲ δὴ καὶ ἐφθειράμεν, τὸν χρόνον.

Plutarchus in *Antiochio* cap. 28: καθηδουκαθεῖν τὸ πολυτελέσα ὡς Ἄντιφῶν Φησίν, ἀνάλωμα τὸν χρόνον.

Pag. 209. *a.*: μικρὸν ὕστερον ὑπὲρ τούτου σοι διηγῆσομαι.

In codice σοι διηγῆσομαι non apparet et διηγῆσθαι non huius loci. Suspicio fuisse: ὑπὲρ τούτου (διαλέξομαι), αὐ non *narrado*.

Quam fuerit Iulianus credulus et superstitiosus et alibi pa apparet et pag. 219. *a.* ubi commemorat τὴν τοῦ Ἡρακλῆ

πορείαν διὰ τοῦ πελάγους ἐπὶ τῆς χρυσοῦς κύλικος, quae est per-
 vetus fabula a multis poëtis celebrata, quorum testimonia col-
 legit Athenaeus pag. 469. sqq. Sed Iulianus nunc quidem
 poëtis antiquis Stesichoro, Aeschylō, Panyasi, Pisandro nihil
 credit neque in animum inducere poterat Herculem *rocūlo aureo*
vetium Oceanum transfretasse. Quid igitur? nempe comminis-
 citur hoc: — ἐπὶ χρυσοῦς κύλικος, ἣν ἐγὼ νομίζω μὰ τοὺς θεοὺς
 ὡ κύλικα εἶναι, βαδίσαι δὲ αὐτὸν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς τῆς θαλάττης
 νηύμικα, quasi non esset ea res perinde absurda. sed Iulianus
 non dubitat: τί γάρ, inquit, ἄπορον ἦν Ἑρακλεῖ; τί δ' οὐχ
 ἠπήκουεν αὐτοῦ τῷ θεῖῳ καὶ καθαρωτάτῳ σώματι, τῶν λεγομένων
 τῶν φοιχρίων δουλευόντων αὐτοῦ τῇ δημιουργικῇ καὶ τελεσιουργῷ
 τοῦ ἀχράντου καὶ καθαρῷ νοῦ δυνάμει; Est hic, ut ille ait,
 ποταμὸς μὲν ῥημάτων, νοῦ δὲ σαλαγμός. Iulianus saepius rem
 sua parte natura tenebrosam atra et caliginosa oratione etiam
 magis obscurat.

Non illepidum est scire quo pacto fabulam veterem Athenaeus
 explicuerit pag. 469. d: Πείσανδρος — τὸ δέπας ἐν ᾧ διέπλευσεν
 ὁ Ἑρακλῆς τὸν Ὀκεανὸν εἶναι μὲν Φησὶν Ἑλίου, λαβεῖν δ' αὐτὸ
 παρ' Ὀκεανοῦ Ἑρακλέα, ΜΗ ΠΟΤΕ δὲ ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε
 ποτηρίοις ὁ ἦρωσ, διὰ τὸ μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγρα-
 φεῖς πλείν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν. Hoc demum est
 sapere et famam veterem ut aenigma solvere!

Pag. 216. b: νομίζω μηδὲν ἐνδεῖν· πλὴν ὁ προστιθεὶς οὐκ ἐχθρὸς
 ἀλλὰ φίλος ἔσται.

Obversabatur Iuliano haec scribenti locus Platonis in *Timaeo*
 pag. 54 a: ἂν τις ἔχη κάλλιον εἰπεῖν — ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς
 ἂν ἀλλὰ φίλος κρατεῖ.

Pag. 221. c: καὶ τᾶλλα ἐφεξῆς ὅσα τοῦ ζητεῖν ἦν.

In Codice vidi olim: — ζητεῖν ἦν ἄξιον, nunc plane haec
 obscurata sunt. Sententia ducit ad: ὅσα τοῦ ζητεῖν ἦν ἄξια,
 ρράζειν δ' οὐ ράδιον ἐμοί, τυχὸν μὲν καὶ διὰ τὸ ἀγνοεῖν ἔτι περι-
 εῦτων τὸ ἀκριβές κτέ.

Pag. 225. c: τὴν σύντομον Φασὶν ὀδὸν καὶ σύντονον ἐπὶ τὴν
 ἱρετήν **. ὄφελον καὶ ὑμεῖς τὴν μακρὰν ἐπορεύεσθε.

Supplendum arbitror: ἐπὶ τὴν ἀρετὴν (ἴεναι). ὕφελον κτῆ. deinde manifestam dittographiam καὶ σύντονον exprungendam. cf. Diogenem Laërt. VI. 104: τὸν κυνισμόν εἰρήκασι (Stoici) σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. et VII. 121: εἶναι τὸν κυνισμόν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν, ubi in aliis libris est σύντονον.

Scrupulum tamen iniicit locus Plutarchi in *Eroticis* pag. 759. d: οἱ Κυνικοὶ λέγουσι σύντονον ὁμοῦ καὶ σύντομον εὐρηκέναι πρῆξαν ἐπ' ἀρετὴν.

Pag. 226. a: οὐδὲ περιμένει τὸν μάγειρον — οὐδὲ τὴν Φρόνη οὐδὲ τὴν Λαίῃδα οὐδὲ τὴν ΤΟΤΔΕ περιβλέπεται γαμετὴν οὐδὲ τὴν θυγάτριον.

Sensu vacuum est τοῦδε. Sententia postulat τὴν τοῦ ΔΕΙΝΟΣ (δεινός) - γαμετὴν.

Pag. 228. b: προσάπελαυον δὲ καὶ οἱ ξυγγενεῖς οὐδ' αὐτοὶ παιδευθέντες καλῶς τῆς τῶν παιδῶν ἀνοίας τε καὶ ἀμαθίας [ἀνέχεσθαι].

Optime Wytttenbachius pro προσάπελαβον emendavit προσάπελαυον et molestum ἀνέχεσθαι deleri iussit. Unde id natum putemus? Pervetus mendum erat προσάπελαβον (ut sexcenties videmus in Codd. ἀπολαύειν et ἀπολαβεῖν inter se confusa), et non animadverso errore nescio quis ut genitivorum ἀνοίας τε καὶ ἀμαθίας ratio constaret de suo ἀνέχεσθαι addidit.

Pag. 228. d: αὐτῷ τε καὶ γένοι [καὶ παισίν] αἴτιος ἐγένετο τῶν τηλικούτων παθημάτων.

Aufer ineptum additamentum. Nisi forte οἱ παῖδες non ἐν τῇ γένοι continentur.

Pag. 229. a: in Codice est — τοὺς δῖσοὺς θήγεις ἔλαττον εἶναι ** τε αἴτιον αὐτοῦ τῆς ξυμφορᾶς.

Nihil extundo. λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

Pag. 233. a: παρὰ δὲ τῶν νομιζομένων φίλων.

Diserte in Vossiano scriptum est φιλεῖν, non φίλων.

Pag. 234. a: ἀλλὰ μήτε ταῖς σεαυτοῦ μήτε ἐκείνων ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων ὑπεικάθης.

Transpone μήτε ταῖς ἐκείνων. Declarat hic locus μήτε ὑπεικάθης aoristum esse ὑπεικαθεῖν, ut παρεικαθεῖν, σχεθεῖν, ἀμυναθεῖν, διωκαθεῖν et similia. Sic et in Euripidis fragmento:

γυναῖκες, ὀρμήθητε, μηδ' ἀθυμῖα
σχέθη τις ὑμᾶς.

nam si σχεθεῖν non esset aoristus, soloeca haec oratio foret.

Pag. 234. c: τοῦτο εἶτε μῦθος εἶτε ἀληθής ἐσι λόγος οὐκ οἶδα.

Facile apparet quos Iulianus in hac inficeta fabula describat.

Statim agnosces Constantinum Magnum et τὸν κληρονόμον Constantium et puerum, deorum omnium delicias, Iulianum ipsum. Nunc demum libere quid de illis sentiat eloquitur neque amplius

ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει.

quod faciebat quum Constantium laudibus extolleret in coelum.

Pag. 236. δ: ὡς ἔμοιγε — πρὸς τοὺς γενναίους ῥήτοράς ἐσι ΦΙΛΙΚΑ πάντα.

In codice est: ἐσι Φ** πάντα. Tres literulae Dubneri venenis perierunt. Verum esse arbitror: ἐσι ΦΙΛΑ πάντα.

Pag. 238. a. Iulianum, quum mysteriorum praestantiam et necessitatem praedicaret, male urebat Diogenis exemplum et dictum. Hortanti enim adolescentulo ut sacris initiaretur, γελοῖον, εἶπεν, ὧ νεανίσκε, εἰ τοὺς μὲν τελώνας οἶει ταύτης ἕνεκα τῆς τελετῆς κοινωνήσῃσι τοῖς ὅσοις τῶν ἐν Ἄιδου καλῶν, Ἀγασίλαον δὲ καὶ Ἐπαμεινώνδαν ἐν τῷ βορβόρῳ κείσεσθαι. Haec quoque ex Diogene Laërtio sumta sunt VI, 39: ἀξιούντων Ἀθηναίων μνηθῆναι αὐτὸν (Diogenem) καὶ λεγόντων ὡς ἐν Ἄιδου προεδρίας οἱ μεμνημένοι τυγχάνουσι ἠγελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγασίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δὲ τινες μεμνημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται." Iulianus igitur in angustias redactus argutiis se expedire conatus est: nempe Diogenem ut initiari posset oportere prius Attica civitate donari (πολιτογραφηθῆναι), idque eum utpote τοῦ κόσμου πολίτην nullo modo facere posse. Quam sit hoc incongruum ipse sentiens addit: ἀλλὰ διὰ τί μὴ ταύτην αὐτὴν εἶπε τὴν αἰτίαν, ἐκ τῶν ἐναντίων δὲ τὴν παραιρουμένην οὐ σμικρὰ τῆς τῶν μυσηρίων σεμνότητος; Vide autem quid excogitaverit: Narrat enim adolescentulum

illum dissolutis moribus fuisse, itaque eum sic Diogenes docuit ὅτι τούτοις μὲν οἷς ἀξίως τοῦ μυηθῆναι βεβίωται καὶ μὴ μυηθεῖσιν οἱ θεοὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀκεραίους φυλάττουσι, τοῖς δὲ μοχθηροῖς οὐδὲν ἐστὶ πλέον κἄν εἴσω τῶν ἱερῶν εἰσφρήσωσι περιβόλων. Sanissima haec sunt et nemo nunc est qui non verissime ita dici fateatur, sed Iulianus non cogitavit secundum hanc rationem nihil esse mysteriis inutilius.

Pag. 230. c: ὁ ἱεροφάντης προαγορεύει ὅτις χεῖρα μὴ καθαρὰς — ἀπαγορεύων μὴ μυεῖσθαι. Nota est haec sacrorum πρόρρησις, quam Livius praefationem sacrorum appellat XLV. 5: *omnis praefatio sacrorum eos quibus non sint purae manus sacris arcet*. Perinde bene dicitur καθαρὰς τὰς χεῖρας et τὴν χεῖρα, quamquam illud est frequentius. Herodotus I. 35: ἀπικνέεται — ἀνὴρ οὐ καθαρὸς τὰς χεῖρας. Apud Libanium Tom. IV. pag. 356: οὗτοι (Eumolpidae) τὰ τε ἄλλα καθαρῶς εἶναι τοῖς μύσαις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνήν. cf. IV. pag. 368: — ἀπὸ τῆς Ἐλευσίνος οἱ καθαρῶς ἤκειν τὰς χεῖρας τοῖς μύσαις προαγορεύουσιν — Ὅσις τὰς χεῖρας μὴ καθαρὰς, ὅσις φωνῆς ἀξύνετος κτῆ.

Singularis legitur apud Libanium Tom. I. pag. 622: σπέρμα Γύγου τοῦ τὴν χεῖρα οὐ καθαρῶ, et aliis locis.

Pag. 243. a: χαλεπώτερον ἐφαίνετο μοι ὀρθῶς τὰ πολιτικὰ διοικεῖν — ξὺν πολλῇ ῥαψῶνῃ.

Sumta haec sunt ex Platonis epistola VII. pag. 325. c.

Pag. 243. c: δάκνομαί τε καὶ δέδηγμαί τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Ex *Acharnensibus*:

ὅσα δὴ δέδηγμαί τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Pag. 244. ὁ: ὥσπερ ἐκ λειμῶνος δρεψάμενοι ποικίλου καὶ πολυτελοῦς ἄνθη τὰ κάλλιστα.

Pratum πολυτελές esse non potest. Verum videtur: καὶ πολυεἰδοῦς, quod optime cum ποικίλου componi potest.

Πολυεἰδῆς saepius apud Iulianum legitur. cf. pag. 392. a: ποικίλην τινὰ καὶ πολυεἰδῆ τῶν καρπῶν τὴν ἀγλαίαν.

Pag. 244. c: ἀγαπήσας καὶ Φιληθείς τὸ λεγόμενον ἴσω ζυγῶ.
 Ex Theocrito, quo Iulianus delectabatur, sumtum XII. 15.
 ἀλλήλους ἕδ' ἐφίλησαν ἴσω ζυγῶ.

Pag. 246. a: Περικλῆς — τῇ πατρίδι — εἶκειν ᾤετο χρῆναι, ταῦτα, ὡς εἰκός, λογιζόμενος· Ἐμοὶ πόλις μὲν ἐστὶ καὶ πατρίς ὁ κόσμος, καὶ φίλοι θεοὶ καὶ δαίμονες, καὶ πάντες ὅσοι καὶ ὍΠΟΤ σπουδαῖοι.

Post *λογιζόμενος* legitur *insulsa Graeculi annotatiuncula* haec: [ἀκούειν δὲ χρῆ τῶν ἐξῆς ὡς τοῦ Περικλέους αὐτοῦ], quam quum olim deleri iussissem Editori non persuasi, qui locum similem in simili re, ut ei videbatur, ex Platonis *Meneaxeno* attulit pag. 246. c. ἀλλὰ νομίζειν χρῆ αὐτῶν ἀκούειν ἐκείνων ἃ ἂν ἀπαγγέλλω, sed longe diversa huius loci ratio est: Oratori enim cum puerulis sermo est (ὦ παῖδες), Iulianus haec ad prudentem et sapientem virum scribit Salustium, quem sic admoneri ridiculum est.

Superest in Periclis verbis vitium: scribendum enim πάντες ὅσοι καὶ ὀπουῶν (pro ὀπου) σπουδαῖοι *quoique sunt et ubi* ΟΥΜΒΕ *sunt homines frugi.*

Pag. 246. c: εἰ μὲν δμματά σοι δέδωκεν ἡ φύσις, ὦ Περικλεῖς, μόνον ὥσπερ τοῖς ὍΡΝΙCIN.

Haud vidi magis. Editor sententiam loci assecutus est sed non Iuliani manum. Coniecit enim ὥσπερ τοῖς θηρίν, sed *feras* in ea re nemo nominat. Requiritur autem ὥσπερ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις itaque emendandum: ὥσπερ τοῖς ΘΗΡΙΟΙC. Cf. pag. 261. b: ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων προστίθῃσι καὶ θηρία. Opponuntur inter se constanter ἄνθρωποι et θηρία.

Xenophon in *Symposio* IV. 12. inducit Critobulum ita dicentem: νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἤδιον μὲν θεῶμαι ἢ τὰλλα πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις καλὰ· τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἀπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι ἢ Κλεινίου ἐνός ὄντος. ἄχθομαι δὲ καὶ νυκτὶ καὶ ὑπνῷ ὅτι ἐκείνον οὐχ ὀρῶ, ἡμέρα δὲ καὶ ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα ὅτι μοι Κλεινίαν ἀναφαίνουσιν. Aristippus nescio quis, qui περὶ τῆς παλαιᾶς τρυφῆς scripsit, αὐτὸν (τὸν Ξενοφῶντα) Φησὶν ἐρασθῆναι Κλεινίου, πρὸς ὃν καὶ τάδε εἰπεῖν „νῦν γὰρ ἐγὼ Κλει-

νίαν — πάντων δεξαίμην ἂν ἢ Κλεινίου ἐνὸς ὄντος γενέσθαι. *ἄξιό-
μαι δὲ καὶ νυκτὶ καὶ ὕπνῳ ὅτι ἐκείνον οὐχ ὄρω, ἡμέρα δὲ καὶ
ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα ὅτι μοι Κλεινίαν ἀναφαίνουσιν.*" apud
Diogenem Laërtium II. 49. Hinc Iulianus sumsit quod pag.
246. b. legitur: *νῦν ἀπαλλάττεσθαι τὸν Ἀναξαγόραν ἀφ' ἡμῶν
κελεύει (ἢ πόλις) καὶ τὸν ἄριστον οὐκέτ' ὀφόμεθα τῶν ἐταίρων, δι'
ὃν ἡχθόμεν μὲν τῇ νυκτὶ ὅτι μοι τὸν Φίλον οὐκ εἰδείκνυεν, ἡμέρα
δὲ καὶ ἡλίῳ χάριν ἠπιστάμην ὅτι μοι παρεῖχον ὄραν οὐ μάλισ'
ἦρων.* Iulianus non sensit quam inepte adolescentuli insano
amore Cliniam depereuntis oratio ad Periclem gravissimum
virum transferretur. Imo vero Anaxagoras, teste Plutarcho in
Pericle cap. 16 neglectus a Pericle negotiis districto iacebat et
obvoluto capite vitam inedia finire parabat. Advolat Pericles
et senem consolatur; cui ille: *ὦ Περικλεῖς, οἱ λύχνου χρεῖαν
ἔχοντες ἔλαιον ἐπεγχείουσιν.* Eiusdem generis error cernitur pag.
245. d: *ἐτρατεύσατο γὰρ Περικλῆς ἐπὶ τὴν Σάμον οὐκ ἄγων τὸν
Ἀναξαγόραν καὶ τὴν Εὐβοίαν παρεσήσατο ΤΑΙΣ ΜΕΝ ἘΚΕΙΝΟΙ
ΒΟΤΛΑΙΣ, ἐπεκαίδευτο γὰρ ὑπ' ἐκείνου, τὸ σῶμα δὲ οὐκ ἐφελ-
κόμενος,* nam quid absurdius dici potest quam Periclem ab
Anaxagora didicisse artes imperatorias et Anaxagorae CONSILIIIS
Euboeam esse subactam?

Pag. 247. c. in Codice diserte scriptum est *τέρνα τε ἐξεικασ-
μένα,* quod quamquam maculatum tamen facile dispici potest.

Pag. 248. a: *τυχὸν οὐκ ὀνειρῶν νυκτερινῶν ἰνδάμμασι προσέ-
ξομεν.*

Habent haec colorem tragicum. Idem locus, ut videtur,
affertur apud Diogenem Laërtium VI. 95:

τάδ' ἔς' ὀνειρῶν νυκτέρων Φαντάσματα.

Apud Iulianum igitur reponendum:

οὐκ ὀνειρῶν νυκτέρων ἰνδάμμασιν.

et apud Diogenem:

τάδ' ἔς' ὀνειρῶν νυκτέρων ἰνδάμματα.

Pag. 249. c: *τὸ δ' ὅτι γίνεται δῆλοΙ καὶ σαφεῖς οἱ μάρτυρες.*

Nihil est δῆλοι οἱ μάρτυρες, sed restituendum: *τὸ δ' ὅτι γίνεται
δῆλον.*

Pag. 249. *d*: τῶν ἀπενευκαμένων ἐπὶ σοφίᾳ τὰ πρῶτα.

Suspicio scripsisse Iulianum τὰ πρωτεῖα, ut Graeci loqui solent. cf. pag. 314. *d*: τὰ πρωτεῖα κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ἀπηύγκατο.

Pag. 251. *δ*: ὑπερβολὴ τις ἀνδρείας καὶ θράσους εἰς ἀλαζονείαν (βέπ)ουσα.

In Codice nihil legi potest quam *ουσα. Infelix coniectura est βέπουσα. Verum videtur ἌΓουσα.

Pag. 252. *c*: πᾶσι δὲ Φανείης φίλος καὶ τίμιος.

Τίμιος eo sensu priscum et poëticum est, nec mirum: obversatur enim Iuliano locus Homeri Odysse. K. 38:

ὦ πόποι, ὡς ὄδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν.

Pag. 259. *δ*: ἄρᾳ σοι φαίνεται τὴν Ἐπικουρείον θαυμάζειν ἀπραγμοσύνην καὶ τοὺς κήπους καὶ τὸ προάσειον τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς μυρρίνας καὶ τὸ Σουκράτους δωμάτιον;

Pro Ἀθηναίων corrigendum est Ἀθηνῶν. Scribuntur haec eodem compendio. Quid esset apud Athenienses τὸ δωμάτιον Iulianus non meminerat. *Aediculae* appellantur ut in *Nubibus*:

ὄρᾳς τὸ θύριον τοῦτο καὶ τῷ κιδιον;

Δωμάτιον est ea pars aedium in qua somnum capiebant, *cuibiculum*. Eodem errore scribit pag. 260. *δ*: οὐκ ἀγρόν, οὐ κῆπον, οὐ δωμάτιον ἐκεῖ κεκτημένος. et pag. 263. *a*: ἐκ τῆς ἐν τῷ δωματίῳ παλαιστρας. Quam risissent ad hoc Athenienses, imprimis ad τὴν ἐν τῷ δωματίῳ πάλαιστραν. Significat enim idem quod Domitiani κλινοπέλη.

Pag. 264. *c*: τὸν Σιμμίαν.

Ut ex πυρρός nascitur Πυρρίας, ex ξανθός Ξανθίας, sic ex σιμός Σιμίας. Dionysius in *Fragm. Com. III*, pag. 547:

σφῶδρα μοι κεχάρισαι, Σιμία, νῆ τοὺς θεούς,
ταυτὶ προείπας.

In unico Codice Athenaei scriptum est: καὶ χάρισ ἀεὶ μία pro ΚΕΧΑΡΙΣΑΙ CIMIA.

Pag. 270. a: οὐδὲν γὰρ ὄντως ἐστὶν ὡς τὸ δίκαιον ἀδελφὸν
Φρονήσει. ἀδελφὸν

In codice est ἀγαθὸν, sed ἀγαθὸν punctis circumseptum est
ut inducendum, quod περιγράφειν appellant.

Pag. 271. a: ἀπαιδίαν ἐντεῦθεν νομίζει δυσυχεῖν.

Fallitur Reiske eis ἀπαιδίαν reponens. Euripides in *Ioni*
vs. 619:

οὐ γὰρ ἀξία

πατέρων ἀπ' ἐσθλῶν οὐσ' ἀπαιδίαν νοσεῖν.

ubi ratio fugit Dindorfium qui ἀπαιδίᾳ substituit.

Pag. 271. c: ὥσπερ οἱ παρὰ τοῖς Πέρσαις ἐν τοῖς Φρουρίαι
τηρούμενοι μηδενὸς ἡμῖν προσιόντος ξένου μηδὲ τῶν πάλλι γνωρίμων
ἐπιτρεπομένου τινὸς ὡς ἡμᾶς Φοιτᾶν.

Commentarii instar huic loco est testimonium Procopii de B.
P. I, 5: οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα βασιλείου αἵματος οὐδ' ὄλωσ ἔγνωσαν,
ἀλλ' ἐν Φρουρίῳ καθεῖρξαι ὅπερ ΤΗΣ ΛΗΘΗΣ καλεῖν νενομίκασι.
ἦν γὰρ τις ἐνταῦθα ἐμβληθεὶς τύχη, οὐκέτι νόμος σφίσι μνήμη
αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ θάνατος τῷ ἄνομακῶτι ἢ ζημία ἐστὶ· διὸ δὴ καὶ
τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην πρὸς Περσῶν ἔλαχεν.

Pag. 272. c: τὸν γὰρ ἐχθρὸν ὑπ' ὀργῆς εἰκός τι καὶ ποιεῖν,
εἶρηται καὶ πρόσθεν.

Quid hoc est: *dictum est etiam antea?* Nempe a Demosthene
in *Midiana*.

Pag. 272. d: εἰς χάριν ἐνὸς ἀνδρογύνου τοῦ κατακοιμιστοῦ —
τὸν καίσαρα — κτεῖναι παρέδωκε τοῖς ἐχθρίοις.

Eusebius hic erat, de quo est apud Ammianum Marcellinum
XIV. 11: *Eusebius tunc praepositus cubiculi*. XV. 3: *Eusebius*
cubiculi tunc praepositus. XVIII. 4: *Eusebius cubiculi praepositus*.
XXII. 3: *Eusebium, cui erat Constantiani thalami cura commissa*.

Pag. 273. b: ἐμοὶ — οὐδὲ γρῦ μετέδωκεν αὐτῆς (τῆς πατρῆας
οὐσίας).

Quam ineptum est οὐδὲ γρῦ de patrimonio dicere, οὐδὲ γρῦ
λέγειν, Φθέγγεσθαι, ἀποκρίνεσθαι, γρύζειν, γρῦξαι δὲ καὶ τοιμᾶ-

των; et similia omnia *de voce* tantum dici possunt apud veteres. Deinde per abusum ad alia omnia tractatum est.

Pag. 273. c: εἰ καὶ μὴ πάντα, τὰ πλεῖστα γοῦν ὁμῶς ἀκούσατε.

Sic est in unico Codice ἀκούσατε. quod cum esset absurdum ego et Reiske reposuimus Ἠκούσατε, ad sententiam recte, sed non est ea Iuliani manus, qui dederat Ἀκηκόσατε, ut sexcenties apud Oratores in simili re legitur.

Multa sunt in Iuliani et aequalium oratione vitia partim pudenda partim ridenda. Ridicule pro ὄρᾶν dicebant θεᾶσθαι, ut pag. 274. a: ἐπ' ἐμὲ πέμπει — οὐπῶ πρότερον τεθεαμένος πλὴν ἄπαξ. et post pauca: ὑπέσχετό με θεάσσεσθαι πάλιν. Vides nihil interesse inter τεθεαμένος — ἑορακῶς et θεάσσεσθαι — ὄψεσθαι. Mirum est sic peccare qui in legendis scriptoribus antiquis aetatem conterebant, sed ἐπεὶ τὰ χερσεύονα νικᾷ vitiosam populi συνήθειαν imprudentes sequebantur.

Pag. 274. d: πῶς εἰλόμην ὁμορφίος ἐκείνοις γενέσθαι.

Unice vera et proba forma est ὁμορφίος.

Pag. 275. δ: (Ἀθηναῖα Πολιάς) ἠγήσατο ἀπανταχοῦ μοι καὶ παρέστησεν ἀπανταχόθεν τοὺς Φύλακας ἐξ Ἡλίου καὶ Σελήνης ἀγγέλους λαβοῦσα.

Taedet pigetque videre optimum virum egregiis artibus praeditum prae anili superstitione has nugae serio veras esse credere.

Pag. 276. δ: εἶτα σὺ μὲν ἀγανακτεῖς εἴ τι τῶν σῶν κτημάτων ἀποσεροίη σε τῆς ἑαυτοῦ χρήσεως κτέ.

Adumbrata haec sunt ex Platonis *Phaedone* pag. 62. δ: οὐκ οὐκ — καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ κτημάτων εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτινύοι — χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ κτέ.

Pag. 276. d: — κεκτῆσθαι δὲ μηδὲν μηδὲ ἀρπάζειν, τὰ διδόμενα δὲ παρ' αὐτῶν ἀσφαλῶς δέχεσθαι.

Quid est ἀσφαλῶς δέχεσθαι? Nihil prorsus. Intelligerem ἀφελῶς δέχεσθαι.

Pag. 278. *b*: παρὰ τῶν πλησίον πόλεων αἰτηθεὶς ἐπικουρίαν ὧν εἶχον τὸ πλεῖστον ἐκείνοις δοῦς [αὐτὸς] ἀπελείφθην μόνος.

Editor: αὐτὸς *deleendum videtur*." Si in omnibus libris deesset αὐτὸς de coniectura addi debuisset. Opponuntur enim inter se ἐκείνοις et αὐτὸς.

Pag. 284. *d*: οὔτε εἰς τῶν πολλῶν ἠδυνάμην κρατεῖν.

Abest necessarium participium et articulus male abundat. Utrique malo medeberis scribendo: οὔτε εἰς ὨΝ πολλῶν. *Lysias* III, 29: εἰς τοῦτο μανίας ἀφικόμεν ὡς ἐπιθυμεῖν εἰς ὧν πολλοὶ μάχεσθαι.

Pag. 285. *a*: δυοῖν θάτερον προσδοκῶντες ἢ διαστήσειν ἀλλήλους ἢ καὶ παντάπασιν ἐπιθεῖσθαι μοι φανερώς.

Perspicuum est ἐπιθεῖσθαι reponi oportere.

Pag. 287. *d*: θεοὶ δὲ — παράσχοιεν ταῖς Ἀθήναις — τοιοῦτους σχεῖν ἐς αἰεὶ τοὺς αὐτοκράτορας, οἳ μάλιστα καὶ διαφερόντως αὐτὰς εἰσονται καὶ ἀγαπήσουσιν.

Quid est in tali re εἰδέναι τὰς Ἀθήνας? Nihil prorsus. Itaque emendandum: διαφερόντως αὐτὰς Αἰδεσονται.

Pag. 312. *d*: ἐμελλεν αὐτῷ καὶ τὰ παιδαρίδια συνεισιέναι.

Non est Graecum vocabulum παιδαρίδιον. Dicebant aut παιδία aut παιδάρια, quorum hoc reponendum.

Dormitavit Editor pag. 312. *c*: ἐπιππε — εἰς γῆν οὐ δυνάμενος ἵπτασθαι. Recepit enim ex futili libro ἵπτασθαι pro vera lectione ἵστασθαι.

Pag. 334. *a*: ὁ Σειληνὸς ὥσπερ ὑπὸ πύκτου δεξιῷ πληγείς.

Ex Platonis *Protagora* pag. 339. *c*: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὥσπερ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτου πληγείς ἐσκοτώθη.

Pag. 338. *c*: δεῖ γὰρ προσέχειν μὴ λάθω [καὶ] συγκαταφάγων τὰς τρίχας τοῖς ἄρτοις.

Aufer importunam copulam.

Pag. 348. *d*: ὁ πῶγων — οὐκ ἐπιτρέπων καθαρὰ λείους καὶ

διὰ τοῦτο οἶμαι γλυκερωτέρΟΙC χείλεσι χείλη προσμάττειν.

Porperam Meinekius, quem Editor sequitur, reponerat γλυκερώτερΑ. Vulgata sanissima est: διὰ τοῦτο est διὰ τὸ λέϊα εἶναι γλυκερώτερά εἰσιν.

Pag. 341. a: συκᾶς ἤδη [τινὲς] εἰσιν οἱ ἐμηχανήσαντο.
Inepte bis idem dicitur.

Pag. 349. a: λέληθέ σε πολλοῦ δεῖν ταῦτα εἶναι Κελτοὶ καὶ Θρᾶκες καὶ Ἰλλυριοί.

Ut nominativorum ratio constet scribendum λέληθέ σε ὅτι πολλοῦ δεῖ ταῦτα εἶναι κτέ. Imitatur Atticos. Thucydides VI. 77: οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσιν οὐδ' Ἑλλησπόντιοι καὶ νησιῶται — ἀλλὰ Δωριῆς ἐλεύθεροι. cf. *Var. Lectt.* pag. 66 et 360.

Pag. 353. d: ὀνειδίζω ἑμαυτῷ διότι μὴ ποιῶ (πᾶσι) πᾶσαν ἄδειαν ἀπάντων ἀδικημάτων.

Quod olim πᾶσι inserui, nunc nimium esse videtur. Satius est rescribere: ποιῶ πᾶσιν ἄδειαν.

Pag. 374. a: τῆς καθόδου τὰς αἰτίας εἰ μὲν ἰσορίαν γράΨεις ἀκριβέστατα ἀπαγγελῶ σοι.

Requiritur futurum ἰσορίαν γράΨεις. Plautus in *Menaechmis* II. 1. 23:

nisi si historiam scripturam eumus.

Pag. 375. d: ἀπορήσει τις ἐνταῦθα· πῶς οὐκ εἶΔΟΤΕC ἀλλήλους ἐσμὲν φίλοι;

Absurdum hoc quidem est. Verum vidit Wyttenbach οὐκ ἸΔΟΝΤΕC ἀλλήλους. Amare enim potest aliquis eum quem *nonquam* viderit, ut Isaacum Casaubonum philologi omnes amamus, sed quem *non novit* nemo amare potest.

Pag. 375. d: οὐ κακίζομένην λόγῳ ταῦτα.

Dubitanter coniiicio: οὐκ ἈΚΚιζόμενΟC λέγω ταῦτα. Cf. pag. 223. d: Ἀντικύρας σοι δεῖ. τί γὰρ ἂν ἀκκίζοιτό τις;

Scribit Iulianus in Epistola IX. pag. 378 a: ἄλλοι μὲν ἵππων,

ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν, ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Habent hoc veterum in scribendo imitatores, ut quod apud illos raro, semel aut bis, legatur usquequaque inculcent. Semel legerant apud Sophoclem in *Electra* vs. 1311:

μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι.

semel in Platonis *Menexeno* pag. 245. d: καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας φύσεως, hinc illi passim quidquid *repitius in fixum haeretet* ἐντετηκέναι dicebant. Iulianus pag. 130 c: ἐντέτηκέ μοι δεινὸς ἐκ παιδῶν τῶν αὐγῶν τοῦ θεοῦ πόθος, ut h. l. ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος, et pag. 251 d: πολὺς ἐντέτηκεν ἔρωσ ἀνδρῶν τε καὶ χωρίων, et pag. 206 δ: τοῦτοις ἀντ' ἀληθοῦς ψευδῆς ἐντέτηκε δόξα. Rectissime interpretatur Hesychius:

Ἐντέτηκεν, ἐμπέπηγεν.

Ex hac Iuliani epistola apparet ingentem librorum numeram a Ptolemaeis olim congestorum, quibus Alexandria gloriabatur, illis temporibus funditus interiisse.

Pag. 378. c: ἐπίσμαι — τὰ Γεωργίου βιβλία καὶ εἰ μὴ πάντα πολλὰ μέντοι.

Transpone: εἰ καὶ μὴ πάντα.

Pag. 379. a: τὸν μακαριώτατον Κωνσάντιον — καθ' ὑμῶν ταρῶξενεν.

Emenda τὸν μακαρίΤΗΝ Κωνσάντιον. Tritum est apud Iulianum ὁ μακαρίτης et ἡ μακαρίτις (Eusebia). pag. 390. a: ἐκείνη μὲν (Constantio) ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο κούφη γῆ, idem est propemodum ac si dixisset: ἐπειδὴ ἀπέθανεν.

Pag. 380. a: τολμᾷ δῆμος ὥσπερ οἱ κύνες ἀνθρώπων σπαράττειν.

In re tam atroci requiro ΔΙΑσπαράττειν, ut διασπᾶσθαι *dilescere*.

Pag. 380. a: Γεώργιος ἄξιός ἦν τοῦ τοιαῦτα παθεῖν — καὶ δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε. σύμφημι καὶ αὐτός· ΠΑΡ' ὑμῶν δὲ εἰ λέγοιτε, τοῦτο οὐκέτι συγχωρῶ.

Vitiose admodum Iulianus et aequales verba passiva compo-

ut cum praepositione παρά pro ὑπό, ut κακῶς πάσχειν παρά
 is aut πληγὰς λαβεῖν παρά τινος et similia sexcenta.

Pag. 380. d: τοὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν κα
 ἰς ΠΑΤΡΟβούλους.

Tenuis lineola grave mendum reperit. ΠΡΟβουλος et ΠΡΟ
 υλος, quorum illud est πρόβουλος, hoc πατρόςβουλος. ΠΑΤΗΡ
 quidquid inde nascitur scribi solet ΠῆΡ, ΠΡΩῪΙΟΣ, ΦιλόΠΡΙΣ,
 ἸΘΚΛΟΣ, cett. Hinc passim confunduntur πατρώα et πρώτα,
 κόπατρις et Φιλόπαις, ΠΡόκλος et Πάτροκλος, et sic πατρώ-
 υλοι nati sunt quum essent πρόβουλοι.

Pag. 383. c. libros quosdam suos ad Maximum mittens ἐπὶ
 , inquit, τὸ κρῖναι — εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰσὶ πτήσιμοι.
 Quanto lepidius de puellis mox nubilibus dixit Aristophanes

εἰσὶ δὲ

ἤδη πρὸς ἄνδρας ἐκπετήσιμοι σχεδόν.

apud Pollucem II. 18.

Pag. 384. c: οἴου δένδρου! κίνδυνός ἐστι μὴδὲ τὴν παραφυάδα
 ἴηται.

Male haec divisa sunt, namque οἴου δένδρου τὴν παραφυάδα
 ut coniungenda.

Pag. 385. a: δίκαιον μὲν — ὑπὸ δὲ τῶν ἔχόντων ἡμᾶς πρᾶγ-
 των οὐ συγχωρούμενον.

Mendosum esse ἐχόντων omnes consentiunt. Coniiciunt συνε-
 των aut περιεχόντων. Sed unice verum est κατεχόντων, quod
 tali re usitatum est.

Pag. 385. a: κὰν συμβαίῃ δὲ διὰ τοῦτο τυγχάνειν διαδόχου
 ἤσει τυχὸν οὐδέν. ἄμεινον γὰρ ὀλίγον ὀρθῶς ἢ πολὺν κακῶς
 ΛΞΑΙ χρόνον.

Non dicitur ὀρθῶς πράττειν pro εὖ, et εὖ vel κακῶς πράττειν
 orret a loci sententia, quam minime cepit Interpres abusus
 o Senecae loco: etenim breve tempus bene et innocenter actum
 ἀπὶ ἀθανάτῃ ἀντιπροσέτιμον ἐστίν. Mendum est in πράξαι
 facili et certa correctione tollendum: fortasse, inquit, mihi

propterea successor mittetur, sed non erit id mihi molestum, namque satius est ὀλίγον ὀρθῶς ἢ πολὺν κακῶς ἄρξαι χρόνον. Nempe cui successor mittitur ἄρχων παύεται. Perblande enim Salustio dicit Iulianus ὅτι μετ' αὐτοῦ μὲν ὀρθῶς ἄρξει, ἄνευ δὲ αὐτοῦ κακῶς.

Pag. 387. c: ἐπεὶ μηδὲ ὁ Διομήδης ἴσως ἀργυρᾶ χρυσῶν ἀντίδωκεν.

Lege ἀντέδωκεν ἄΝ. conicit enim quid Diomedes facturus fuisset, si arma sua non ex aere sed argentea fuissent.

Pag. 387. a: χρυσοῦ τιμιώτερα ἡμῖν δῶρα ἐθέλεις ἔκπεμπει. Syllaba vitiose bis posita peperit vitium. Emenda θέλεις Πέμπειν, δῶνα mittere, non emittere.

Pag. 388. δ: τὸ ἡμᾶς οὕτω διατεθεῖσθαι [καὶ διακεῖσθαι]. Correxit aliquis Iuliani errorem, qui ex vitiosa aequalium συνηεία dixerat τεθεῖσθαι cum compositis pro κεῖσθαι.

Pag. 388. c: οὐ φανεῖται πολὺν πᾶνυ τὸν μανδραγόραν ἔκπεπωκώς;

Quid sibi vult praepositio in ἐκπεπωκώς? Ἐκπίνειν dicitur is qui quidquid esset vini in poculo omne exhausit. Notus est locus Comici:

Ἄλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκα.

substitutae ἐκπέπωκα et erit absurda oratio, ut nunc est apud Iulianum.

Pag. 392. c: τὴν ἱερὰν — Δαμασκὸν — καὶ ὠρῶν εὐκαιρία καὶ πηγῶν ἀγλαΐα — νικῶσαν.

Sensu cassum est ὠρῶν εὐκαιρία, sed nullo negotio vera scriptura reperitur: καὶ ὠρῶν εὐκρασία. Plato in Timaeo pag. 24 c: τὴν εὐκράσιαν τῶν ὠρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα.

Pag. 395. a: τὴν ἑκατονταθύσανον αἰγίδα τῷ Διὶ περιθεῖναι. Apud veteres et probatos scriptores numeralia πέντε, ἕξ, ὀκτὼ et ἑκατόν in compositione non mutant formam. Dicebant

πέντεπους, ἕξπους, ὀκτώπους et ἑκατόμπους, quibus sequiores
 substituebant πεντάπους, ἑξάπους, ὀκτάπους et ἑκατοντάπους.
 substituebant igitur scribae qui in hac epistola dederunt ἑκατοντα-
 ὕσανον, ἑκατοντάχειρα, ἑκατοντακέφαλον, ἑκατονταπόλους, ἑκα-
 τονταπέδους, ἑκατοντακρήπιδας, ἑκατονταδόχους, ἑκατονταπλήθους,
 πο ἑκατονθύσανον, ἑκατόγχειρα, ἑκατογκέφαλον, ἑκατομπόλους,
 κατομπέδους cett. Aelius Dionysius apud Photium: Πεντέπηχυ
 καὶ πεντέκλινον καὶ πεντέχαλκον καὶ πεντέμηνον καὶ πάντα τὰ
 ἴμοια οὕτω λέγουσι διὰ τοῦ Θ. Idem in γ. Πεντέκτενοι et Πεν-
 τεσύριγγον et πεντελιθίζειν. cf. *Var. Lectt.* pag. 248. Mendose
 scribitur apud Suidam γ. Πεντετάλαντος δίκη: τὸ Θ ἄτρεπτον
 ἠρεῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, γερone: τὸ ΠΕΝΤΕ ἄτρεπτον τη-
 εῖται.

Pag. 410. c: ἔργοις ἀπολογούμενοι τὰ φιλοσοφίας ὀνειδῆ καὶ
 ὁ δοκεῖν ἀχρήστους εἶναι ταῖς πόλεσι τοὺς μετιόντας φιλοσοφίαν
 εὐδὸς ἐλέγχοντες.

Scribenti haec Iuliano obversabatur locus Platonis *de Rep.*
 pag. 489. a: (διδασκε) ὅτι τἀληθῆ λέγει ὡς ἀχρηστοὶ τοῖς πολ-
 ῖσι οἱ ἐπεικέσαστο τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς
 ἰ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπεικεῖς.

Pag. 414. c: πολίχνην δὲ νῦν ἐστὶν ἀνειλημμένη, πάλαι δὲ
 γάλη ἦν.

Legendum πολίχνη. Quid lateat in ἀνειλημμένη diu frustra
 aesiivi.

Appellatur πολίχνη *oppidulum* pag. 340. d: civitas Parisiorum
 icetia: ἐτύγχανον χειμάζων περὶ τὴν Φίλην Λουκετίαν· ὀνομά-
 σι δὲ οὕτως οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην. ἔστι δὲ οὐ
 γάλη νῆσος ἐγκειμένη τῷ ποταμῷ καὶ αὐτὴν κύκλω πᾶσαν τετ-
 ῖ; καταλαμβάνει (log. περιλαμβάνει), ξύλιναι δὲ ἐπ' αὐτὴν
 φοτέρωθεν εἰσάγουσι γέφυραι. Quam sunt mutata tempora!
 τότε πολίχνη νῦν γέγονεν ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, ut olim
 ma.

Pag. 423. d: βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοάς, ὡς ἂν ὑμεῖς
 ντε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι.

Haec haec divisa sunt. Arcte enim coniungenda sunt ὡς ἂν

ὁμοίως εἴποιτε et ἐξαναγεννηθῆναι, quod est Christianis proprium vocabulum. Itaque sic legendum: — τὰς ἀκοὰς καὶ τὴν γλῶτταν, ὡς ἂν ὁμοίως εἴποιτε, ἐξαναγεννηθῆναι.

Ridicula διττογραφία in libris est pag. 430. δ: τῶν οἰκετῶν ἢ υἱέων ἢ τῶν ΓΑΛΛΙΛΑΙΩΝ γαμετῶν.

Optime Editor Γαλιλαίων expunxit.

Pag. 430. c: — οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἂν δεηθῆ (male Editor ἐνδεηθῆ) χρημάτων· ὅθεν δὲ εὐπορήσεις ἐπινοοῦνται μοι.

Emenda: — ὅσοις ἂν δεηθῆ· χρημάτων δὲ ὅθεν εὐπορήσεις ἐπινοοῦνται μοι. Non enim nummi dividebantur, sed hospitium in singulis urbibus constitui iubet Iulianus, ἵν' ἀπολαύσωσιν ἢ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, et providisse se ait unde pecunia in hos usus suppeteret. Postquam scriba alias res agens coniunxit δεηθῆ χρημάτων transposuit ὅθεν δὲ pro δὲ ὅθεν.

Pag. 432. δ: ἐμοὶ σὺ διηγεί τοῦ μὲν ὄναρ.

Etiam apud Iulianum et sequiores verborum in -ομαι secunda persona in -ΕΙ exhibat, non in -ΗΙ, cuius rei passim indicia apparent praesertim in locis corruptis, ut pag. 453. a: αὐτὴν μάλα σὺν τοῖς ἄλλοις ΕΙCΙ pro εἶCΕΙ scies. Sic h. l. in libro est σὺ διηγεί pro σὺ διηγεί, τευτ μίχι somnium παρτας, et pag. 25. δ: ἡγείτο δὲ pro ἡγεί τόδε. Secunda persona ἀρμόστει evasit pag. 345. c. in solo Vossiano.

Pag. 438. δ: πῶς ἔχει καλῶς ἡμᾶς μὲν ἐν Θράκη διάγει μέση καὶ τοῖς ἐνταῦθα CΙΡΟΙC ἐγχειμάζειν.

In libris est σύροις, Petavius vidit σιροῖς verum esse. Sumat hoc Iulianus ex Demosthene pag. 100: ὑπερ — τῶν ὄλυρων τῶν ἐν τοῖς Θρακίοις σιροῖς -χειμάζειν.

Pag. 443. δ: ἐπεὶ δὲ ἐκείνω (Constantio) συνέβη - πορευθῆναι τὴν εἰμαρμένην πορείαν.

Ex Platonis Menexeno pag. 236. δ: - ὧν τυχεύοντες πορεύονται τὴν εἰμαρμένην πορείαν.

Pag. 444. *d*: εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτόν Φησι πονηρὸν.

Adde necessarium participium: εἰδέναι - πονηρὸν ὄντα.

Pag. 445. *δ*: οὐ πάντῃ προσεκτέον αὐτῇ.

Quid est πάντῃ προσέχειν? Legendum censeo: οὐ πάνυ προσεκτέον. Saepe videbis οὐ πάνυ τι et οὐ πάντῃ inter se conundi. Cf. *Var. Lectt.* pag. 222 et 266.

Pag. 119. epistola LIX: τίς — οὐ βουλήσεται μάλιτα μὲν γνοῖσθαι παρὰ σοῦ παντάπασιν, εἰ δ' ἀδύνατον εἶη, λοιδορεῖσθαι παρὰ σοῦ μᾶλλον, καθάπερ ἐμοὶ νῦν, ἢ τιμᾶσθαι;

Sic in libris scriptum est: καθάπερ ἜΜΟΙ νῦν, pro quo editor substituit: καθάπερ ἘΓΩ νῦν, sed haec verba una litura elenda sunt, nam praeterquam quod vitiose abundant impurme arcte coniungenda divellunt. Ad verba εἰ δ' ἀδύνατον εἶη Iscripsit nescio quis in margine καθάπερ ἐμοὶ νῦν, ut apud hucydidem ostendimus ubi compluribus locis interpolatum est: γπερ ἡμεῖς νῦν et similia.

Pag. 446. *δ*: τὰ γὰρ τῆς ἡμετέρας Φιλίας ἐπέπραται σοι.

Nihil est ἐπέπραται, sed non multo melior est coniectura in scriptum recepta: πέπραται σοι. Corrigendum censeo: πεπέρανται σοι, id est πέρας ἔχει σοι.

Pag. 450. *c*: οἱ τῶν Γαλιλαίων ἐπίσκοποι - συγκαθίζουσί σοι ἰ εἰ μὴ δημοσίῳC δι' ἐμέ, λάθρα καὶ ἐν τῷ οἴκῳ.

Scribendum δημοσίῳC pro δημοσίως.

C. G. COBET.

AD CICERONIS PALIMPSESTOS.



Si BIRTIUS de aetate librorum pergamenorum vere ex-
sult, corruunt ea quae de veneranda antiquitate codicum :
mille quingentos et amplius annos scriptorum MAIUS alii
„palaeographi” praedicare solebant; BIRTIUS enim satis prob-
liter disputat ante saeculum quartum vel quintum sola ve-
mina papyracea, non item libros pergamenos, usurpata e-
re. Constat, aetatem codicum, qui saeculum sextum superent, e-
t accurate non posse definiri, et quamvis collatis inter
exemplis codicum vetustissimorum, quorum imagines phot-
opica arte expressas in praeclaro WATTENBACHII et ZANGEMEIS-
ER operibus collectas habemus, facile appareat ordo quidam et suc-
cessio litteraturae sensim excultae an depravatae, tamen viri
qui hoc in genere regnant, de nullo ex antiquissimis (tab.
—XIV^a) omne dubium sublatum esse praedicant; fieri e-
t posse, ut librarii calligraphi antiquas litterarum formas sti-
mularum expresserint, id quod ad Vergilii Palatinum et Romanum p-
simum pertineat.

Ciceronis palimpsestorum vetustissimus est codex Vaticanus
rescriptus Verrinarum, qui a papyris Herculaneis
forma litterarum (L et A), ceterum genere scribendi non
differt, quam ex diversa materia scribendi necessario sequi-
tur. Eum paene aequat codex Taurinensis palimpsestus, quem
MUS PRYRONUS edidit anno 1824, descripsit illius editionis
delineavit ex parte non magna ad calcem libri. Specimen
exiguum, sed tamen forma litterae M diductis cruribus an-
tiquis firmiter versu innitens, P exiguo ac paene evanescente a

R, P, T angustae et tenues, alia, tam clare repraesentant rationem vetustissimam, quam licet observare in Iuvenalis folio antiquissimo Vaticano, unde DU RIBU glossas edidit, et in Plauti Ambrosiano (Zangem. tab. V et VI), ut non dubitarem, quin liber ad antiquissimos omnium esset referendus, si eo specimine satis parvo confidere liceret.

Huic codici aequalem statuit Peyronus (p. 5) Ambrosianum palimpsestum, unde Maius antea iam partes orationum pro Scauro et pro Tullio ediderat ¹⁾. Felici casu factum est ut in oratione pro Scauro alter codex alterum fere suppleat. Pauca praeterea in utroque leguntur, ut pretium utriusque ex comparatione statuere possimus. De quibus infra dicam, simul afferens, quae se mihi obtulerunt ad emendandam aut explicandam Scaurianam utilia.

13. „*En quibus familiis* quam foedis quam contaminatis, quam turpibus dedatis (ex con. pro *datis*) hanc familiam, iudices! *en quibus testibus* commoti de quo *homine*, de quo genere, de quo *nomine* sententias feratis! Obliviscendum vobis putatis matrum in liberos, virorum in uxores scelera? Cernitis crudelitate mixtas libidines, videtis immanes; duorum maximorum criminum auctores, quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos *famata* causa est, omni facinoro et flagitio deformatos habetis”. (secundum Halmium inter fragm. vol. IV p. 958 ed. Orell. alterius).

Soloecum Ciceroni est: obliviscendum vobis putatis scelera. Distinguendum est: „matrum in liberos, virorum in uxores scelera cernitis”. Tum: „crudelitate mixtas libidines videtis immanis”. Sequitur, ut „obliviscendum vobis putatis” cum prioribus sit iungendum. Et vero illa: „de quo homine, de quo genere, de quo nomine sententias feratis” parum recte adnectuntur superiori demonstrationi, qua de Arinis et Bostaris familiis, non de Scauri nobilitate exponitur. Itaque rectius haec, soluta a particula *en*, sic proferuntur: „de quo genere,

1) Conferenti specimina utriusque codicis in editione Beieri (ad calcem) iuxta posita suspitio oboritur nimis benevolam in Maium Peyronum fuisse; si ex his parvis speciminibus iudicandum est, Ambrosianus paulo recentior est.

de quo nomine (?) sententias feratis, obliviscendum vobis putatis? In reliquis Ambrosiani, cui soli haec debemus, lectio turbata est, nam „de quo homine de quo genere de quo nomine” carent iusto ordine; tum vehementer dubito an non sit latinum ut quis dicatur de *nomine* familiae iudicium ferre quod iudex sententiam fert de reo quodam ex illa familia; non conferenda sunt talia: nomen Fabiorum paene de civitate sublatum est, in nomen asciscere, Scaurorum nomen diu iacuit (quamquam ne hoc quidem extra dubium), quae propriam habet vocabuli significationem, sed „nomen Fabiorum ad Cremeram profectum est” senties non esse Tullianum. *Nomen* pro familia non usurpavit Cicero, nec, opinor, „sententias fertis de nomine Scaurorum.” In Ambrosiano EM QUIBUS TESTIBUS COMMOTI in infima pagina novam sententiam incipiunt, quemadmodum septem versibus superius EM QUIBUS FAMILIAS similiter a lineam quod aiunt, posita maiuscula littera scribuntur, vocabula quoque HOMINIS unum versum efficiunt in summa columna proxima. Suspicor indicia locorum, quo hi tres versus pertinerent, ex disce, sic: „En, quibus testibus commoti, quibus familiis, quam foedis, quam contaminatis, quam turpibus *dedatis* hanc familiam, iudices! De quo genere, de quo homine sententias fertis obliviscendum vobis putatis? Matrum in liberos, virorum in uxores scelera cernitis. Crudelitate mixtas libidines vide inmanis. Duorum maximorum criminum auctores, quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos infamata causa est — habetis”. — De verbo *dedere* cf. pro Rosc. Am. „quem dedi putabas defendi intellegis”.

§ 15 opponuntur testes rei natura fallaces argumentis rationis stabilitas: „dominus est ipse (testis) voluntatis suae, in quo *impunita* mentiendi licentia; argumentum vero, quod quidem est proprium rei — neque enim ullum aliud argumentum vere vocari potest —, *quod* rerum vox est, naturae vestigium veritatis nota, id quaecumque est, maneat inmutabile cessare est”.

Sine causa *quod* interpositum est ab editoribus; distinguendum semicolo post *nota*. *Impunita* minus aptum; non agitur poena periurii, sed facilia mendacia dicuntur cum sint in

mera, argumentatio una et certa via procedat. Aptum est *infinita*. Litterae PV extremae sunt columnae. P et P in hac forma litterarum antiquissima facile confunduntur.

§ 19. Tota natio Sardorum ad testimonium dicendum erat a Triario excitata, quorum fides nullis tabulis, sed verbis tantum ipsorum nitebatur: „quo me vertam, indices, aut quid agam? Cum singulis disputem? quid? non habuisti quod dares? habuisse se dicet. quis id scit? quis iudicabit non fuisse causam? — finget fuisse. qui refellemus potuisse non dare, si nolisset? vi ereptum esse dicet.”

Ita Kayserus; *dicet* T., *dicet* A.; *sciet* T. A.; *iudicabit* T., *iudicavit* A frequenti permutatione litterarum B et V, cuius in palimpsesto de Rep., ne longius abeam, haec exempla sunt: *vis bis, laboribus lavoribus, sivi sibi, provabilis probabilis, Tuvero Tubero, davant dabant, bita vita*; denique *se nolisset* A. Nihil igitur in codicibus auxilii. Ficta est testium interrogatio, qui contendebant invitis sibi et iniuria frumenta aut alia esse ablata. Rei patronus ad aliquem ex iis: quid tu? inquit, tu certe nihil dedisti, nam „non habuisti, quod dares”. (Est affirmatio, signum interrogationis tollendum). Alter „habuisse se” dicit. Quo argumento hoc constat? „quis id scit?” Cum nihil ad haec respondeatur, dicamne, inquit, Scauro „non fuisse causam” iniuriae inferendae? Finget fuisse. Quid prodest hunc refellere? Semper finget aliquid, quo se extricet: „qui refellemus?” dicimus eum „potuisse non dare si nolisset?” i. e. stultumne dicemus fuisse, qui dederit, quod dare non teneretur? „Vi ereptum esse dicet”. Patronus igitur primum dicit nihil fuisse, quod Scaurus auferre posset, tum si fuerit, causam non habuisse Scaurum auferendi, denique si tamen dedisset alter, stulte daturum fuisse. — In verbis *quis iudicabit non fuisse causam* haeret vitium: excidit fortasse *dicam* post *causam*, nam durum esset per zeugma ex superiore verbo *disputem*, nimis remoto, aliud verbum hic supplere. Ex lectione A. *iudicavit* scribendum *iudicavit*. Agitur de professione agrorum, quae quotannis fiebat apud praetorem vel quaestorem, cf. Verr. III 112, Karsten, de inkomsten en uitgaven van den Rom. staat, p. 24. Verr. l.l. „ea est enim ratio decumanorum, ut sine plurimis

litteris confici non possit; singula enim nomina aratorum et cum singulis pactiones decumanorum litteris persequi et conficere necesse est. Iugera professi sunt omnes aratores", rell. Nec tu, inquit, nec alius nomine tuo ullum indicium fecit. *Indicare* latius patet quam *profiteri*. Locum sic constituerim: „cum singulis disputem? „Quid? non habuisti (fort. add. *tu*) quod dares". Habuisse se dicet. „Quis id scit? quis indicavit?" — Non fuisse causam *dicam*? Finget fuisse. Qui refellemus? Potuisse non dare, si noluisset? Vi ereptum esse dicet".

§ 24. Rectissime Taurinensis: „ad me Siculi nonne *Romam* causam Siciliae detulerunt?" Manifesta est enim hoc loco propria motus significatio. Sed aequè paulo ante scribendum est: „delata enim, inquit, causa ad me *Romam* est", contra codices, quorum quanta sit in hoc auctoritas nemo nescit, quamquam Halmius in hac paragrapho scripsit codicibus scilicet obsecutus: „ego mihi provinciae causam in *provinciam ipsam* cognoscendam et discendam putavi", ubi errarunt librarii propter similes exitus in proximis. Huius generis pleraque hodie ne dubia quidem sunt praeter „in mentem fuit mihi" et „esse in potestatem". Hoc defendebant olim J. F. Gronovius ad Cic. Fam. 1. 7. 5, p. 14, ed. Suringar, Halmius in ed. a. 1848 auctoritate Gellii I. 7, qui in codice quodam de Imp. Pomp. 30 sic scriptum refert, cui in tali re quare maiorem tribuamus auctoritatem quam palimpsestis nostris, fortasse ne centum quidem annis recentioribus nihil est. Ipse Halmius postea ad Phil. XII. 4 ex Vaticano meliora docuit. Sed etiam Verr. V. 98 „in eorum *potestate* portum futurum intellegebant", ubi eadem fuit peccandi ratio ac nostro loco, contra palimps. scribendum est. Legitur etiam nunc Rosc. Com. 50 „si HS miliens in iudicium haberet" et pro Quinct. 22 „res esse in vadimonium coepit" quod si recte se habet, etiam defendere licebit „res esse in ius coepit". „In mentem fuit" Plaut. Amph. 180: „numeró mihi in mentém fuit" et alibi (cf. Holtze I. 208) prava est consuetudo loquendi, quae comicis eorumque similibus est relinquenda.

§ 31. „Hic ego Appium Claudium — nullo loco, iudices, vituperabo. Fuerant enim eae partes aut eius, quem id facere

t suspicio (leg. — *tio*) sua coegit, aut eius, qui has sibi lepoposcit, quod aut non animadvertibat, quem violaret, ilem sibi fore in gratiam reditum arbitrabatur”.

non satis perspicue sunt enuntiata; non opposita sunt clare illa *aut eius, quem et aut eius, qui* — *arbitrabatur*: etiam poscit partes aliquas in accusando, potest dolore et su- excitari. Nec tempus verbi (*fuertant*) aptum est. App- laudius, hoc anno (700) consul, duobus ante (698) Sar- pro praetore rexerat, in qua provincia successorem ha- caurum. Testimonium in Scaurum dixisse videtur et orem excitasse, nam praeter adulescentes P. Valerium m, qui post eodem anno de ambitu Scaurum appellavit, larium erant „M. et Q. Pacuvii fratres cognomine *Clau-* ientes Claudiorum (Asc. argum.). Iam ut Appii auctori- Scauro periculosam minuat, fingit Cicero eum invidia in n et studio erga fratrem, Scauri in consulatu competi- motum esse, sed simul cavet ne Appium, pravum virum centem, consulem tunc et nuper amicum, offendat; eum t et veretur. Re vera frater ille C. Claudius inter con- non erat; fingit Cicero hunc retentum in provincia sed petiturum fuisse: „at enim frater iam non petit”. tum]? si ille retentus a cuncta Asia supplice — ante- honori suo commoda salutemque provinciae, propterea semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari?” t igitur Scaurus Appium, quod una cum Gaio consula- etiturus videbatur eamque offensionem Appius ne tum posuit, cum fratri inter candidatos non professo nihil Scauri obesse iam posset; hinc etiam tunc Scaurum odio rsequebatur, „semel exulceratus animum non tam facile sanari”. Durum est credere. Bene acciderat, ut Gaius haberet divitem provinciam qua se consolaretur, prae- si sic amans esset salutis provincialium ac frater, qui post Ciliciam contra auspicia corruptione candidatorum vasurus (ad Att. IV. 18. 4). Non est probabile, Appium equendo Scauro causam fratris suscepisse, quod accusatio ellente instituta est eo tempore, quo iam constaret Gaium tere. Iam ante diem qui est a. d. V Nonas Quinctiles recepti andidati, Gaius procul aberat, postridie Nonas Quincti-

les accusatus est Scaurus. Ad Att. IV. 16. 5 et 6 et Asc. in argumento. Nec alibi, quamvis eventus huius rei et studia candidatorum saepe memorentur, mentio est Gaii. Probabilius est Appium subvertendi inimici et a consulatu repellendi arripuisse occasionem male administrata provincia oblatam. Absolutus sane est Scaurus sed eius innocentia eo non probatur suspicionem male administratae provinciae movet multitudo testimoniorum, quorum momentum sua ratione elevat Cicero, cur tamen non appareat, quemquam aratorum ex Sardinia per Scauro testimonium dixisse. Et absoluto Scauro statim novimminebat accusatio eiusdem Triarii ¹⁾. Sed Cicero loco supra descripto significat aut sponte impulsus Appium, quod laesum se putaret a successore et in suspicionem adductum („dolor et suspitio sua coegit”), aut alios secutum prius nomen deferentem testem primum prodiisse. In quibus verbis modus concessus *fuert* restituendus est et levius distinguendum post „arbitratur”: „fuerit sua ira incensus aut aliis obsecutus, ego tantum dico inimicitias inter successorem et decessorem minime turpes esse”. Cum non aperte loqui velit, obscurus fit. Neque acu enucleata sunt quae de dignitate et ordine candidatorum dicuntur.

§ 34. „qui (C. Claudius) sive patricius sive plebeius esset — nondum enim certum constituerat — cum hoc (Scauro) si contentionem fore putabat, Appius autem hoc maiorem etiam

1) Res gestae huius anni, quae ad Scaurum pertinent, sic se excipiunt: Scaurus redit ad consulatum petendum a. d. III Kal. Quint. — C. Cato opera Scauri absolutus est a. d. III Non. Quint. — Scaurus est accusatus tribus diebus post, nempe a. d. VIII Idus Quint. (postridie Nonas Quint.). Haec ex Asconio. Dissentit Cicero; ex cuius testimonio Cato absolutus, Scaurus accusatus iam ante diem, qui est a. d. V Non. Quint. cf. Att. XIV. 16. 5: „Drusus reus est factus a Lucretii iudicibus reiiciendis (*dies dicta* add.) a. d. V Non. Quint.” et paulo post § 6: „Scaurum Triarius reum fecit” et sub finem „Catone praesertim *absoluto*”. Sed epistolae 16 et 17 contra ordinem codicum, qui verus esse nequit, hodie constitutae sunt §§ 5 et 6 in codd. non continuae sunt; de quo videat vir praestantissimus Meibohm. Utique Asconius sequendus. Ad diem, quo absolutus sit Scaurus ex sententia Ciceronis, nihil haec de ordine quaestio pertinet. Secundum Ciceronem ad Att. I. 17. 4 prid. Kal. Oct. erat absolutus et iam tribules domi suae exceperat; Asconius a. d. IV Non. Sept. summum iudicii diem dixit; pronuntiata iudicum sententia tunc est paucis diebus post. cf. ad Q. fratrem II. 15. 3 (m. Sext.): „Scauri iudicium statim exercebitur”.

quod illum in pontificatus petitione, in saliatu, in ceteris meminerat fuisse patricium”.

Longius hoc repetitum de ordinum in petendo discrimine et de transitione ad plebem, sed cavillatur Gaium, fratrem P. Clodium ei obiciendo. Plebei qui petebant meliore condicione erant quod in utrumque locum petebant, patricius unus tantum esse poterat consul; itaque si quid veri his subest, potest Gaius consilium agitasse ad plebem transeundi, quod patricium candidatum Scaurum se superiorem et certum consulem intellegeret; paene crediderim hoc consilium Gaio afflictum a Cicerone, ut opportunitatem haberet infamiam Clodii commemorandi. In Ambrosiano legitur CUMHOC SIBICERTUMCŌ TENTIONEM; oculus librarii aberravit ad *certum constituerat*. Taurinensis *certum ante contentionem* omittit, sed etiam missa auctoritate, non recte puto opponi *certam* (sic enim corrig. esset) *contentionem et maiorem etiam*; sententia: Appius maiorem etiam contentionem quam Gaius praevidebat, quod expertus erat quantum in petendo posset Scaurus. Sed *hoc* ante *maiorem* eiiciendum, de Gaio post superius *hoc* (de Scauro) non recte dictum. — Postrema de Appio strictim dicuntur ut videretur Cicero re vera cum eo „fidelem in gratiam reditum” cupere, nec tamen minus acerba sunt; repulsam tulerat in petitione pontificatus Appius paulo ante 697, quo oratio de Domo dicta est, tum postpositus erat L. Pinario Nattae (cf. § 118); bis igitur idem in uno sacerdotio Appio accidit, nisi duos locos patricios simul in pontificum collegio vacasse credas, quorum alter Nattae, alter Scauro datus fuerit. Utique ut Scauro in petitione pontificatus cesserit verba supra scripta postulant. Scaurus est in catalogo pontificum anni 697, de Har. Resp. 12; Salium fuisse eundem ex hoc loco discimus de qua cumulatione sacerdotiorum vid. Marquardt Staatsverw. III. p. 225. Teste Macrobio II. 10 „Appius Claudius, vir triumphalis, Salius usque ad senectutem fuit”, sed alius A. Claudius significari videtur, nam nec „senex” hic dici potuit, qui quinque annis post consulatum (a° 705) mortuus est, et idem triumphii postulationem abiecit, ut ait Caelius ad Fam. VIII. 6. 1. Baiterus in Onomastico A. Claudium augurem cooptatum dicit a° 695, incertum quo auctore, sed sive tum sive iam ante eo sacerdotio ornatus fuerit,

poterat nihilo minus pontifex cooptari: Q. Fabius Maximus utroque simul sacerdotio fungebatur Liv. XXX. 26. 10.

§ 37. „Quamquam ea, quae dixi, non secus dixi, quam eius frater essem, non is, *qui et est et qui multa dixit*, sed qui ego esse in meum consuevi”.

Heinrichius de duobus Appii fratribus haec dici putabat, recte vidit, si de uno sermo sit, pronomen *qui* non debere rari. Sed sententia non satisfacit; designatio prioris *qui* aequae in alterum conveniret. Significatur unus P. Clodius, primus erat inter sex Scauri patronos; is ante Ciceronem dirat et Appio fratri infensus erat ut apparet ex Miloniana § Conieci: „non is qui et est et *iniqua* multa dixit” nempe ante, ut omnes audiverant. Aliquot litteris omissis ex *residua* qua existere potuit *qui*: „et frater est reapse et tamen *iniqua* in fratrem dixit”. In proximis Ambrosianus, cui hanc partem debemus, habet: NISRESITERE | IUD · DEBETISE QUONIHILMODE | NIHILMODONI | HILCONSIDERA | TE. Editur vulgo: *more*, *nihil modo*. *More* et *modo* saepius confunduntur Verr. 198, pro Rosc. Am. 126, Inv. I. 2. Si omnia immensa essent et immoderata in hac causa, posset *modo* defendi, sed non istiusmodi in hac prae ceteris repetundarum causis erat. Accurata sequentia non, ut putat nonnemo, accurate his adaequata sunt, nec quatuor proinde membra necessaria sunt (*nihil modo* opposita habent: omnia insolenter, omnia immoderata non id quod nunc legitur,) „*More* et *modo*” Muren. 34. quem locum conferunt, nullo modo comparari potest. Ita *nihil modo* alienum puto. Vitiosa lectio *mode* pravo additamento *nihil modo* correctata. Pro usitato *raptim* lectius vocabulum *suit rapide*. Festinanter omnia agebantur, ut Scaurus a comitia consularia condemnaretur; decem diebus postquam urbem redierat nomen eius deferebatur, non peragrabatur vincia, 30 diebus concessis non usus est accusator, uno tamen audito comperendinabatur reus: omnia *rapide*; nec praeferebat *rabide*, quod cum Baitero probat Kayserus. Cf. Or. (τὸ παθητικόν) *rapide fertur*”.

§ 40 scribendum: „pateat hoc perfugium vero dolori, pa-

stis querellis, coniurationi via intercludatur, obsepiatur (A: *mediatur*) insidiis" pro: pateat vero h. p. dolori". In *obsediatur* ro *obsepiatur* D et P confunduntur, quod genus corruptelae cedit tantum in scripturam q. d. capitalem. *Via* retineo etsi mpugnatum a Madvigio cum Wolfio legente: *coniurationi int.*; iam Ambr. habet CONIURA | TIOVINTERCLU; n et v in hoc genere codicum non ita facile confunduntur.

Ib. „Damnatus est T. Albucius C. Megaboccus ex Sardinia nonnullis etiam laudantibus Sardis; ita fidem maiorem varietas ipsa faciebat; testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur”.

Megaboccus manifesto est nomen Afri cuiusdam, qui in Sardiniam migraverat, cuius incolae magnam partem erant Phoenices origine, de quo docte nuper in Annalibus Lynceorum expositum. Eiusdem nominis homo (vel Megabocchus, Megabochus) commemoratur epistola Att. II. 7. 3, scripta a. 695: „iam vero Arrius consulatum sibi ereptum fremit; Megabocchus et haec *sanguinaria* iuventus inimicissima est”, ubi legendum *saginata* (M *sanguinatia*), nempe epulis Arrii. Hic idem est adolescens, qui contra Parthos profectus cum aequali Crasso, filio, fortiter pugnans cecidit, Plut. in Crasso, 25 (*Μεγαβανχος*). Sardos esse aliquos civitate donatos veluti a Pompeio, novimus, sed non est credibile hos ad honores adscendisse, quare dubito an ab illo adolescente distinguendus is, qui h. l. memoratur, nam *ex provincia* quadam *damnari* dicitur praetor vel proconsul. Eandem ob causam non credibile est patrem eius adolescentis significari; non potuit praesertim sub nobilium dominatu peregrinus origine ad honores adscendere. Fortasse significatur aliquis satelles T. Albucii, quem constat petentibus Sardis a C. Iulio Caesare Strabone repetundarum postulatam esse, qui una damnatus fuerit et legendum est pro C. *Megaboccus: cum Megabocco* (CUMR.); nihilo minus pluralis *tenebantur* iuxta singularem (*damnatus est*) recte ponitur. Videant prudentiores. (Nota est constructio *damnare aliquem alicui*; tamen ? *Megabocco* hoc ordine verborum ferri non posset).

§ 43. „Quare cum integri nihil fuerit in hac gente *plena*, iam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse?”

Plena corruptum. Qui defenderunt tanquam figurate dictum, non tenuerunt, populum non cum dolio (pleno), sed cum vino, quod in dolio est, comparari: vinum diffunditur, populus spargitur; populus migratione et aliarum nationum contagione corrumpitur, vinum transfusione acescit. Si vinum *plenum* dici posset pro incorrupto, metonymia *plena gens* esset ferenda; sed id nemo docuit. Fortasse olim fuit *pena* i. e. *Poenæ*. Intelligendum hoc de tota gente Phoenicum et Carthaginiensium. *Poenus* pro *Poenicus Punicus* dixerunt poetae inde a Vergilio et Propertio; et omnino adiectiva substantivis homonyma non ab ingenio linguae latinae aliena sunt, praesertim gentilia. *Apulus* semper dixerunt non *Apulicus* (Lachm. ad Lucr. p. 37); *Sulpicius* horrea Horatius, non *Sulpiciana*; porticus Aemilii est *Aemilius*; *faeces* et *sacra marita*, quae sunt maritorum; fabula *praetexta* in qua est *praetexta* vel *praetextati*; *Actius* pro *Actiacus* Hor. Ept. I. 18. 60, *Parthae* sagittae Ovid. Rem. Am. 157; *Parthenium* est quod Parthenii, *Theopia* rupes, quae prope Theopias est Catullus 61. 27. — *Punicum* hoc loco contra sententiam esset; Sardi, inquit, a Poenis sunt, Poeni a Phoenicibus, fallacissimo genere. Hi postremi trito vocabulo *Punicus*, quod semper unos Carthaginienses designat, excluderentur. Adiectivum *Phaenicus* non videtur usurpatum ante Plinium NH. V. 12, XIII. 5. Antiquiores colorem tantum purpureum dixerunt *phoeniceum* aut *poeniceum*, *punicum* Plaut. Pseud. 229, ubi D F habent *pheni-*
cius, Rud. 991, 1000, Lucr. V. 941.

Ib. „Hic mihi ignoscet Cn. Domitius Sincaius, vir ornatissimus, hospes et familiaris meus, ignoscent de... cones ab eodem Cn. Pompeio civitate donati, quorum tamen omnium laudatione utimur, ignoscent alii viri,” rell.

Tamen est certe; omnes aratores nobis testimonio nocent, hoc certe, a Pompeio civitate donatos, habemus amicos. Pompeius videbatur favere Scauro, sed parum sincere, cf. ad Att. IV. 15. 7. Pompeii animus non satis propensus erat ad opem ferendam Muciae a se dimissae marito, Scauro „videbatur enim (Scaurus) apud animum eius (Pompeii) non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo (Pompeio) dimissam levius fecisse (i. e. parvi fecisse)

existimaretur, cum eam ipse (Scaurus) probasset, quam gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet". Verba sunt Asconii p. 19, Or. Scilicet ex Mucia Pompeius tres liberos, Scaurus filium habebat. Suet. Caes. 50. In *de . . . cones* teste Peyrono *c* non certa; tres litterae, tenuiores illae in hoc litterarum genere **B**, **F**, **I**, **L**, **P**, **T**, desiderantur. Non est igitur proficiscendum a lectione Kayseri + *delecones*. Denique omnes Beierus; at *denique* in secundo membro non aptum, et *omnes* paulo post sequente *omnium* molestum. Frustra populus aliquis aut urbs quaeritur, cum insulae geographia iam satis explorata sit; ex inscriptionibus fortasse latinis aut punicis prodibit nomen aliquod barbarum familiae. *Decuriones* satis responderet spatio sed *ἀξιῶς* dicerentur in provincia, quae civitatem nullam liberam ac populo Romano amicam habuit, cf. § 44. Unam habuit postea coloniam Plin. III 85.

In partibus illis quae in Taurinensi et Ambrosiano simul sunt § 18--24, 31--36) paulo melior est T. In eo sunt menda quaedam, velut quod in fine columnae *ad me* (24) omittitur, quod *ferax* pro *ferox*, *defendo* pro *defendendo*, simm.; si gravior quaedam discrepantia est, vincit plerumque T. Sic Ambr. 9 *et coacto*, 23 om. *ac facetum*, 24 om. *et discendam*, 31 om. *ius* post *avos*, 33 *vulgata* pro *valde pervagata*. In ordine verborum liberior est, quemadmodum omnes codices Tulliani, nec ut A. aut T. in eo maiorem habet auctoritatem. Sic 18 „si denique testibus nitere, non dico bonis viris ac probatis" habet A., T.: „si d. nitere testibus, n. d. viris bonis", praestat *bonis viris* nam discrimen inter *bonus vir* et *vir bonus*, ut illud sit iroice dictum tantummodo, commenticium est); *testibus nitere* habet quo defendatur, sed tamen T. sequendus est; 20 *unus vili quisque* (pro *unusquisque mihi*) et 21 *quasi quaedam fundamenta iacere* (pro *iacere fundamenta*) cum T. tuenda sunt. Vulgo hodie legitur 20: „sed contra impetum istum illorum impetuo nostro concurram", ubi restituendum ex T. „impetum istum impetu" (omisso *istum*). Paragrapho 23 „nomen *titique uttonis*" T.; A.: „i | quetmuttonis" sic ut versus terminetur *r i* litteram; *t* post *que* alieno loco inserta est; quidquid est

secundum T. emendandum est, fortasse „Titi Quincti Muttonis”, in quo male *Quincti* pro praenomine habuerint. Nulla omnino est causa cur § 33 partim A (nempe in voc. *num* recipiendo) sequeremur, cum iure meritoque eius lectio in reliquis dudum spreta sit. Verba sunt in T.: „*successori* (ita hodie emendatum pro *successor* cf. *suscenseo*, *suscipio*, *suscito*) decessor invidit, voluit eum quam maxime offensum quo magis ipsius *memoria excelleret*: res non modo non abhorrens a consuetudine sed usitata *etiam et valde pervagata*”. A.: *successum, et voluit, memoriam lacesseret, etiamnum et vulgata* (om. *valde*); reliqua spernunt editores, accipiunt *et* (post *invidit*) quo nihil opus, et *num*, quod non aptum, nam Cicero noluit significare rem diutius durasse quam homines putassent, aut brevi ex hominum more abituram; sic tantum *etiamnum* recte se haberet.

(Continuabitur.)

C. M. FRANCKEN.

SUIDAS.

ν. Εὔδοξος: — τούτου τὰ βιβλία οὐ φαίνεται.

Scribendum φέρεται. cf. ν. Ἐφορος: — λέγεται καὶ ψέγω αὐτοῦ γεγραμέναι, δε οὐ φέρεται, et sic passim.

ν. ἰσηλικῶν: — γηραιαὶ δὲ αὐταὶ καὶ καθεῖσαι τὰς παλαιὰς ἐκείνας κόμας ἐθεοκλύτουν.

Risum movet παλαιὰς κόμας. at tu restitue πολιάς.

OLYMPIODORUS

ad Platonis *Alcibiadem* pag. 170:

μέν, ὦ ταλαίπωρ, ἀτρέμα' σοῖς ἐν σπληνίοις,
οὐδὲν γὰρ οἶδας ὧν δοκεῖς σάφ' εἶδέναι.

Παρρωδεῖ notissimum locum ex Euripidis *Oreste*:

μέν, ὦ ταλαίπωρ, ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις,
ὄραξ γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἶδέναι.

C. G. C.

EPISTULA CRITICA
AD
ALLARDUM PIERSONUM

DE
IULIANO.

SCRIPSIT
S. A. NABER.



Vespertinarum horarum libenter memoriam recolo, quum superiore hieme convenerat inter nos, mi Piersono, ut una legeremus et quam fieri posset accuratissime explicarem Iuliani Epistulas. Horum studiorum fructus perire nolui; sed si quid novi interdum nobis reperisse videbatur, id sedulo adnotare solebam; nunc in dulci otio feriarum Paschalium omnia redegi in ordinem, ut ad Te redeat, quod magnam partem Tuum est; nec certe ego tam cito ad Iulianum rediissem, quem olim obiter inspexeram, nisi Tu demonstravisses quam multa inessent in Iuliani Epistulis, de quibus operæ pretium esset accuratius quaerere, quam hucusque factum esse comperimus. Quod autem Tuo nomine hanc commentationem inscripsi, id velim alii sic interpretentur, si quid boni afferre potuerim, Tuum id esse, qui vel inveneris ipse vel docte dubitando auctor mihi fueris ut investigarem quae pertinaci cura indagari posse viderentur. Meum autem id omne erit, in quo a vero aberravero. Nec certe Te in communionem meorum παραρρήματων assumere

volui, sed cum Te palam alloquor et coram Musarum matre, apud omnes qui haec legent, profiteri mihi videor quanti Te faciam, cuius singulares animi ingeniique dotes statim suspicere coepi, postquam fors nos una in hanc almam Musarum sedem detulit, ubi post varios casus et tot discrimina rerum, quae uterque nostrum expertus est, lassis maris viaeque tandem ab illis malis otium conceditur. Admirabiliter nunc fit ut Tuum nomen consociare debeam cum Kiehlii mei memoria, cuius immaturum obitum neque eluxi neque elugebo; nam quod lecto Apostatae libro de Apostata ille olim mihi auctor fuit ut Iulianum aliquando mihi tractandum sumerem, id eventu caruit; Tu quum idem suaderes, non committendum putavi, ut fidele consilium diutius negligerem.

Omnium Iuliani Epistularum, quae aetatem tulerunt, prima esse videtur, quae est hodie apud Hertlinium, cuius numeros sequar, 53 ad Iamblichum. Hunc philosophum quanti Imperator fecerit, ubique apparet. Hic est *ὁ δαιμόνιος Ἰάμβλιχος* p. 222 B, qui eum *τὰ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διὰ τῶν λόγων ἐμύθησεν*, ut est p. 146 A. Alibi, p. 217 C, profitetur se sequi *νέα ἴχνη ἀνδρός, ὃν μετὰ τοὺς θεοὺς ἐξ Ἰσῆς Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτῳ ἀγαταὶ τε τέθηπέ τε*. Eundem senem innuit in Mispogone p. 353 B et quod scribit in septima Oratione ad Heraclium Cynicum p. 235 B de philosopho, *μεθ' ὃν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς φιλοσοφίας ἦλθον ὑπ' ἀνδρὶ τελεσθησόμενος, ὃν νενόμιμα τῶν κατ' ἐμαυτὸν πάντων διαφέρειν*, intelligendi videntur Maximus Ephesus et Iamblichus. Quo tempore Imperator Orationem Quartam composuit, h. e. ea hieme, quam Constantinopoli degit anno 361—362, Iamblichus diem iam obierat; appellat eum certe *κλεινὸν ἥρωα* p. 146 B et nunc ausus est quod antea opinor non fuisset ausus: nam praeceptoris opus ferme descripsit et *ἐκ πολλῶν μικρὰ παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν*, p. 150 D. Sunt qui levi quodam argumento utantur, ut ex Eunapio ostendant, Iamblichum iam sub Constantino Magno, h. e. ante annum 337, e vita excessisse, sed primum notissima res est, quam fuerit Eunapius negligens in temporibus notandis, de qua re habemus testem imprimis locupletem, nempe Eunapium ipsum cf. Cobetum in *Mnem.* XXI. 27; deinde apertissime refragantur Iuliani Epistulae, quamquam hodie quoque sunt, qui hau-

satis prudenti consilio eas Epistulas Iuliano sive abjudicent, sive contendant alium quendam Iamblichum iuniorem intelligi debere. Iam Wytttenbachius optime sensit quod temporum rationes confirmant. Fuit Iamblichus Porphyrii discipulus, qui Porphyrius natus est anno 233 et vitam produxit certe ad annum 304, sed fortasse multo serius obiit; pervenit enim ad *γῆρας βαθύ*, cf. Eunap. p. 11. Ipsius Iamblichi Aedesius auditor fuit, qui anno 354 diem obiit, Aedesii Chrysanthius, Chrysanthii Eunapius, qui natus est anno 347. Dixerim igitur Chrysanthium esse natum circa annum 320, Aedesium circa annum 290 et Iamblichum circa annum 280, ut octogesimum fere aetatis annum attigisse videatur. Fuit igitur aequalis Proaeresii qui anno 276 natus est et obiit annos natus unum supra nonaginta.

Erat annus 351, quum Iulianus e Cappadociae castello dimissus per breve tempus Constantinopoli degebat. Iam fuerat Ephesi a Maximo institutus et initiatus, quum venit epistula ab Iamblichō, qui Apameae degebat in Syriae urbe. In epistula quam dixi 53 respondet adolescens viginti fere annorum, nam natus erat anno 331, et ostendit quanto opere cupiat venerabilem senem aliquando ipsum adire. Spes fortasse erat, ut Constantius hoc concederet, nam Gallus frater nuper Antiochiam erat missus ut Orientem regeret et dummodo daretur facultas fratris visendi, Antiochia Apameam brevis erat excursio. Non omnia haec certa monumentorum fide nituntur, sed curavi tamen ut τὰ Φαινόμενα σώζοιτο. Vide praeterea Libanium Vol. I p. 407 Rsk.

Ἦ Ζεῦ, scribit adolescens, πῶς ἔχει καλῶς ἡμᾶς μὲν ἐν Θράκῃ διάγειν μέση καὶ τοῖς ἐνταῦθα σιροῖς ἐγχειμάζειν, παρ' Ἰαμβλίχου δὲ τοῦ καλοῦ καθάπερ ἐφ' οὗ τινὸς ἕαρος ἡμῖν τὰς ἐπιστολὰς ἀντὶ χειλίδων πέμπεσθαι. Constantinopolis indicatur eodemque modo Libanius in Epistula 672 b: ἔτυχον Ἀθήνηθεν πτεροεὐμένος ἐπὶ Θράκης, nam nescio quomodo vitat usurpare proprium urbis nomen et brevi post venit ἐπὶ τὸν Βόσπορον. Scribit in ea epistula Libanius, quem vide praeterea in Oratione de Vita Sua, Vol. I p. 25 Rsk. se Athenis profectum Constantinopolim venisse cum Sopatro quodam, quem in itinere offendisset, quum saeva coorta tempestate uterque forte fugisset in

idem tugurium. Ὁμβρου δὲ γενομένου πολλοῦ καταφεύγω Πλαταιῶσιν εἰς οἶκημα Φαῦλον, εἰς δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ καταφεύγει, modo emendes ὑπὸ τοῦ ἕτεροῦ. Nunc quoque cum Iuliano una est Sopater sodalis, sed ambigo utrum patrem an filium intelligam, quos cognomines fuisse traditur in Ep. 40 p. 418 A idque confirmatur Libanii testimonio, qui utrumque Sopatrum in Epistulis saepe nominat. Syri erant et Iamblichum cognatione longius attingebant, nam Sopatri frater Himerius duxerat Iamblichi sororem et filius appellatus fuerat de avunculi nomine, cf. Liban. Epist. 1072, alibi. Certior fortasse aliquando pronunciabit, qui taedium devorare potuerit in digerendis Libanii Epistulis. Id apparet diversum fuisse eum, qui in Constantini Magni aula Ablabii fraude interemptus fuit.

Ἔν Ζεῦ, scribit Iulianus, πῶς ἔχει καλῶς — μήτε ἡμῖν εἶμι μηδέπω παρὰ Ἰάμβλιχον ἐλθεῖν, μήτε αὐτῷ παρ' ἡμᾶς ἦεν ἐξεῖναι. Sperabat enim fore ut Syriam contingeret videre, nec Constantius sub ipsum imperii exordium vetiturus videbatur, ne frater fratrem Antiochiae inviseret, nondum enim eruperat Galli saevitia et odium generis humani, quo triennio post conflagravit. Voluerat Iamblichus ipse Constantinopolim adire, sed Iulianus dissuadet: ἐπεὶ δὲ ἀδύνατόν σοι γε καὶ ἀξύμφητόν ἐστι, σὺ μὲν οἶκοι μένειν καὶ χαίρειν καὶ τὴν ἡσυχίαν ἣν ἔχεις σῴζειν, sed supplendum est: σοὶ μὲν οἶκοι μένειν (ἀμεινον).

Quod ex reliquis epistulis liquido efficitur, Iulianus voti compos factus est et Antiochiam profectus etiam Apameam excurrere potuit. Respicit illud iter in Epistula ad Sallustium p. 241 C, nam qui ibi commemoratur καθηγεμών, Iamblichus est, quod bene animadvertit Reiskius ad Epist. 62, ubi acuta Cobeti suspicio stare non potest. Deinde post breve trium annorum imperium Gallo interempto, Iulianus Mediolanum evocatus fuit et tanquam ex carcere post septem menses Eusebiae beneficio vix salvus evasit et in Graeciam rediit, ut Athenis operam daret literis. Accitus videtur in Italiam extremo anno 354 itaque rediit vere anni 355. Scripta tum primum fuit epistula 61 et quidem Nicomediae missaque est per Iulianum Bacchylī filium Apameam ad Iamblichum, quod nobis narravit ipse in Epist. 40. Commemorat quae pericula nuper adierit, ἔτι δὲ χειμῶνων ὑπερβολὰς καὶ νόσων κινδύνους καὶ τὰς ἐκ Παννονίας

τῆς ἄνω μέχρι τοῦ κατὰ τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν διάκλου μυρίας
 δὴ καὶ πολυτρόπους συμφοράς, quo minus quis de tempore pos-
 sit dubitare,

Respondit Iamblichus, cuius literas Iulianus acceperit Athenis; deinde per ἡμεροδρόμον, uti legimus in Ep. 40, misit epistolam 60, in qua exsultat et propemodum triumphat, quod tandem post longum intervallum Iamblichus veteri suo discipulo nescio quid nugarum rescripsit. Ὅσάκις μὲν, quasi furore correptus debacchatur, ὁσάκις μὲν τῷ εἴματι τὴν ἐπιστολὴν προσήγαγον, ὥσπερ αἱ μητέρες τὰ παῖδιά προσπλέκονται, ὁσάκις δὲ ἐνέφυν τῷ εἴματι καθάπερ ἐρωμένην ἑαυτοῦ Φιλτάτην ἀσπαζόμενος, ὁσάκις δὲ τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὴν, ἣ χειρὶ σῆ καθάπερ ἐναργεῖ σφραγιδι ἐσειήμαντο, προσειπὼν καὶ Φιλήσας εἶτα ἐπέβαλον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἷονε τοῖς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης δεξιᾶς δακτύλοις τῷ τῶν γραμμῶν ἴχνει προσπεφυκώς. Quid de his ineptiis iudicaturum fuisse putamus Caesarem dictatorem, qui secundum Iulianum in Saturnalibus p. 322 A ἤκιστα τὸ λέγειν ἐξεμελέτησεν? Sed in Graecis literis videmus id esse verum quod dicitur, saepe anus eo fieri turpiores, quo pulchriores fuerint virgines. Neque Iuliani ipsius hoc vitium deputandum est, sed temporum quibus vixit.

Nondum e Syria quidquam literularum allatum erat, quum novam misit Iulianus Athenis epistolam per paedagogum puerorum vel τὸν τῶν παιδῶν τροφέα, unde praeterea videmus curavisse Constantium ut regio adulescens Athenis regio more viveret; nemo enim privato censu paedagogia habet, etiamsi fortasse tout marquis venille avoir des pages. Est haec epistula 34. Simul misit per eundem paedagogum, cui Antiocho nomen erat, epistolam 67 Sopatro veteri suo sodali, quem quadriennio ante Constantinopoli cognorat.

Brevi post, quod itidem ex epistula 40 conficitur, ipse venit ex Syria Sopater cum Iamblichi novis literis. Respondit Iulianus et addidit epistolam ad Sopatrum Sopatri filium; deinde ter fecit idem; sed quattuor illae epistolae in itinere perierunt. Tandem anno 357 in Gallia Caesari Iamblichi literae redditae sunt, in quibus senex querebatur de intermisso commercio. Missa tunc e Gallia fuit epistula illa 40, cuius ope superiorum literarum seriem reconcinnare licuit. Tam amice haec inter se

conspirant, ut magis non possint. Quod nihil ex illis perit nisi quod olim periit, id Libanio fortasse debemus, quem vide in Epist. 1350. Nymphidiano certe Maximi fratri, de quo Eunapium vide p. 101, Constantinopoli demum ab Imperatore Graecarum literarum cura mandata fuit.

Unica superest epistula Iamblichio inscripta, nempe 41. Miserat eam Iulianus simul cum Oratione de Laudibus Constantii, rogans ut is cui scribebat, eam corrigere vellet. Hinc minime dubium est quin scriptae sint illae literae circa annum 353; sed fieri non potest ut Caesar tale quid ab Iamblichio petierit, qui philosophus erat non rhetor neque τῆς Ἑρμῆαικάτης ἡθέρῳ χάρισιν, ut Eunapius loquitur p. 12. Quod igitur inscriptum fuit τῷ αὐτῷ, nam praecedat ad Iamblichum epistula, id errore nititur et imperite suppletum fuit, quum verum nomen forte periisset. Equidem de Themistio cogitavi, qui aliquanto post demum coepit Iulianum odisse.

Nunc recensebo quas epistulas praeterea Iulianus Athenis conscripsisse videatur. Nihil pro certo affirmabo, sed philosophiae studiosum audire mihi videor in epistulis 19 ad Ecebolium, 33 ad Dositheum, 37 ad Amerium, 48 ad Zenonem et 73 ad Euclidem; sed multo pluris est epistula 35 pro Argivis, quam impense miror Gibboni Imperatoris esse videri et nunc rectius Petavius iudicat p. 116.

Sequi videtur epistula 5 ad Theodoram, quam Caesarem dedisse conicio extremo anno 355 Mediolani, brevi antequam in Galliam proficisceretur, quo magnum secum librorum acervum avexit. Scribit in brevi epistolio se a Theodora libros quosdam accepisse. Video in Libanii Epistulis Theodoram Thassii fuisse uxorem, qui Nicomediae habitabat et adolescens obiit. Literis ille operam dabat et credibile est viduam mariti bibliothecam Caesari vendidisse. Diversus autem est Thalassius, de quo Ammianus egit XXII. 9. Plura dare poterit futurus editor Epistularum Libanii.

Sequuntur duae epistulae 16 et 15, quas Caesarem e Gallia Maximo dedisse arbitror. In epistula 16 significat se una mittere nescio quod opusculum quod nuper composuerat; in epistula 15 rogat ut Maximus, quem videmus Sardibus habitare, ad se in Galliam proficiscatur. Itidem in Gallia Caesar scripsisse vi-

atur Epist. 18 ad Eugenium, Ep. 71 ad Priscum et Ep. 29 : 30 ad Alypium, de quo vide Ammianum XXIII. 1 et XIX. 1. In priore Caesar Alypium e Graecia ad se vocat; posterior epistula in Britanniam missa fuit, cuius cura ei mandata fuerat; miserat Alypius Britanniae descriptionem iambicis versibus compositam cum tabula geographica. Sed accuratius indicari poterit tempus, quo epistula 55 data est ad Eumenium et Pharianum. Utitur Caesar his verbis: *τέταρτος ἐνιαυτός ἤδη παρελήλυθε καὶ μὴν οὗτος ἰ τρίτος ἐπ' αὐτῷ σχεδόν, ἐξότε κεχωρισμένα ἡμεῖς ἀλλήλων*. Iam quia apparet Eumenium et Pharianum studiosos iuvenes esse, sequitur quatuor annorum et trium mensium fuisse intervallum, postquam Iulianus Athenas reliquisset. Haec igitur epistula scripta fuit anno 360 tempore verno.

Brevi antequam Galliam reliquit Iulianus scripsit Epistolam 17 ad Oribasium medicum, quo tempore, ut ibi est videre, iam somniabat imperium, sed fateor satis multa in ea epistula inveniri, quae non liquido expedire potui. Haud multum tempore distat Epist. 46 ad Evagrium, in qua amico fundum dono dat, quem ex aviae bonis hereditate acceperat. Scilicet *paterna* bona Iulianus simul cum Caesaris dignitate recuperarat, unde scribit in Oratione III quae est de Eusebiae laudibus p. 118 A: *Constantius τὴν οἰκίαν καταληφθεῖσαν καθάπερ ἐπ' ἐρημίας παρά του τῶν δυναστῶν ἀφείλετο ξὺν δίκῃ καὶ ἀπέφηνεν αὐθις πλούσιον*, sed *paterna* bonis partim certe fruebatur etiam Athenis, quum literis operam dabat. Hinc scribit ad Athenienses p. 273 B: *ἀποφυγὼν ἐκεῖθεν (Mediolano anno 355 vere) ἄσμενος ἐπορευόμεν ἐπὶ τὴν τῆς μητρὸς ἐσίαν, πατρῶον γὰρ οὐδὲν ὑπῆρχέ μοι οὐδὲ ἐκεκτῆμην ἐκ τοσούτων, ὄσων εἰκὸς ἦν πατέρα κεκτῆσθαι τὸν ἐμὸν, οὐκ ἐλαχτήν βῶλον, οὐκ ἀνδράποδον, οὐκ οἰκίαν. ὁ γὰρ τοι καλὸς Κωνσταντίος ἐκληρονόμησεν ἀντ' ἐμοῦ τὴν πατρῶαν οὐσίαν ἄπασαν, ἐμοὶ τε, ἵπερ ἔφην, οὐδὲ γρῦ μετέδωκεν αὐτῆς ἀλλὰ καὶ τῷ ἀδελφῷ τῶμῳ τῶν πατρῶων ἔδωκεν ὀλίγα, πάντων αὐτὸν ἀφελόμενος τῶν μητρῶων*. Itidem legimus p. 290 D: *ἀπεσῶθι μοι τέλειος ὁ κληρὸς τῆς γῆθης ἐχόμενος ὑπ' ἄλλων βιαίως* et vidimus Athenis Iulianum regio propemodum modo vixisse cum paedagogianos haberet. Itaque potuit tunc fundum dare amico Evagriō, sed in Gallia amen Caesari multo lautiores res erant, recuperato patrimonio

paterno. Quod per se ipsum verisimilius est, confirmatur dammodo Libanii testimonio in Ep. 372: *ἐν δυναστείᾳ κατὰ τῶν πατρῶν ἀπέστῃς τοῖς γνωρίμοις, τῷ μὲν οἰκίαν δούς, δ' ἀνδράποδα, γῆν ἐτέρῳ, χρυσίον ἄλλῃ.* Fuisse autem (sarem, non Imperatorem, qui epistolam scripserit, liqui apparet.

Fundus erat in Bithynia haud longe a mari et Iulianus d recordatione delectatur, copiose describit quam amoenus loci sit, unde ex edito loco mare prospectari poterat *τὴν τε ἐπὶ μου πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως. Τοῦτο ἐμοὶ μειρακίῃ κομιδῆ θεριδίον ἐδόκει Φίλτατον*, h. e. ante annum 345, quo anno Cappadociam deportatus fuit. Ex hoc tempore ibi erat *γεωργεμένης μικρὸν ὑπόμνημα*, nam nullam sacra vite prius ibi seve arborem. Post sexennium eodem rediit: *ἀνὴρ δ' ὃν ἤδη παλαιὰν ἐκείνην ἐπόθου δαιταν καὶ ἤλθον πολλάκις καὶ γέγονε ἡμῖν οὐκ ἕξω λόγων ἢ σύνοδος.* Circa annum 351 Libanius Syriam rediit itaque breve omnino tempus fuit, quo Iulia una cum eo esse potuit. Notitiam primosque gradus fecit cincia, opinor; nam urbs Nicomedia non longe aberat ipsius Libanii fundus, uti suspicor, contiguus fuit, cf. Epist. 1. Ceterum aliquot mensibus post venit Evagrius ad Iulianum in Moesiam, ut gratias ageret, cf. Epist. 38. Ex Libani Epistulis multa alia de Evagrio conquiri possunt, quae scilicet omitto. Cf. Wyttenb. ad Eunapium p. 154.

Anno 361 circa Novembrem mensem in Moesia scripta est Epistola 38 ad Maximum philosophum, postquam Iulianus incertior erat factus de morte Constantii, qui a. d. III Non. Octobr. ad Mopsucrenas animam efflavit. Iam olim Caesar Minem invitarat, ut vidimus in Epistula 15, sed nunc prope ad Imperatorem nec patronum nisi simul cum fortuna relicta rus erat. Miror quod Iulianus nequam hominis ingenium perspexit; nobis quidem id satis est quod Eunapius tradidit. Ceterum cf. Libanium Vol. I. p. 574 Rsk.

Venit Imperator Constantinopolim a. d. III Id. Decemb. Tunc statim eo ipso fortasse die data fuit epistula 13 ad Iulianum avunculum, Comitem Orientis. Itidem tunc statim scripsisse videtur ad Eutherium Eunuchum Epistolam 69. Hic solum inter omnes Eunuchos, quos illa aetas plurimos tu-

mpense laudat Ammianus XVI 7, inter vepres scribens etiam rosas nasci et inter feras esse quae mitescant.

Hieme quae insecuta est, inter multiplices occupationes multas epistulas scripsit Iulianus tum ad alios tum ad Philosophos amicos qui *ἄκλητοι καὶ κεκλημένοι* muscarum instar convolabant in aulam et succedebant eunuchis, apud quos, uti fertur, Constantius olim haud parum potuerat. De hoc genere est epistula 2 ad Proaeresium philosophum sed Christianum, qui annos iam natus erat 86 neque adigi potuit ut patriam Constantinopoli commutaret. Deinde Epist. 12 ad Basilium, quem Athenis cognorat, Ep. 20 ad Eustochium, quem consulatu ornare volebat, Ep. 22 ad Leontium, Ep. 23 ad Hermogenem, Ep. 31 ad Aetium episcopum, qui Arianorum furorem expertus fuerat et Ep. 76 ad Eustathium, de quo Eunap. vide p. 28. Eodem referam Ep. 59, in quo philosophus quidam Dionysius parum imperatorie acerbissimis conviciis exagitur.

Insunt inter epistulas edicta quaedam: veluti Ep. 11 est de senatu Constantinopolitano, sed fateor me minime assequi quid Imperator sibi velit nec verborum sensum explanare potuit Petavius. Ep. 25^b de Medicis est, qui *βουλευτικῶν λειτουργημάτων ἀνόκλητοι* fiunt, quod in Oribasii gratiam constitutum videtur. Ep. 47 Thracibus tributorum nonnullorum gratia fit. Ep. 58 Alexandrini rogantur ut obeliscum Constantinopolim mittant; contra accipient aeneam Imperatoris imaginem. Denique Ep. 64 edictum est ad populum *εὐφημήσαντα ἐν τῷ τυχαίῳ*, sed propter p. 346 B fieri potest ut hoc edictum sequenti anno Antiochiae promulgatum sit.

Multos statim ab initio pontifices Imperator creavit, quos, ut conicio, opponere voluit Episcoporum auctoritati. Sic Chrysanthius cum uxore Melita *ἀρχιερεῖς τῆς Λυδίας* facti sunt, cf. Eunap. 30, 56 et 110. Epistula 63 est ad Theodorum, quem Imperator vult *ἄρχειν τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ἱερῶν ἀπάντων ἐπιχοπούμενον τοὺς καθ' ἑκάστην πόλιν ἱερέας καὶ ἀπονέμοντα τὸ τρίτον ἑκάστῳ*. Ep. 21 datur Callixenae sacerdotium Magnae Matris et Epist. 78, quod satis e contextu apparet, ad pontificem quendam est, qui scripserat Pegasium sacerdotem Christianae religioni addictum esse. Fortasse est ille idem Theodorus, qui a de re Imperatorem sententiam rogarat. Hic autem ostendit

etiam sub Constantio Pegasium immortales deos pie coluisse. Trojae habitabat et aedem Minervae Iliacae olim ipsi Iuliano commonstrarat.

Antequam Constantinopolim reliquit, numquam eo rediturus, Iulianus scripsit Ep. 68 ad nescio quem Philippum: Ἦδη δὲ ἰαμ ὑποφαίνει καὶ δένδρα βλαστάνει, χελιδόνες δὲ ὄσον οὐκῶ προσδακόμεναι τοὺς συστρατευομένους ἡμᾶς ὅταν ἐπεισέλθωσιν, ἐξελαίνουσι τῶν οἰκιῶν. Aperta res est. Circa idem tempus ad Aristoxenum scripsit Epist. 4 iussitque amicum se convenire ad urbem Tyana.

Multae sunt epistulae servatae nobis quas Imperator Antiochiae dedit, sed saepe difficile est accurate demonstrare quo ordine sese exceperint. Postquam in Syriam venit anno 362 circa solstitium aestivum, sunt quaedam literae quas video eo ipso anno missas fuisse; aliae ac plurimae quidem sequenti anno adsignandae sunt. Antiochiam autem Iulianum venisse circa solstitium aestivum, Ammianus ostendet XXII. 9: „Evenserat autem iisdem diebus, *annuo cursu completo*, Adonia ritu veteri celebrari”, nam Ammianus nunc Athenienses sequitur, quamquam Antiochenis ipsis anni initium erat post aequinoctium autumnale, cf. C. Fr. Hermannus de Mensibus Graecorum p. 128, et decimus mensis Ἰῶος, quem Iulianus nominavit in Misopogone p. 361 D, conveniebat cum mense Augusto.

A. d. XV Kal. Iul., hoc est igitur sub ipsum tempus, quo Iulianus Antiochiam venit, illud fuit inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos et grammaticos, ritus Christiani cultores, ut scribit Ammianus XXII. 10 et fere iisdem verbis XXV. 4. Operae pretium est hic apponere quod in Codice Theodosiano l. XIII. t. III. leg. 5 de hoc decreto superest: „Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quis singulis civitatibus adesse ipse non possum, iubeo: Quisquam docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio Ordinis probatus, decretum Curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. Hoc enim decretum ad me tractandum referetur, ut altiore quodam honore nostro iudicio studiis civitatum accedat.” Quod scripsit Iulianus ad commendandum hoc decretum, nam quod revera rei caput fuit,

recessum est in Codice Theodosiano, legitur hodie inter Epistulas Iuliani estque 42. Εἰ μὲν οἴονται, inquit, σοφούς ὧν εἰσὶν ἐξηγηταὶ καὶ ὧν ὡσπερ προφῆται κάθηνται, ζηλούντων αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· εἰ δ' ἐς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδίζοντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας ἐξηγησόμενῶι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν. Non miror totum hoc displicuisse Ammiano, nam est petulantiae plena oratio ad ipso Christianos praesertim, quos diserte alloquitur: βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοάς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἐμοίγε εἴη μετέχειν αἰεὶ καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει. Vere autem Gibbo c. 23 n. 89: *the Christians were directly forbid to teach, they were indirectly forbid to learn; since they would not frequent the Schools of the Pagans.*

Ipsis Kalendis Augusti mensis superest in Epist. 52 quod Bostrenis edixit, in quo edicto iubentur urbe expellere Titum episcopum, quem tamen non video quid admodum peccarit. Sed verba bene sonant: λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς οὐδὲ ὕβρεσιν οὐδὲ αἰκισμῶ τοῦ σώματος. Octobri autem mense scripta est epistula ad Ecdicium 50, in qua legimus quantum incrementi Nilus ceperit usque ad extremum mensem Septembrem.

Maxime memorabiles sunt epistolae de rebus Alexandrinis. Tempus accuratius fortasse potuissem definire, si mihi fuisset editus ad Maffaei Observationes Literarias, quas Gibbo laudavit Cap. 23 not. 132, sed copiolis meis contentus esse debui. Notum est quod scribit Ammianus XXII 11, Georgium Cappadocem Episcopum Arianum et nequam, in cuius tutela hodie Anglia est, a populo Alexandrino discerptum fuisse, postquam allatus fuisset nuncius de morte Constantii. Paulo prius, nisi fallor, iam redierat Athanasius, quem Imperator pessime oderat. Itaque edictum propositum fuit, quod hodie superest in Ep. 26, quo episcopus iubetur Alexandria exire; datum enim esse orthodoxis, quos Constantius sedibus suis deturbarat, reditum eis τὰς πατρίδας, sed minime εἰς τὰς ἐκκλησίας. Sequitur in Epistula 10 aliud edictum, in quo Imperator vehementer castigat Alexandrinorum petulantiam, qui Georgium indicta causa rapum diversis mulcandi generibus protriverant et conculcaverant

divaricatis pedibus, ut est apud Ammianum. Imperator, ut ait idem, ad vindicandum facinus nefandum erectus, iamque expetiturus poenas a noxiis ultimas, mitigatus est lenientibus proximis; missoque edicto, in quo Alexandrinis in memoriam revocavit superiorem epistulam amice scriptam, quae in nostra collectione 58 est, acri oratione scelus detestatus est admissum minatus extrema, si deinde tentatum fuisset aliquid quod iustitia vetaret et leges.

Eodem tempore duas misit Epistulas Imperator 9 et 36, quibus Ecdicium et Porphyrium iussit sedulo curare, ut sibi Antiochiam mitteretur Georgii bibliotheca. Sequitur epistula 6 ad Ecdicium, in qua scribit se cum indignatione audivisse Athanasium nondum urbe exiisse. *Εἰ μὴ πρὸ τῶν Δεκεμβρίων Καλανδῶν ὁ θεοῦ ἐχθρὸς Ἀθανάσιος ἐξέλθοι τῆς Ἀλεξανδρείας, μᾶλλον δὲ καὶ πάσης τῆς Αἰγύπτου, τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξῃ προστιμήσομαι χρυσοῦ λίτρας ἑκατόν.* Quia sequenti anno Iulianus in pugna cecidit mense Iunio, sequitur has epistulas omnes missas fuisse exeunte anno 362. Deinde in Epistula 45 Zenoni concedit medico et Oribasii magistro ut Alexandriam revertatur, unde pulsus fuerat a Georgio. Denique Ep. 51 edictum continet quo Iulianus Alexandrinos castigat, quod episcopum suum Athanasium pergunt desiderare et significat se vetuisse ne ἀνθρωπίσκος εὐτελής in Aegypto sit. Itaque credibile est hoc edictum promulgatum fuisse post Kal. Decembres eius anni quem dixi.

Sub solstitium hibernum, ut videtur, promulgata fuit epistula 25, quae est ad commune Iudaeorum, cf. Ammian. XXIII l. Scribit Iulianus se occupatissimum esse in paranda contra Persas expeditione. Petavius p. 115 quaedam utilia de hac epistula monuit. Lepidum est videre ut Apostata Iudaeos extollat, communes hostes Christianorum. Confecto bello ipse Hierosolymis immortalem deum adoraturus est, *τὸν πάντων κρείττονα καὶ δημιουργὸν θεόν, τὸν καταξιώσαντα γέψαι με τῇ ἀχράντῃ αὐτοῦ δεξιᾷ.* Parum abest quin contendat se circumcisum esse.

Hic adnectam Epist. 43 ad Hecebolium de turbis, quae Edessae excitaverat bellum inter Arianos et Valentinianos. Illud est parum imperatorie dictum: *Ἴν' εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τὰ χρήματα τῆ Ἐδεσσηῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθησόμεν*

ταῖς στρατιώταις καὶ τὰ κτήματα ταῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβέτοις, ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι καὶ μὴ σερηθῶσιν ἢς ἔτι ἐλπίζου-
 ειν οὐρανοῦ βασιλείας. Sed omnia frustra fuerunt. Antea qui-
 dam in Moesia degens scripserat ad Maximum amicum in Ep.
 38: θρησκεύομεν τοὺς θεοὺς ἀναφανδὸν καὶ τὸ πλῆθος τοῦ συγκα-
 τελλόντος μοι στρατοπέδου θεοσεβές ἐστιν, sed haec species haud
 diu Imperatorem decipere potuit, cum quotidie videret Antio-
 chiae se ludibrio et contemptui esse omnibus Paganis, Arianis et
 Athanasianis. Scripsit eo tempore epistulam ad Arsacium Ga-
 latiae pontificem; est in Sylloge 49: ὁ Ἑλληνισμὸς οὕτω πράτ-
 τει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν. Itaque iubet
 sacerdotes omnes sequi summam in moribus et vita austeritatem
 ut exemplo sint aliis; deinde diligentissima cura tractandae sunt
 personae miserabiles: αἰσχρὸν γάρ, εἰ τῶν Ἰουδαίων οὐδεὶς μετα-
 τῆ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς
 ἡμέτερος, οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ, ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαί-
 νονται. Eodem fortasse referenda est epistula 63 ad Theodorum
 cum Epistolae fragmento, quod est p. 288—305. Adde epis-
 tulam 62 ad nescio quem, qui sacerdoti fecerat contumeliam,
 cum sacerdotum ordini maxima reverentia debeat, quod saepe
 inculcat. Sed non minus improbat, si quis Christianum male
 mulcaverit, veluti in Ep. 7: Ἐγὼ μὰ τοὺς θεοὺς οὔτε κτείνεσθαι
 τοὺς Γαλιλαίους οὔτε τύπτεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον οὔτε ἄλλο τι
 πάσχειν κακὸν βούλομαι, sed praeferendi sunt in omnibus deo-
 rum cultores. Etiam sacra musica ei curae est, Ep. 56.

Incerto tempore Antiochiae datae sunt breves ad Libanium
 epistolae 3, 14, 44 et 74; sed memorabilius est edictum de
 iuneribus ne interdiu fiant, Ep. 77; fieri potest ut hoc edictum
 Constantinopoli propositum sit; magis autem crediderim Antio-
 chensis eiusmodi edicto fuisse opus, nam in Misopogone p. 355 C
 videmus aedilium curam ibi aegre desideratam fuisse.

Plane incertum est quo anno scriptae sint epistolae 8 et 54
 ad Georgium, 28 ad Gregorium, 32 ad Lucianum, 57 ad El-
 pidium, 65 ad pictorem et 70 ad Diogenem; sed tres epistolae
 restant quarum tempus accurate definiri potest.

Antequam Iulianus Antiochiam reliquerat, ut est apud Am-
 nianum XXIII. 2, Arsacem monuerat Armeniae regem, ut
 collectis copiis validis iubenda opperiretur, quo tendere, quid

deberet urgere, propere cogniturus. Haec epistula nobis poterit superesse videri in Sylloge 66, sed non mirabor, si cui forte spuria visa fuerit. Deinde tertio Nonas Martias Hierapolim pervenit, unde ad Libanium epistolam misit peramanter scriptam, quae nobis est 27. Ultima nisi fallor omnium est Epistula 39 ad Maximum philosophum, qui futurarum rerum providus rogarat ut sibi ab exercitu recedere liceret; quia novimus eundem Maximum adfuisse Iuliano moribundo, verisimile est, dum profectionem pararet, Imperatorem ad fatalem vitae metam pervenisse.

Nunc quattuor tantummodo epistolae restant, quae mihi spuriae videntur. De epistula prima non est dubia res, nam Procopii est, quod Hercherus docuit. Longa et inepta epistula 24 Iuliani esse non potest, nam scripta fuit Damasci, cf. p. 392 C. De ridiculis epistulis 72 ad Libanium et 75 ad Basilium verbum non addam, nam res incurrit in oculos.

Etiamne ferēs meam loquacitatem, mi Piersone, si videro num forte hic illic Iuliani textum emendare potuerim? Ferēs, uti spero, nam novi Te tales dapes non aspernari, modo quibus parce apponat et praeterea curabo, uti aiunt, ne quid nimis. Primum Epistulas percurram, deinde reliqua relegam, sed non nisi potiora adnotabo, ne me hiantem destituas.

In sexta epistula ad Ecdicium Imperator in Athanasium invenitur τὸν μιᾶρόν, ὃς ἐτόλμησεν Ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι διωκέσθω. Illud διωκέσθω inventum fuit in Vossiano Codice, sed Spanhemius sine sensu ediderat βαπτίσαι διώκεσθαι. Ridiculus error est Gibbonis, in quo saepe desidero accuratam Graeci sermonis notitiam. Primum vertit: *The abominable wretch! Under my reign, the baptism of several Grecian ladies of the highest rank has been the effect of his persecutions.* Deinde quasi hoc ipse intelligat, addit in n. 133 cap. 23: *I have preserved the ambiguous sense of the last word, the ambiguity of a tyrant who wished to find, or to create, guilt.* Verum quae est ea orationis scabrities, etiamsi cum Codice Vossiano διωκέσθω legamus? Particulam si addideris Iuliani manum habebis: ὃς (ἐπεὶ) ἐτόλμησεν Ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι, διωκέσθω. Itaque tyrannus sine ambagibus hic locutus est.

Epistula 10 continet edictum Alexandrinum de caede Georgii Cappadocis. In eo legitur p. 380 A: *νυνὶ δὲ μὰ τοὺς θεοὺς Φείλων ὑμᾶς ἐπαινεῖν οὐ δύναμαι διὰ τὴν παρανομίαν.* Quia Φείλων hic ferri non potest, Hercherus coniecit *ἐθέλων*, quod etiam Hertlinio placuit. Haud paulo rectius scribes: *ὁ Φιλῶν ἡμᾶς ἐπαινεῖν οὐ δύναμαι.*

Scripterat Oribasius se somnium vidisse: rescribit autem Caesar in Epist. 17: *ἐγὼ δὲ νομίζω σε νῦν, εἴπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε, σαφῶς ἑορακέναι περὶ τῶν μελλόντων· ἑθεασάμην γὰρ καὶ αὐτὸς τοιοῦτον σήμερον.* Non mihi multis verbis opus erit ut ostendam, veram lectionem esse *τοιοῦτον δνειρον*. Deinde quod paulo post legitur *θεὸς δ' οἶδεν εἰς ὃ τι φέρει*, iam significavi *Μηστ. XX p. 225* cur *βέπει* malim.

In epistula 25 ad commune Iudaeorum sensu vacua sunt sequentia verba: *παρήνεσα καὶ τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῶν ἀποτολήν κωλυθῆναι καὶ μηκέτι δύνασθαι τὰ πλήθη ὑμῶν τινὰς ἀδικεῖν τοιαύταις φόρων εἰσπράξεσιν, ὡς πανταχόθεν ὑμῖν τὸ ἀμερικωνοῦν ὑπάρχειν*, sed particulae *καὶ* et *ὡς* locum permutent et nihil supererit difficultatis.

Epistula 27 Hierapoli scripta est ad Libanium, quem confer in Oratione de Vita Sua vol. I p. 90 Rsk. Antiochia profectus Imperator primum Litarba venit et in eo itinere *τέλμα* offendit, *ἐν τῷ τέλματι* autem erant *λίθοι*, *ὑπ' οὐδεμιᾶς τέχνης συγκείμενοι*, *ὃν τρόπον εἰώθασιν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τὰς λεωφόρους οἱ ἐξοικοδομοῦντες ποιεῖν, ἀντὶ μὲν τῆς κονίας πολὺν τὸν χοῦν ἐπικοδομοῦντες, πυκνοὺς δὲ ὥσπερ ἐν τοίχῳ τιθέντες τοὺς λίθους.* Hertlinio *ἄλλαις* suspectum est; facile credo, nam Iuliani manus est *ἐν τοῖς ἔλεσι*, uti vides. Deinde Imperator immolavit *τῷ Διὶ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν*, sed estne hoc revera regium unam victimam offerre? Hic ille est Iulianus qui secundum Ammianum XXV 4 innumeras sine parsimonia pecudes mactare solebat. Etiam antequam Constantinopolim venit, scripsit in ep. 38 ad Maximum philosophum: *ἡμεῖς Φανερώς βουβουτούμεν. ἀπεδώκαμεν τοῖς θεοῖς χαριστήρια ἑκατόμβας πολλάς.* Non igitur obtulit *τῷ Διὶ βασιλικῶς* taurum album, sed *τῷ Διὶ βασιλεῖ*. Nunc apparet etiam in epistula 4 esse vitium. Urbem relicturus scribit Imperator ad Aristoxenum ut se circa *γῆνα* conveniat: *τέως γὰρ τοὺς μὲν οὐ βουλομένους, ὀλίγους δὲ*

τινας θέλοντας μὲν οὐκ εἰδότας δὲ θύειν ὄρω. Vides quam hoc sit absonum, sed desiderabat imperator amicū quicum nugari posset et discinctus ludere, donec decoqueretur olus. Qui una erant, non norant quid esset *συνεῖναι*, sed Aristoxenus *συνουσιαστικός* erat. Cf. Arist. Vesp. 1208:

παῦ' ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεῖς προσμάνθανε
 ξυμποτικός εἶναι καὶ ξυνουσιαστικός.

Legimus in eadem epistula 27 Beroeae homines constantius in fide permansisse quam milites olim in Iuliani castris. *Διελέχθη δὲ ὀλίγα τῇ βουλῇ περὶ θεοσεβείας, ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐπήσαν μὲν ἄπαντες, ἐπέισθησαν δ' αὐτοῖς ὀλίγοι πάνυ, καὶ οὗτοι οἱ καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων ἐδόκουν ἔχειν ὑγιῶς.* Hoc intelligo estque hoc Apostatae testimonium diligenter considerandum; deinde continuo sequitur: *ἐλάβοντο δὲ ὥσπερ παρρησίας ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ καὶ ἀποθέσθαι*, quod non prorsus assequor quid sit, sed videor mihi intelligere praestare *εὐλαβοῦντο*. Postquam autem Imperator Hierapolim venit, obviam ei factus est *Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου τὸ θρέμμα Σώπατρος ὁ τοῦτου κηδεστῆς ἐξ Ἰσοῦ· ἐμοὶ γὰρ τὸ μὴ πάντα ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀγαπᾶν ἀδικημάτων οὐδὲν οὕτω φαυλότατον εἶναι δοκεῖ.* De Sopatro supra vidimus et dixi eius fratrem Himerium duxisse Iambliochi sororem; sed nunc quoque incertum est utrum patrem intelligere debeamus an filium, nam cognomines erant; verum quid est *ἐξ Ἰσοῦ*? quid est οὐδὲν οὕτω φαυλότατον? Scripserim equidem: *ὁ τοῦτου κηδεστῆς ἐξ Ἰσοῦ ἐμοί· τὸ γὰρ μὴ πάντα ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀγαπᾶν ἀδικημάτων οὐ τὸ φαυλότατον εἶναι δοκεῖ.* Multo operosior est Reiskii ratio.

In Epistula 35 Horkelius expunxit spuria verba: *ἠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος*, sed nihil satis tuto expungitur nisi ante textum emendaveris et intellexeris quid tandem dicat interpolator. In Codice Vossiano non est *φρονήματος*, sed *νήματος* tantum, nam quatuor literae perierunt. Quin igitur legimus: *ἠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ δαπανήματος*. Corinthii sunt qui venationibus delectantur in amphitheatro.

In epistula ad Maximum 38 scribit Iulianus se invitum a militibus Imperatorem salutatum fuisse, *ὡς ἴσασιν οἱ θεοί· καὶ τοῦτο αὐτοῖς καταφανές ὃν ἐνεδέχeto τρόπον ἐποίησα.* Quos tandem de ea re certiores fecit? Num ipsos immortales deos?

ad legendum est αὐτός, uti vides. Sequuntur verba: μετὰ νῦτο δὲ ᾧ μὲν σε πολυπραγμονήσαντα τὰ κατ' ἐμὲ τῆς Ἑλλάδος ἐτὸς οὐδαμῶς εὐρεθῆναι. Suspiciatur Hertlinius fortasse reponendum esse οὐδαμῶς ἂν εὐρεθῆναι, sed haud paulo rectius scribens μετὰ τοῦτο ἐδέδμην.

In edicto 42 Imperator Christianos rhetores et sophistas comparat cum perfidis cauponibus οἱ μάλιστα παιδεύουσιν ὅσα μάλιστα Φαῦλα νομίζουσιν. Itane παιδεύουσιν? Equidem intelligam: ἐπαινοῦσιν. Laudat venales qui vult extrudere merces. Deinde in fine legendum est: πλὴν ἀλλὰ συγγνώμη ὑπαρχέτω ἅπασιν τῆς τοιαύτης νόσου, pro συγγνώμην ὑπάρχειν.

Iulianus infirma valetudine erat et saepe queritur de corpore suo; veluti Epistulam 42 ad Libanium scripsit ἔρτι παυσάμενος τῆς χαλεπῆς πάνυ καὶ τραχείας νόσου, nempe eo die quo primum ex quo in morbum incidere, balneo usus fuerat, ἐλούσατο. Tum vespertino tempore legit literas quas accepit, καίπερ οὐ σφόδρα τοῦτο ποιεῖν δυνάμενος. Deinde pergit: ἐκείθεν ἐβδόμη σοι ταῦτα ἔγραψον ἡμέρα, κατὰ λόγον μοι τῆς βίωσης προχωρήσης. Poterit quis sic scribere otio affluens; sed qui parat expeditionem contra Persas, si septimo die postquam melius habere coepit, tandem brevem epistulam paucorum versuum exarare poterit, si denique is Iulianus erit qui numquam ab opere cessabat ac praeterea linguae fusioris erat et admodum raro silentis, ut ait Ammianus, non credet sane κατὰ λόγον τὴν βίωσιν προχωρῆσαι. Cogita praeterea Antiochiae inter Iulianum et Libanium quotidianum fuisse literularum commercium et mihi fortasse dabis legendum esse ὥρα, non ἡμέρα. Sic solemus saepe, dum scribimus, album pro nigro ponere, annum pro die et drachmam pro mina, cet. Huius rei Graeca quaedam exempla congesi ad Longum in *Mnem.* XVI 215. In Iuliani Codice plane idem vitium commissum fuit in Orat. IV p. 155C: οἱ δὲ τὴν τοῦ θέρους ἐτίμησαν ἡμέραν, ubi itidem ὥραν requiritur, quod vidit Hertlinius, unde miror eum altero loco animum non attendisse.

Arsacius pontifex, ut est in Epist. 49, curare debet ut in Palatia sacerdotes exemplo sint aliis. Τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἰπόσησον, εἰ μὴ προσέρχονται μετὰ γυναικῶν καὶ παιδῶν καὶ εραπόντων τοῖς θεοῖς. Itane προσέρχονται? Credebam tamen etiam

Iulianum nosse hoc *προσίοιεν* fuisse dicendum; sed bene factum quod in Codice est *προσέχουντο* et vera lectio est *προσεχουντο*.

Meministine, mi Piersonne, quum legebamus Epist. 57? Scribit Iulianus ad Elpidium: *τῆ μὲν τοῦ γράμματος βραχύτη συγγνώμην νέμε, τοῖς ἴσοις δὲ ἡμᾶς ἀμείβεσθαι μὴ κατόκνει*. Nemo pro brevi epistula brevem epistolam postulat, sed roga solemus ut amicus dummodo possit cumulate gratiam rependa. Etiam Iulianus contentus erit, si Elpidius tribus verbis rescripserit, sed literae quo longiores eo gratiores erunt: *πᾶν γὰρ ὅτι ἂν διδῶς κἂν μικρὸν ἢ, παντὸς ἀγαθοῦ γνώρισμα παρ' ἡμῖν σώζει*. Itaque satis apud nos constabat corruptum esse *τοῖς ἴσοις* e quaerebamus remedium. Tum Tu, Quin legimus, inquis: *τοῖς σοῖς δὲ ἀμείβεσθαι μὴ κατόκνει*. Atavus Tuus non melius collimasset. Vide modo Libanium Vol. I p. 173 Rsk.

In Epistula 59 mutata interpunctione legendum est: *Ὅτι προχειρῶς ἐπὶ κοινωνίαν σε παρεκάλεσα πραγμάτων, οὐ πρῶτον οὐδὲ μόνος ἔπαθον*. Deinde legimus de Dione quem Callippus decepit: *εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτόν Φησι πονηρόν, τηλικαύτην δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μέγεθος κακίαν οὐδὲ ἐλπίσαι πώποτε*, sed praestat *πρῶτον* et cf. Plat. Epist. VII p. 351 E. Verum in paucis ridicula lectio est in eadem epistula p. 577. 11 htl.: *τὸ γὰρ Φροῦδον οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων ἐπὶ τοῦ προφανοῦς*. Credit sane, nam significatio plane contraria est. Sed nemo Φροῦδος usurpavit ἐπὶ τοῦ ἀφανοῦς. Haud male nunc Imperator Alitisticam agit, nam Φροῦδος id tantum est, quod adfuit quidem sed evanuit. Quod ἀφανὲς est, numquam comparuit; quod Φροῦδος est, οἴχεται. Si dubitas, vide Arist. Nub. 718:

*Φροῦδα τὰ χρήματα, Φρούδη χροιά,
Φρούδη ψυχὴ, Φρούδη δ' ἐμβάας,
καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς
Φρουρᾶς ἄδων
δλίγου Φροῦδος γεγένημαί.*

Sed nunc tempus est epistulas convolvere et venio ad reliqua Iuliani opera, in quibus videbo numquid supersit, quod corrigere potero.

Leve est p. 24 B: *ἑκατὸν μεταξὺ σάδια δραμόντες* repono *διαδραμόντες*, sed multo gravius erratur p. 59 A: ibi le

mus Marcellinum οἴχεσθαι αἶσον ἄφαντον· hunc enim fortasse δαίμων τιμωρὸς ξυνήρπασεν, καθάπερ Ὅμηρός Φησι τὰς τοῦ Τυνδάρεω θυγατέρας. Difficile erit dicere ubi Homerus tale quid de Clytaemnestra et Helena narraverit; sed commode in mentem venit Odysseae in qua legimus υ 66:

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι.

et vs. 77:

τόφρα δὲ τὰς κούρας Ἄρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Itaque vides quid apud Iulianum reponendum censeam et caveat quis ne mihi contradicat, nam Πανδάρεω in ipso Vossiano Codice legitur, sed ad hunc usque diem nescio quomodo spre- tum fuit. Statim sequitur eadem pagina 59 B: ἐπράχθη τὰ τῆς μάχης pro ἐταράχθη, sed magis me advertit quod de eadem illa pugna legitur p. 59 D: ἀπορριπτοῦντες τὰς ἀσπίδας αὐτοῖς τοῖς ξίφεσιν ὠθοῦντο μικρὰ τοῦ παθεῖν φροντίζοντες. Quid requiratur ostendere poterit Wytttenbachius in Bibl. Crit. VI. 65, qui tamen dum eam paginam scribebat Iuliani sui oblitus fuisse videtur. Legitur apud Euripidem in Supplicibus vs. 700: καὶ συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατὸν ἔκτεινον, ἐκτείνοντο, apud Dionem Cassium 47. 45: ἐτίτρωσκον ἐτιτρώσκοντο, ἐφόνευον ἐφονεύοντο, apud Xenophontem in Cyrop. VII. 1. 39: καὶ προσπεσόντες ἐμάχοντο, ἐώθουν ἐωθοῦντο, ἐπαίον ἐπαίοντο, ubi sentiet quis facile expungendum esse ἐμάχοντο, nam ὠθεῖν ὠθεῖσθαι παίειν παίεσθαι hoc ipsum est μάχεσθαι. Itidem legimus in Hellen. IV. 3. 19: ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον, qui locus ad eandem normam refingendus est, quod Dobraeus vidit in Adversariis p. 127. Facile est existimare Iulianum Xenophontis non immemorem dedisse: ὄθουν ὠθοῦντο μικρὰ τοῦ παθεῖν φροντίζοντες, nam non ausim contendere eum adhibuisse Atticas formas: ἐώθουν ἐωθοῦντο. Olim alia de causa idem argumentum attigi in prima commentatione Platonica p. 5. Facile est videre unde sua mutuatus sit Ammianus XVI. 12: umbo trudebat umbonem coelumque exsultantium cadentiumque resonabat vocibus magnis.

Iulianus ambitiose describit quibus artibus Constantius Vetracionem circumvenerit et incruentam de eo victoriam reportaverit, p. 77 B. Ταύτην ἐγὼ, inquit, τὴν νίκην κρινῶ τῆς Λακωνικῆς μακροῦ σεμνοτέραν· ἡ μὲν γὰρ ἦν ἄδακρυς μόνον τοῖς κρα-

τοῦσιν, ἡ δὲ οὐδὲ τοῖς κρατηθεῖσιν ἤνεγκε δάκρυα. Praeterea de ea Lacedaemoniorum victoria Iulianus nihil addidit, sed satis nota res est. Intelligitur Arohidami victoria quam de Arcadibus retulit, sicuti Xenophon memoriae prodidit in Hell. VII. 1. 32. Iulianus rem fortasse e Plutarcho norat Ages. 33: οὐδεις γὰρ ἔπεσε τῶν μετ' αὐτοῦ, συχνούς δὲ τῶν ἐναντίων ἀνεῖλεν, quod licet satis magnum sit, tamen fortasse fidem non superat, sed ridiculus est Diodorus Siculus XV 72: ἔπεσον γὰρ Ἀρκάδων ὑπὲρ τοὺς μυριάδας, Λακεδαιμονίων δ' οὐδεις. Caesaris autem verba ita supplenda sunt: τῆς Λακωνικῆς (ἐκεῖνης) μακρῶ σιμνοτέραν.

P. 87 D: πῶς ἂν τις μάλισα πεισθῆι, activum verbum requiritur itaque Hertlinius reposuit πείσειεν· recte ad sententiam, sed quomodo πείσειεν sic corrumpi potuit ut fieret πεισθῆι? Contuli p. 272 D: οὐ καὶ αὐτὸς πρότερον ἦν ἀγαγόμενος τὴν ἀδελφὴν et p. 281 A: εἰ καὶ κτείνας ἡμῶν ἐπιβουλευσάσας ἔμοιγε φανερώς et intellexi verum esse πείσας εἶη. Dum haec scribo, non mihi est ad manus Vossianus Codex, sed unius paginae photographam imaginem Badhamo debeo; in ea vide revera terminationem ΑΣ noto compendio scribi quod persaepe confunditur cum litera Θ, cf. Cobet. Var. Lect. p. 167.

Xenophon, ut est p. 104 A, Cyrum laudavit non tantum veterem illum, sed etiam ᾧ συνεστράτευτο, sed supplendum est (τὸν) ᾧ. Non est ea elegantia ab Iuliani stilo aliena: inveni 30 A τῶν ὄσων, 103 C τοῖς ὑπὲρ ὧν, 248 C τῶν οἷοι et 348 B τοῖς ἐξ ὧν. Eodem modo Cobetus correxit p. 110 A τῆς ὑπὲρ ἧς. Equidem praeterea adnotavi p. 125 B: τοῦ γλεύκου μεταδιδόντα τούτοις ὧν πρὸς τὴν γεωργίαν ἔτυχε προθύμων· lege τοῖς. P. 125 C: τούτοις ὑφ' ὧν αὐτῷ διεσώθη τὰ θρέμματα· lege τοῖς. P. 239 B: τούτοις μὲν οἷς ἀξίως τοῦ μνηθῆναι βεβίωται· lege τοῖς. Denique p. 346 C: ὧν ἕξει μετέχειν οὐ τοῖς ἐπισαμένους θεούς, ἀλλὰ καὶ ὧν ἐσιν ἡ πόλις πλήρης. Supple: τοῖς ὧν. Qui hunc usum nondum observaverunt, uti poterunt copiis quas Cobetus collegit ad Hyperidem p. 55.

Nuptias celebravit cum Eusebia Constantius ἔθνη καὶ πόλεις καὶ μουσας ἐσιῶν, p. 110 D. Ain vero? Quas Musas hic narrat Iulianus? Sed scribendum est: καὶ δῆμους ἐσιῶν, nam ἀπῆντων οἱ δῆμοι δεξιούμενοι καὶ χαίροντες, ut est p. 112 A.

In oratione V narraturus est Caesar quomodo Magna Mater e Phrygia Romam advecta fuerit: οὐδὲν ἴσως καλύει προσθεῖναι μικρὸν ἰσορίαν ἐνταῦθα. Reiskius ἰσορίας scripsit, sed Hertlinio μικρὰν placuit. Equidem servabo μικρὸν, sed in marginem relegabo: ἰσορία. Notum est in tali re hoc adscribi solere.

Ridicula ratio redditur p. 177 B, cur in re divina facienda a piscibus abstinendum sit, nos enim debere μετατρέχειν τὰ τεινόμενα πρὸς τὸν ἀέρα καὶ σπεύδοντα πρὸς τὸ ἄναυτες καί, ἵνα τι καὶ ποιητικὸν εἶπω, πρὸς τὸν οὐρανὸν δρῶν'τα. Primum ποιητικώτερον malim, sicuti recte legitur p. 204 B: εἰ χρή τι καὶ νεανικώτερον εἰπεῖν. Sed ut in hisce aliquid poetarum more dictum sit, reponere licebit πρὸς τὸν οὐρανὸν δρμῶντα.

Facili opera suppleri potest quod deest p. 181 A: καὶ Φησι τὴν Διογένη τῆς ἀνοίας καὶ κενοδοξίας ἐκτετικέναι δίκας ὡσπερ ὑπὸ κωνέου τῆς τροφῆς διαφθαρέντα. Commendo ἐκτετικέναι (ἰκανὰς) δίκας, quod cur exciderit, apparet.

P. 186 D est sententia paulo longior, quae sic demum constabit, si pro ἀπεληλάκασι reposueris ἀπεληλακόσι. Taedet tam longam periodum describere et malo occasione uti ut plane idem vitium ex Eunapio p. 94 eluam. Hic narrat fuisse rhetorem Diophantum, qui Proaeresium oratione funebri celebravit, in qua hoc quoque posuit: ὃ Μαραθῶν καὶ Σαλαμῖν, νῦν σεσίγησθε, ἅεν σάλπιγγα τῶν ὑμετέρων τροπαίων ἀπολωλέκατε. Scripserat Diophantus ἀπολωλέκατε et sic putabat se mirifice esse locutum. Bene factum quod reliqua Diophanti perierunt; unum γεῦμα nobis abunde satis est.

In septima Oratione ad Heraclium p. 227 A non scripsit sane Iulianus ὃ ξυνετώτατε sed ὃ ἀξυνετώτατε et p. 227 C: πολλὰ μὲν ὁ πατήρ ἀπολελοῖπει, πολλαπλάσια δ' αὐτὸς ἐκτίσασατο, satis norat Platonis de Republica libros et dedit ἐπεκτίσασατο. Non magis ex usu Iuliani legitur p. 230 A: ἐκέλευε καὶ τὴν Ἀθηναῖν τὴν ἀμήτορα τὴν παρθένον ἅμα τῷ Ἠλίῳ τὸ παιδάριον ἐκτρέφειν, nam uti semper nunc quoque vitavit usum nominum propriorum et simpliciter Minervam τὴν ἀμήτορα παρθένον nominavit, sicuti 166 A et 352 B.

In Codice Marciano perperam correctum fuit p. 243 D: τοῦτο μὲν ἐκ τῆς σῆς Φιλίας ὀφελος ἐκαρπώσαμην, nam quod in Codice Vossiano est θνείδος, id ἕδος potius scribendum fuerat.

Itidem vera lectio nondum agnita fuit p. 251 B: τῷ μὲν εἶτε μέγεθος ἀρετῆς ὑπάρχον καὶ τῶν προσόντων ἀγαθῶν οὐδαμῶς ἐλάτταν σύνεσις εἰς τοσαύτην ἐπιθυμίαν τὴν ψυχὴν ἐξῆγεν, requiro enim ὑπερέχον, sicuti recte legitur p. 219 B, nam ὑπάρχον hic nimis otiosum est.

Meminit Imperator se olim cum Themistio una Athenis fuisse, p. 253 B: τῶν Ἀττικῶν διηγημάτων ἡδέως ἐμεμνήμη, sed διηγήματα fabellae sunt et recordabatur τῶν Ἀττικῶν διατημάτων. Sed multo gravius corruptus est locus p. 273 A. Narrat ibi Iulianus se per septem menses fuisse in carcere et intercedente Eusebia illinc saluum pervenisse Athenas; nec tamen, inquit, fratris facinora quidquam ad me pertinebant. Καίτοι μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ' ὄναρ μοι Φανείς ἀδελφὸς ἐπεπράχει· καὶ γὰρ οὐδὲ συνῆν αὐτῷ οὐδὲ ἐφοίτων οὐδὲ ἐβάδιζον παρ' αὐτήν. Quid hoc est monstri ἐπεπράχει? Qui hoc non intelligit, mecum poterit emendare ἔμ' ἐωράκει. Scilicet Gallum non viderat, postquam inductus erat in invidiam apud Constantium, nam uti supra suspicati sumus, biennio ante Iulianus Antiochiae fuerat apud fratrem.

Sequenti pagina 274 D scribit Iulianus quomodo ad Caesaris dignitatem propectus fuerit; ἀλλ' ἐνταῦθα χρὴ μὴ παραλείπειν πῶς ἐγὼ συνεχώρησα· πῶς δὲ εἰλόμην δμωρόφιος ἐκείνους γενέσθαι. Neque ἐλέσθαι verbum hic recte positum est et particulae δὲ non est locus. Lege: ἐδεχόμην. Deinde narrat quid secum collocutus fuerit p. 276 C: ἡ δὲ ἀνδρεία ποῦ καὶ τίς, γελοῖον. Adnotavit Reiskius: Post γελοῖον videtur εἰπεῖν δεesse. Equidem illud Γελοῖον malim in marginem relegare, sicuti supra Ἴσορία.

Non difficilia verba sunt p. 283 B: γράφει τις ἀνώνυμον εἰς τὴν ἀσυγείτονα μοι πόλιν. Adnotavit Hertlinius vocabula εἰς τὴν in Vossiano Codice perrossa charta non satis esse certa. Potest etiam, inquit, aliud praeterea vocabulum latere, sed *δρσε*. Deinde suspicatur cum Horkelio scribendum esse ἀνώνυμον γραμματεῖον, sed vocabulum undecim literarum non breve solemus appellare. Suppleo: ἀνώνυμον (δέλτον), cf. p. 257 C.

Intelligi nequit p. 285 A: ἡσχυνόμην δεινῶς καὶ κατεδυόμην, εἰ δόξαίμι μὴ πιστῶς ἄχρι τέλους ὑπακοῦσαι Κωνσταντίῳ, sed salva res est: restituo: κατωδυρόμην. Itidem καταδυόμενος per

rorem irrepsit p. 232 B, sed ibi nulla satis certa medicina esse mihi obtulit.

P. 291 C et D bis legitur ἄμα τῷ κόσμῳ τῷ ἐξ ἀρχῆς· primum reponendum est τὸ ἐξ ἀρχῆς, cf. p. 205 D, deinde facile potest videre priore loco ea verba insiticia esse. Non est operae pretium duos tam longos locos exscribere.

Sileni verba sunt ad Quirinum in Convivio postquam sessum ierit Alexander p. 316 C: Ὅρα μὴ ποτε οὗτοι ἐνδὲς ὧσιν οὐκ ἀντάξιοι τουτουὶ τοῦ Γραικοῦ. Sic edidit Hertlinius, nam οὐκ in Vossiano Codice deest; perperam, uti credo. Conferat mihi quis p. 189 A: ὅρα μὴ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῷ παντὶ κρείττον ἐσιν, vel p. 254 C: ἐπὶ νοῦν ἤγαγεν ὁ θεός, μὴ ποτ' ἄρα προτρέπειν θέλεις διὰ τῶν ἑπαίνων. Itaque apparet scribendum esse: ὅρα μήποτε οὗτοι ἐνδὲς εἰσιν ἀντάξιοι τουτουὶ τοῦ Γραικοῦ. Medicus apud Homerum πολλῶν ἀντάξιος est, Romani autem Imperatores νix πολλοὶ ἐνδὲς ἀντάξιοι sunt. In animo habuit Iulianus Platonis locum in libro quinto de Legibus p. 730 D: ὁ μὲν γὰρ ἐνδὲς, ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἐτέρων, quem locum descripsit in Misopogone p. 353 D. Quid significat ὅρα μήποτε οὗτοι ἐνδὲς εἰσιν ἀντάξιοι? Illud opinor: unus Alexander eos omnes virtute superat, nam cuncti illi Romani non pluris aestimandi sunt quam hic unus. Itidem Hertlinius erravit p. 104 D, ubi recte ante eum legebatur: μήποτε καὶ αὐτὸ τὸ δεῖσθαι καταγέλαστον εἶναι φασὶ καὶ οὐκ ἄξιον ἀνδρὸς ἐπεικούς, sed Hertlinius φῶσι edidit. Scilicet confert quod statim sequitur: μὴ ποτ' οὖν οὐδὲ τῆς Ἀθηνᾶς ἀπόσχονται, quorum verborum diversa ratio est. Id praeterea nunc liquido apparet qui factum sit, ut apud sequiores μήποτε fortasse significet.

Alexandri verba sunt ad Caesarem p. 323 C: καὶ γὰρ ἐν ἐνδείᾳ γέγονας τῶν ἐπιτηδείων — καὶ μάχη συμβαλὼν ἠττήθης, sed malo scribere γεγρονῶς. Deinde quia Iulianus, ut tum videbatur admodum eleganter, usum priorum nominum vitare solet, Antonii nomen expungam p. 324 D: φρασάτω δὲ σοὶ περὶ αὐτῶν Ἀντώνιος ὁ παιδοτριβηθεὶς ἐπὶ στρατηγία παρὰ σοῦ.

Venio ad Misopogonem p. 338 C, ubi notissima verba sunt: πῦτά σοι διαθεόντων ἀνέχομαι τῶν φθειρῶν ὥσπερ ἐν λόχη μῶν θηρίων. Hic miror esse qui minus intelligant Imperatorem vocari; video quidem non exquisitum esse iocandi genus, sed

absurdum est credere, quod etiam hodie nonnulli credunt, revera Iulianum tam fuisse hospitem; sed Antiocheni iecerant hoc convicium ἐν τοῖς ἀναπαίσεις, quibus ita respondet satyricus purpuratus ut Imperatoriae dignitatis prorsus obliviscatur. Ceterum τῶν φθειρῶν insititium est.

Plurimum miror nondum emendatum fuisse p. 339 C: εἴ τις ἦν μοι καὶ ἀκροχορδὸν ὥσπερ τῷ Κίμωνι. Ubi de Cimone tale quid traditur? Equidem certe non memini. Verum Iulianus Plutarchum norat et scripsit: ὥσπερ τῷ Κικέρωνι.

Scribit Iulianus quomodo Parisiis aliquando fere perierit eodem mortis genere quo brevi post periit successor Iovianus, nempe suffocatus nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri iusserat, ut est apud Eutropium. P. est 341 C: ἐθάλλετο δὲ τὸ δωμάτιον οὐδαμῶς οὐπὲρ ἐκάθευδον, ὅνπερ εἰώθει τρέπον ὑπὸ ταῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι. Non opinor inveniri posse quid sit ὑπὸ ταῖς καμίνοις. Contuli equidem quod Plinius scribit ubi depingit villam Laurentinam in Epist. 2.17: Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra *suppositum* calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Eodem modo in Iuliani cubiculo frigus pelli poterat ὑπογαίσις καμίνοις, quod quum commodissimum esset, carbones tamen inferri iussit, quibus paene exanimatus est.

P. 345 C: κολακεύειν ἐνόμισας τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς δρώμενον σε ἐκαινοῦντας. Quam languet δρώμενον! Quam apte dictum erit ὀργῆ μιᾷ!

Plura sunt in commentariolis meis, mi Pierstone; sed finem mihi aliquando quaerendum esse intelligo.

Cum tot sustineas et tanta negotia, semper

Doctrinam studiis tuteris, versibus ornes,

Libris promoveas, in publica commoda peccem,

Si longo sermone morer tua tempora, amice.

Nihil igitur est quod addam praeter clausulam: Vale.

Amstelodami

d. 6 m. April. 1883.

AD VELLEIUM PATERCULUM.

C. Vellei Paterculi ex Historiae Romanae
libris duobus quae supersunt edidit C. Halm.
Lipsiae MDCCCLXXVI.

I 11. 6 *via ullius gentis, aetatis, ordinis hominem inveneris, cuius felicitatem fortunae Metelli compares. Nam praeter excellentes triumphos honoresque amplissimos et principale in re publica fastidium extantumque vitae spatium et acres innocentesque pro re publica cum inimicis contentiones, quatuor filios sustulit cett.*

Fieri non potest, ut Velleius contentiones, a Metello pro re publica habitas, uno tenore acres appellarit et innocentes, quorum nominum alterum reprehensionem, laudem alterum continet. Ideo autem beatum Metellum praedicavit quod religioso animo et integro cum adversariis contendisset, quamobrem corrigendum est *sanctas innocentesque*, quibus utrisque adiectivis quae ad hominis naturam et ingenium proprie pertinent, usitato more in rem ab eo peractam transferuntur. Eadem simili modo coniuncta leguntur apud Livium XXXII. 27: Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, sanctus et innocens. Cf. Cic. de Or. I. 53. 229: nam quum esset Rutilius exemplum innocentiae, quumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior.

12. 3 *ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, vir avitis paternisque virtutibus simillimus, omnibus belli ac togae dotibus ingenisque ac studiorum eminentissimus saeculi sui . . . consul creatus est.*

Loco misere corrupto aliquam salutem attulit Ruhnkenius, qui, quum *belli ac togae dotibus* inepte scriptum esse vidisset, pro *dotibus* dedit, id quod unice verum est, *artibus*. Recte idem ex verborum ordine et structura intellexit post *studiorum* nomen aliquod excidisse. Displicet vero id quod inserendum putavit, *dotibus*, nam ut *ingenii dotes* probe dicitur, ita *studiorum dotes* minime ferendum est. Potius supplendum est *cultu*, quod utrique nomini optime convenit; *ingenii cultus* legitur apud Gallium I. 2. 1, *studiorum cultus* apud Senecam, de Brev. Vit. 18. 4. Cf. Vell. II. 94. 2: iuvenis optimis studiis maximoque ingenio instructissimus.

17. 5 *huius ergo recedentis in suum quodque saeculum ingeniorum similitudinis congregantisque se et in studium par et in emolumentum causas cum saepe requiro, numquam reperio.*

Dedi hunc locum quemadmodum a Madvigio (Adv. Crit. II. p. 299) emendatus est. Quem tamen nollem intactum reliquisset V. *recedentis*, quod h. l. sensu caret. Causas autem quaerit Velleius cur eminentia cuiusque operis ingenia non per plura deinceps saecula floruerint, sed in idem artati temporis congruerint spatium. Corrigenendum igitur est *recedentis*. Cf. Cic. pro Plancio 90: an si umquam vitae cupiditas in me fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? quae, si viginti quiessem dies, in aliorum vigiliam consulum recidissent; ad Att. I. 1. 2: nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur.

II. 5. 1 *ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispanis militia D. Bruti fuit, qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus, ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis quae vis audita erant, Gallaeci cognomen meruit.*

V. *numero* tamquam supervacaneum et molestum praesente Lipsio delendum putavit Ruhnkenius. Mihi satius videtur pro *numero aditis* scribere *imperio additis*, qua mutatione simul tautologia tollitur, quae est in *penetratis* et *aditis*. Cf. Horat. Carm. III. 5. 3: „adiectis Britannis imperio gravibusque Persia.”

9. 6 *sane non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem, verbis rudem et novitate inventi a se operis commendabilem.*

Iniuria Halmius neglexisse mihi videtur Lipsii emendationem, pro *et* scribentis *sed*. Vix enim credi potest Velleium poetam, cui verborum ruditatem obiceret, ob novitatem inventi operis commendabilem dixisse nulla interposita particula, quae adverbivam haberet vim. Satis autem apparet scriptorem laudibus quamvis modicis, quae posterioribus verbis continentur, iudicium paullo severius temperasse, quod de poetico Pomponii genere prioribus aperuisset. At quibus verbis hoc iudicium conceptum est?

Pomponium, ut verbis rudem fuerit, sensibus tamen celebrem fuisse affirmat i. e. ob sententias fabularum suarum clarum et laudibus celebratum fuisse. Vix opus est monere inepte haec scripta esse et absurde, quia non ipsius Vellei de poeta iudicium continent, id quod quum maxime desideratur, sed tantummodo significant, quid Pomponii aequales de eo senserint. Orellius rem expedire conatus est scribendo *sententiis crebrum*, quam coniecturam recepit Kritzius. Inuria, opinor. Non credo enim Attellanas illas, ad eorum spectatorum delectationem compositas, qui bonarum artium rudes plerique et exquisitiore humanitate destituti essent, ob sententiarum placuisse frequentiam et abundantiam. Probabilius existimo Pomponium Velleio, Tiberii aequali, visum esse. ut verbis rudem et rusticanum, *ita sensibus hebetem* i. e. ieiunum et insulsum, parum acutum et subtilem. Cf. Cic. de Fin. II. 6: rhetorica nostra forensis, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paullo hebetiorem; Quint. VIII. 3. 49: quaedam hebes, sordida, ieiuna oratio; Cic. de Div. II. 50: Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici.

21. 3 *ad ultimum magno atrocique proelio cum Cinna confixit: cuius commissi patratique sub ipsis moenibus sociisque urbis Romanae pugnantisque spectantibusque quam fuerit eventus exitiabilis, vis verbis exprimi potest.*

Pro inepto *sociisque* Halmius recepit Lipsii coniecturam *oculisque*. Potius corrigendum est *tectisque*. Cf. Liv. I. 15. 3:

Veientes obviam egressi, ut potius acie decernerent, quam inclusi de tectis moenibusque dimicarent.

24. 3 *Sulla compositis transmarinis rebus, cum ad eum ... legati Parthorum venissent et in iis quidam magi ex notis corporis respondissent caelestem eius vitam et memoriam futuram, reversus in Italiam ... triginta armatorum milia ... exposuit Brundisii.*

Inepte scriptum est Sullae vitam caelestem futuram, Vera et genuina lectio est *caelestem et divinam eius memoriam futuram*. Cf. Cic. Phil. V. 28: *illas caelestes divinasque legiones comprobastis*; ibid. XII. 8: *ipsa illa Martia, caelestis et divina legio*.

24. 5 *de Cinna vere dici potest, ausum eum quae nemo auderet bonus, perfecisse quae a nullo nisi fortissimo perfici possent, et fuisse eum in consultando temerarium, in exequendo virum.*

Male inter se opposita sunt *temerarium* et *virum*. Scripsit Velleius *in exequendo providum*. Cf. II. 120. 4: *nec temerario consilio, nec segni providentia usi*; 105. 2: *virum multiplicem virtutibus, gnavum, agilem, providum*.

25. 3 *adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit, acquisissimo lenior, post victoriam audito fuerit crudelior.*

V. *acquisissimo* Halmii coniecturae debetur. Editio Princeps et Apographum Amerbachii habent *ac iustissimo*. Legendum est *mansuetissimo*, quod et sententiae consentaneum et ad traditam lectionem propius accedit.

29. 3 *Cn. Pompeius traditur fuisse amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus.*

Pro *reconcilianda* Lipsius dedit *reconciliata*, „nam” ait „ibi fides locum habet, uti facilitas in reconcilianda.” Consultius existimo pro *fidelissimus* substituere *civilissimus*, quod sententiae accommodatius est: non minus moderatus et humanus erat in satisfactione offerenda, quam in accipienda clemens et facilis.

30. 1 *M. Perpenna praetorius ... Sertorium inter cenam Oscae interemit Romanisque certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit facinore.*

Pro inepto et absurdo *auctoravit* olim (Mnem. N. S. V. p. 49) scribendum putavi *comparavit*, quod merito reiecit v. cl. Boot (ibid. p. 172), tamquam a codicis vestigiis nimis recedens. Quod tamen idem proposuit *aucupavit* aequè improbandum censeo et quia significatio captandi, quaerendi, arcessendi ab hoc loco prorsus aliena est et quod activam huius verbi formam, quae nonnisi apud antiquioris Latinitatis auctores legitur, Velleio non obtrudendam puto. Nisi autem omnia fallunt, vera lectio est *maturavit*. Ad constructionem cf. Cic. Cluent. 171.

32. 1 *digna est memoria Q. Catuli cum auctoritas tum verecundia. qui cum dissuadens legem in contione dixisset esse quidem praeclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium iam liberae rei publicae neque omnia in uno reponenda adieciissetque: „si quid huic acciderit, quem in eius locum substituetis?“ subclamavit universa contio „te, Q. Catule.“ tum ille victus consensu omnium et tam honorifico civitatis testimonio e contione discessit.*

Postquam narratum est Catulum victum esse *consensu omnium*, frigidiuscule additur eum victum esse *testimonio civitatis*. Tollitur haec molestia si legatur *honorifico ornatus testimonio*.

49. 3 *vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret magis, prudens sequeretur Caesaris et illa gloriosa, haec terribiliora duceret.*

Nemo, opinor, prudens Caesaris partis secutus est, quia terribiliores essent, sed quia firmiores et validiores. Corrigendum ergo erit *durabiliora* coll. § 2: alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior, hic omnia speciosa, illic valentia. — Pro *gloriosa* Halmium temere recepisse Cuperi coniecturam *gloriosiora* docuit Boot ll. p. 168.

52. 4 *illud notandum est: ut primum C. Caesar inclinatum vidit Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam habuit, quam ut in omnes partes, ut militari verbo ex consuetudine utar, dimitteret * *.*

Omnium praecedentium editorum secutus exemplum Halmius nonnulla excidisse statuit post *dimitteret*, et fere haec supplenda coniecit: *signum* (vel *tesseram*) '*parce civibus*' coll. Suet. Caes. 75. Post *quam* inseruit *ut* praeeunte Gelenio. Multo simpliciore ratione locus sanatur, si pro *in* legatur *ut*, pro *partes: parentes*. Parendi verbum, proprium de militibus imperatori dicto audientibus (cf. Vell. II. 54. 3; 108, 2; 110. 4, Wölfflin ad Liv. XXI. 4. 3), a Velleio in Pompeianos transfertur, qui in victoris Caesaris fidem se et potestatem permiserunt. Simili modo hoc verbo usus est II. 23. 6: transgressus deinde in Asiam Sulla parentem ad omnia supplicemque Mithridatem invenit. Cf. 90. 3. — Ad *dimitteret* cf. 74. 4: Caesar Antonium inviolatum dimisit.

60. 4. *sestertium septiens miliens, depositum a C. Caesare ad aedem Opis, occupatum ab Antonio, actorum eiusdem insertis falsis vitialisque corrupti commentarii atque omnia pretio temperata, vendente rempublicam consule.*

Legendum est *omnia pretio emptitata*. Cf. Tac. Ann. XIV. 41: additur acto, qui talem operam emptitasset vendidisset, perinde poena teneretur ac si publico iudicio calumniae condemnatus; Plin. Ep. VI. 19. 5: concursant ergo candidati: certatim quidquid venale audiunt emptitant, quoque sint plura venalia efficiunt.

79. 10 *paene omnibus exutus navibus Pompeius Asiam fuga petivit iussuque M. Antonii, cuius opem petierat, dum inter duces et supplicem tumultuatur et nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, a Titio ingulatus est.*

Quia *tumultuari* pro haerere s. haesitare inusitatius dictum esset, conieci olim (Mnem. II. p. 50) *fluctuatur* scribendum esse. Secundae me curae docuere probabiliorē emendandi rationem hanc esse si legatur *multum cunctatur* coll. Tac. Ann. II. 66: Rhescuporis inter metum et iram cunctatus: ibid. XIV. 49: Caesar inter pudorem et iram cunctatus.

83. 2 *Planus refrigeratus ab Antonio ob manifestarum rapinarum indicia transfugit ad Caesarem: et idem postea clementiam*

victoris pro sua virtute interpretabatur, dictitans id probatum a Caesare, cui ille ignoverat; mox autem hunc avunculum Titius imitatus est.

Lectione *avunculum* nihil hercle umquam vidi ineptius et absurdius. Ex praecedentibus facile apparet Velleio reddendum esse *hunc vanilocum* s. *vaniloquum*.

86. 1 *quid ille dies terrarum orbi praestiterit, ex quo in quem statum pervenerit fortuna publica, quis in hoc transcurso tam ar-
tati operis exprimere audeat?*

Immo potius *valeat*. Cf. 89. 1: quae magnificentia trium-
phorum eius, quae fuerit munerum, ne in operis quidem iusti
materia, nedum huius tam recisi digne exprimi potest; 124. 1.

91. 3 Rufus Egnatius *cum esset omni flagitiorum scelerumque
conscientia mersus nec melior ei res familiaris quam mens
foret, adgregratis simillimis sibi interimere Caesarem statuit, ut
quo salvo salvus esse non poterat, eo sublato moreretur.*

Oleum perdunt et operam qui se torquent in *vv. conscientia
mersus* interpretandis. Fuit nimirum Egnatius omnibus flagitiis
et sceleribus implicitus; quamobrem conicio *conscientiae in-
mersus* coll. Tac. Ann. III. 10: Tiberium spernendis rumoribus
validum et conscientiae matris innexum esse.

101. C. Caesar *cum rege Parthorum, in vena excelsissimo, in
insula, quam amnis Euphrates ambiebat, aequato utriusque partis
numero coisit.*

Recepit Halmius Gelenii coniecturam *excelsissimo in insula*,
merito reiectam a Lipsio, qui ostendit Parthorum regem anno-
rum et regni veterem fuisse. Meliorem emendandi viam mon-
stravit v. doct. P. J. Scrinierius (Quaestiones Velleianae, Traj.
ad Rh. MDCCCLXXIX, p. 105), qui lectionem Editionis Principis
et Cod. Amerb. *excelsissimae insulae* non mutandam monuit, at
in vena vitiose scriptum esse. Vellem tamen non *in fine* substi-
tuisset, sed potius *in vertice excelsissimae insulae*.

106. 2 *denique quod numquam antea spe conceptum, nedum
pere temptatum erat, ad quadringentesimum miliarium a Rheno*

usque ad flumen Albim . . . Romanus cum signis perductus exercitus.

Constans et perpetuus loquendi usus requirit *sub signis* i. e. instructus ac paratus, ad pugnam expeditus. Plant. Pseud. 761: *Omnis ordine ego sub signis ducam legiones meas Ave sinistra*; Cic. ad Att. XVI. 8. 2: *Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere . . . legionem sub signis ducere*; Tac. Hist. III. 63: *non sine decore, sed sub signis vexillisque*. Cf. Munro ad Lucret. V. 999.

113. *2 paucis diebus exercitum, qui venerat, ad refoendas et itinere eius vires moratus, cum eum maiorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernando cerneret, dimittere statuit.*

Malim ex itinere fessas vires.

114. *4 hiems emolumentum patrati belli contulit, sed inaequanti aestate omnis Pannonia reliquiis totius belli in Delmatia manentibus pacem petiit.*

Pro *contulit*, quod sensu caret, restituendum est *corruptit*. Cf. II. 52. 3 *munus misericordiae corruptit pertinacia*; 57. 3 *ineluctabilis fatorum vis, cuiuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit*.

115. *2 initio aestatis Lepidus educto hibernis exercitu per gentes integras immunesque adhuc clade belli et eo feroces ac truces tendens ad Tiberium imperatorem et cum difficultate locorum et cum vi hostium luctatus, magna cum clade obsistentium excisis agris, exustis aedificiis, caesis viris, laetus victoria praedaque onustus pervenit ad Caesarem.*

Annotavit ad hunc locum Nic. Heinsius: „si huic scripturas acquiescimus, bis idem dixerit Velleius. quid enim differunt illa *magna cum clade obsistentium* et *caesis viris*? Scribendum forte *eversis vicis* vel *incensis*.” Ut saepius ita et hic in vitis indicando quam in medicina adhibenda Heinsius felicior fuit. Scripsit enim Velleius *illaesis viribus*, quod praecedenti *magna cum clade* quam apte oppositum sit nemo non videt. — Quemadmodum hoc loco *viribus* in *viris* depravatum est, ita

119. 2 *paludibus in paludis, ad quem locum cf. quae annotat Kritzius.*

119. 1 *magna in bello Delmatico experimenta virtutis in inculis ac difficiles locos praemissus Germanicus dedit; celebri etiam era diligentique Vibius Postumus vir consularis, praepositus Delmatiae, ornamenta meruit triumphalia.*

Conicio *alacri etiam opera diligentique.*

119. 2 *exercitus inclusus silvis, paludibus, insidiis ab eo oste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more peculium trucidaverat, ut vitam aut mortem eius nunc ira nunc venia temperaret.*

Male h. l. copulata sunt *silvae, paludes, insidiae*. Vitium sanari potest si legatur *silvis paludibusque in viis*. — Pro *trucidaverat* corrigendum esse *tractaverat* olim (Mnem. II. p. 53) monui.

123. 1 *quamquam iam motus imbecillitatis inclinataeque in deterius principia valetudinis senserat, tamen obnitente vi animi... pro Nolam petiit.*

Pro *motus*, quod nihil est, corrige *notas* i. e. signa et indicia. Cf. Celsus II. 6: quaedam notae imperitos medicos decipiunt: Id. ibid.: in acutis morbis fallaces notae.

124. 2 *una tamen veluti luctatio civitatis fuit pugnantis cum Caesare senatus populique Romani, ut stationi paternae succederet, illius, ut potius aequalem civem quam eminentem liceret agere principem.*

Quomodo ex his verbis tolerabilis elici possit sententia non video. Senatus populusque R. autem et Tiberius officiosam praeferebant voluntatem moderatione certabant et continentia. Legendum igitur est *civilitatis* coll. Suet. Claud. 12: in senatu augendo parcus atque civilis, praenomine imperatoris obtinuit.

125. 4 *Drusus, qui a patre in . . . incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque severitate usus ancipitia*

*sibi maluit tenere quam exemplo pernicioſa et his ipſis, ſi-
litum gladiis, quibus obſeſſus erat, obſidentes coercuit.*

Halmius, qui *tenere* recepit, a Madvigio excogitatum, et
timere, quod est in Amerbachii apographo et Cod. Murbacher
(Ed. pr. habet *tam re*), hunc locum nondum expeditum esse
confitetur; se pro *tenere* malle *gaudere* affirmat. Dubito an pro-
babilior emendandi sit ratio, quum legatur *ancipitia obi-*
maluit, quam timere exemplo pernicioso. Obire pericu-
legitur apud Livium I. 54; bella obire apud eundem IV.
munia ducis obire apud Velleium II. 70. 1.

125. 5 *Hispanias M. Lepidus cum imperio obtineret, in sum-*
pace et quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi
auctoritas quae sentiebat obtinendi superesset.

Inepte editur *pietas*, quicumque enim recta sentiendi facultas
conspicua est, non pietatis sed peritiae potius laude digna
habetur. Reddendum igitur Velleio erit *peritia rectissima sen-*
tiendi.

Scr. m. Aprili a. MDCCCLXXXIII.

J. J. CORNELISSEN.

DIODORUS SICULUS.

XI. 12: *Θεμισοκλῆς τὴν ἐναντίαν ἀπεκρίνατο γνώμην.*
Imo vero *ἀπεφῆνατο.*

XI. 25: *κατεσκευάσαν — κολυμβήθραν — εἰς δὲ ταύτην ἐπι-*
γομένων ποταμῶν καὶ κρηναίων ὑδάτων ἰχθυοτροφεῖον ἐγένετο
πολλοὺς παρεχόμενον ἰχθῦς εἰς τριτὴν καὶ ἀπόλαυσιν.

Lege *ποταμίων* et *τροφῆν.*

C. G. C.

DE
LOCIS NONNULLIS APUD
PORPHYRIUM
ΠΕΡΙ ἘΠΟΧΗΣ ΤΩΝ ἘΜΨΥΧΩΝ.



Pag. 3 edit. de Rhoer: ὑγείας μΕΝ ΚΑὶ ῥώμης — οὐκ ἂν μεταβάλλεσθαι Φήσαιμι.

Supplendum ὑγείας μὲν ἘΝΕΚΑ καὶ ῥώμης. Tum scribe μεταβαλέσθαι CE Φήσαιμι. Eodem sensu dicitur μεταθέσθαι, inde Dionysius ὁ μεταθέμενος cognomen invenit.

Pag. 10: οἱ ἀπὸ τοῦ Ἐπικούρου — ἀνόσιον ἐπεφήμισαν τὴν Ἐρώπου σφαγὴν καὶ ἈΤΙμίᾳς οὐ τὰς τυχοῦσας προσῆψαν.

Certa est Reiskii emendatio καὶ ΖΗμίᾳς οὐ τὰς τυχοῦσας.

Pag. 11: τὸ μέγεθος τῆς ζημίᾳς δεδιότες ἀπειχόντες τοῦ κτείνων προχείρως ἀλλήλους. et pag. 12: τοὺς δὲ τῷ μεγέθει τῶν ὑπιμίῶν καταπλήξαντες et post pauca: τῷ Φόβῳ τῆς ἀφωριμίνης ἀπὸ (leg. ὑπὸ) τοῦ νόμου ζημίᾳς.

Pag. 15: ζημίᾳς ἔταξαν οἱ πρῶτοι τοῦτο συνΕΙΔΟτες.

Reiskius, quo nemo est in indagandis et corrigendis librorum mendis perspicacior, in re grammatica, ut saepe vidimus, plumbeus est. Optime sciebat *perspicere* Graece dici *συνορᾶν*, sed serio credebat „*consuicere veteres συνειδῶς pro συνιδῶν κευρατε.*” Noli credere, sed restitue *συνΙΔΟΝτες*. Perfrequens in libris Mss. haec confusio est.

Pag. 23: ὡς ἂν δὴ τοῖς ἀθέοις ἀποδομένης τῆς τῶν κρεῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας παντοίων.

Est in hoc loco manifesta lacuna: τοῖς ἀθέοις ἀποδομένης τῆς τῶν ΚΡΕΩΝ ***** (ΚΡΕΙΩΝ) πίνακας παρέθηκεν. Repetit lacunam, ut fieri assolet, repetitum in vicinia κρεῶν — κρειῶν. Aliquatenus damnus sarciri potest in hunc modum: τοῖς ἀθέοις ἀποδομένης τῆς τῶν κρεῶν (ἘΔΩΛΗC) ***** (ΔΑΙΤΡΟC ΔΕ) κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας παντοίων, εἰ Odys. A. 141 et Δ. 57.

Pag. 28: καὶ γὰρ Φθειρομένων τῶν καρπῶν τοὺς Φθείροντας οὐκ ἀποκτείνουσιν, ἢ γῆ τὸ πλῆθος οὐκ οἶσει τῶν ζῴων.

Corrupta est loci scriptura sed sententia verborum perspicua est, quamobrem legerim: ἮΝ γὰρ — τοὺς Φθείροντας οὐκ ἀποκτείνουσιν, ἢ γῆ τὸ πλῆθος οὐκ οἶσει.

Sequitur pag. 29: θάλασσα μὲν γὰρ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι ἰχθύων ΠΕΠΛΗCΟΝΤΑΙ.

Incognita veteribus et vitiosa est forma πεπλήσσομαι pro πλήθους ἔσομαι. Ubi ea significatione opus est dicebant πλησθήσομαι.

Pag. 35: ὑπὸ τε ὄφειν καταλήφεται πᾶσα ἢ γῆ καὶ τῶν πετεινῶν.

Nemo bonus et probatus scriptor καταλήφεται passivo sensu accipit, ut sit occurratū, non occurrat. Est in usu futuri passivi forma brevior τιμήσομαι, ζητήσομαι, ζημιώσομαι, ὠφελήσομαι in quibus verbis forma eadem non habet activam notionem. Ἀκουσθήσομαι igitur dicendum, non ἀκούσομαι, quoniam ἀκούσομαι est audiāt. Eadem de causa ἀφαιρεθήσομαι dicebant, non ἀφαιρήσομαι, et γελασθήσομαι non γελάσομαι, et καταληφθήσομαι non καταλήφομαι. In talibus veteres non peccant, sed posterum sero nati imitatores etiam in his impingere solent.

Post pauca emendate scripsit: ἀνάγκη πικρὰ καταλήφεται ἐν ἀλλήλους τραπέσθαι.

Pag. 37: Μόγος ἦν βασιλεὺς Μαυρουσίων, ὃ ἐν Μοθῶνι σφαιεῖς ὑπ' Ἀγρίππα.

Strabo VIII. pag. 359 Casaub. ἐνταῦθα (ἐν τῇ Μεθῶνι) Ἀγρίπ-

ας τὸν τῶν Μαυρουσίων βασιλέα — Βόγον διέφθειρεν, unde olim iri docti restituerunt Βόγος ἦν βασιλεὺς Μαυρουσίων. Qui a Romanis Bogud appellatur, is Graece Βόγος dicitur. Unde autem librorum mendosam scripturam ortam esse dicamus? Nempe in libris perantiquis literae β et μ scribuntur ductu tam simili ut nisi quis diligenter hoc agat vix oculis discerni queant. Sic infra videbimus μίασμα et βίασμα inter se inepte confundi et similia de genere hoc non pauca.

Pag. 40: Ἐρμάχῳ τῷ Ἐπικουρείῳ.

Solent scribae indocti et dormitantes nobilem Epicureum Ἐρμαρχον omissa literula Ἐρμαρχον appellare, de quo errore nunc quidem satis inter omnes constat.

Pag. 43: τῷ δὲ (ἀνάγκη) — τὴν κοίτην λιτὴν τε καὶ Ξηρὰν παρασκευάζειν.

Miraberis, ut opinor, quae sit κοίτη ξηρά, sed Porphyrius, credo, dederat ΣΚληράν, quae τῇ μαλακῇ opponi solet.

Pag. 44: ὡς ἐνὶ μάλις αὐτὸν ΤΙ δίδόντες τῷ ὕπνῳ.

Emenda: ὀλίγον ΤΙ δίδόντες.

Pag. 46: νῦν δ' οὐχ ὅπως πᾶν μάθημα [οὐ] συμπληροῖ τὴν θεωρίαν ἀλλ' οὐδὲ τὰ περὶ τῶν ὄντων ὄντων.

Indocta manus importunam negandi particulam infersit. Frequens admodum et notissima apud veteres et veterum imitatores haec est verborum compositio: οὐχ ὅπως et οὐχ ὅτι et apud Polybium et sequiores οὐχ οἶον sequente ἀλλὰ vel ἀλλὰ καὶ et ἀλλ' οὐδέ. Ex magna exemplorum copia duobus tantum utar. Lysias κατὰ Νικομάχου pag. 185: οὐχ ὅπως ὑμῖν τῶν αὐτοῦ τι ἐπίδωκεν ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων πολλὰ ὑφῆρηται. Demosthenes *de Corona* pag. 271. 1: οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύει. Audi nunc Porphyrium haec imitantem. pag. 87: ἡ ποικιλία τῶν τροφῶν οὐχ ὅπως τὰς παραχᾶς τῆς ψυχῆς ἐκλύει ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐν τῇ σαρκὶ ἡδονὴν γυνεπαύξει. pag. 129: ἡγούμενον οὐχ ὅπως ἂν τινα τῶν ἰδιωτῶν ἴλλ' οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν πόλιν δύνασθαι μεγαλοπρεπέστερον αὐτοῦ μῆσαι τοὺς θεούς. p. 363: πολλὰ δ' νόμος τῷ μὲν χυδαίῳ συνε-

χώρησεν, οὐχ ὅτι δὲ Φιλοσόφῳ ἀλλ' οὐδὲ τῷ καλῶς πολιτευομένῳ ἐπέτρεψεν. pag. 224: οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος πᾶς εὐμαθὴς ἢ μιμητικὸς οὐχ ὅτι τῆς τῶν ζώων ἀλλ' οὐδὲ πέντε που διαλέκτων τῶν παρ' ἀνθρώποις.

Dabisne nunc mihi scribendum esse: οὐχ ὅπως πᾶν μάθημα συμπληροῖ τὴν θεωρίαν?

Pag. 48: εἰκαμεν γὰρ τοῖς εἰς ἀλλόφυλον ἔθνος ἤκουσιν ἢ ἀπεληλυθόσιν.

Codices exhibent: ἔθνος ἢ ἐκούσιν. Recipienda est lectio: ἔθνος ἤκουσιν, quo facto ἢ ἀπεληλυθόσιν expungi debet.

Erat in vetusto libro ἘΚΟΤCIN. Scriba dederat ἐκούσιν et correxit ἤκουσιν. Qui haec dormitans descripsit ἢ ἐκούσιν substituit.

Pag. 59: ἀποσπᾶται τῶν τοιούτων χωρίων, ἐν οἷς καὶ μὴ βουλόμενον ἔξι περιπίπτειν τῷ ΠΛΗθει.

Sensu vacuum est τῷ πλήθει περιπίπτειν. Verum vidit Reiske περιπίπτειν τῷ ΠΛθει. Saepe vidi ΠΛθος et ΠΛῆθος inter se confundi.

Pag. 59: οὕτω γὰρ καὶ τῶν πρόσθεν ἀκούομεν κλέα ἀνδρῶν Πυθαγορείων τε καὶ σοφῶν.

Porphyrus, qui carmina Homeri tenebat memoriter, ut eius ζητήματα Ὀμηρικὰ luculenter declarant, saepenumero ad sententiam exornandam lepidissime Homeri versiculis utitur ut h. l. Sumsit enim ex Iliad. IX. vs. 520:

οὕτω γὰρ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν.

Pag. 59: Πλάτων τὴν Ἀκαδημειαν οἰκεῖν εἴλετο οὐ μόνον ἑαυτὸν καὶ πόρρω τοῦ ἄστεως χωρίον ἀλλὰ καί, ὡς Φασιν, ἐπίνοσιν.

Mirantur docti homines quo pacto Porphyrius dicere potuerit τὴν Ἀκαδημειαν *procul ab urbe aedisse*, quum inter omnes constet mille ferme passus eam a porta (Dipylō) distare. cf. Cicero *de Finibus* V. 1. Livius XXX. 24. Itaque ad argutias confugiunt et serio affirmant πόρρω et μακρὰν etiam *de brevissimo intervallo* dici. Itaque *procul* et *prope* est idem aut prope idem, quod commodissimum est. Satius erat Porphyrio suum errorem re-

nquere. Quod addit Porphyrius Academiam locum insalubrem esse idque Platonem nihil curasse, est ea *πεπλασμένη και ιδέσποτος παράδοσις*, quales fabellae in philosophorum vitis sunt admodum frequentes. Eandem fabulam narrat Aelianus V. H. IX. 10: *ὁ Πλάτων νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημείας και συμβουλευόντων αὐτῷ τῶν ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετακῆσαι οὐκ ἤξίωσεν*. Plato tamen corpore et mente integra vixit annos octoginta.

Pag. 60: *εἰ δέ τις οἶεται — ἐμπικπλὰς τὰς αἰσθήσεις τῶν κατ' αὐτὰς παθῶν αὐτὸς μένειν ἀπαθῆς λήληθεν αὐτὸν — ἀπατῶν*.

Imo vero οἶεται — αὐτὸς μενεῖν ἀπαθῆς. In sq. sic scribendum: *ἀγνοῶν ὡς πολὺ τῶν παθῶν καταδεδούλωται αὐτῇ ΤΗΙ ὑπὸ τοῦ πλήθους οὐκ ἀλλοτριώσει· οὐ γὰρ δὴ μάτην οὐδὲ τῆς φύσεως καταψευδόμενος τῶν φιλοσόφων ἔλεγεν ὁ Φάσ·* deinde adscribit decantatum a multis locum Platonis in *Theaeteto* pag. 173 d: *οὗτοι δὲ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον — εἰς τῶν ἐγγύς οὐδὲν ἑαυτὴν συγκαθίεσα*.

Confirmat Porphyrius veram lectionem *πανταχῇ ΠΕΤεται* pro *Φέρεται*, quod est in plerisque libris.

Pag. 71: *ὔδωρ ὀλίγον σύνακτον ἐάν τι δέξηται ῥυπαρὸν εὐθέως μαιίνεται και δολοῦται ὑπὸ τῆς ῥυπαρίας*.

Absurdum est τὸ ὔδωρ δουλοῦται. Expuncta literula scribe δολοῦται. Δολοῦν est *vitiare, corrumpere, adullerare*, δολοῦν τὸν οἶνον, τὸ νόμισμα et apud Apostolum II. ad Corinthios 4, 2: *δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*.

Pag. 81: *τοῦ βάρους τῶν ἀναδιδομένων κουφισθέντος* (sic leg. pro *κουφισθέντων*) *ελευθερον τὸ ὄμμα καπνοῦ και κύματος τοῦ σωματικοῦ ἐκτὸς καθωρμισμένον γίγνεται*.

Sumtum est ex Odyss. M. 219:

τούτου μὲν καπνοῦ και κύματος ἐκτὸς ἔργε.

Pag. 82: *και (ὃ παράδοξον τοῖς πολλοῖς δόξειεν εἶναι) τοῦτο*

λέγοντας καὶ ἐκτιμῶντας εὐρίσκομεν λέγω δὲ τοὺς δι' ἡδονὴν οἰ
μένους τὸ τέλος τῶν φιλοσοφησάντων.

Locus male mulcatus, sed sententia simplex et aperta rec
ducit ad veram scripturam: τοῦτο λέγοντας — εὐρίσκομεν το
ἡδονὴν οἰομένους τέλος τῶν φιλοσοφησάντων.

Praeterea suppl: δόξειεν (ἂν) εἶναι.

Pag. 81: ἀποδέξαιτ' ἂν μᾶλλον τὸν [ἐν] ὀλίγοις ἀρκούμενον τ
πλειόνων δεομένου.

Expunge molestam praepositionem.

Pag. 88: τὰ Ἀφροδίσια ὧν ὤνησε μὲν οὐδένα τινά, ἀγαπή
δὲ εἰ μὴ ἔβλαψεν.

Scrib. Ἀφροδίσια Ἄ ὤνησε μὲν οὐδένα. Epicurus apud Dic
Laërt. X. 118: συνουσία δὲ ὤνησε μὲν οὐδέποτε, ἀγαπήτῳ
εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν. quae Cicero sic vertit Latine Tuscul. Dispr
V. 32: *genus hoc voluptatum optabile esse si non obest; prode
nuptuam.*

Pag. 91: ὀρθῶς ὁ Ἐπίκουρος ἔφασκεν εὐλαβητέον εἶναι τροφ
ἦν ἀπολαῦσαι μὲν ποθοῦμεν, συντελεσθεῖσαν δὲ ἐν ἀχαρί
τίθεμεν.

Dubitanter coniecit Reiskius ἦν πρὶν ἀπολαῦσαι ποθοῦμεν, s
sic ποθεῖν perperam ponitur pro ἐπιθυμεῖν, ἐφίεσθαι, concupisce
re pro desiderare. Suspicio Porphyrium scripsisse:
ἀποτCAN μὲν ποθοῦμεν, ut in noto versiculo:

ποθεῖς τὸν σὺ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς.

et sic passim.

Pag. 95: πῶς οὐκ ἄτοπον τὸν μὲν κακοπαθοῦντα — οὐδ'
νοίαν ἔχειν τροφῆς οὐδὲ πόθεν πορισθήσεται φροντίζειν ἀλλὰ
παρατιθεμένης παραΤΙΘΕΘΑΙ τὴν ἀναγκαίαν.

Rem acu tetigit Reiske corrigens παρατιθεμένης παραΙΤΕ
ΘΑΙ τὴν ἀναγκαίαν. Qui gravi calamitate afflictus est, inq
de cibo capiendo ne cogitat quidem, sed etiam appositum cibum
vitam sustentandam necessarium RECUSAT.

Post pauca legitur: ζητεῖν ἔδεσμάτων παρασκευὴν — δι' ὧν τὸν δεσμὸν παχύνει.

Certa lex Graeci sermonis postulat: παχυνεῖ.

Saepe videbis Porphyrium etymologiarum morbo et insania laborare et quidquid in buccam venerit pro certo ponere, ut pag. 123: ἡ θυσία δσία τις ἐστὶ κατὰ τοῦνομα. Ludere hoc quidem est, ut Cicero quum malesanam etymologiam commentus esset ultro fatetur adscribens: *luisse putemur si nihil sit* ¹⁾. Nihil erat in hoc genere tam absurdum quod non concoquerent. Cicero *de Officiis* I. § 23: *quamquam hoc videbitur fortasse cuiusdam durius tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt unde verba sint ducta, credamusque quia FIT quod DICTUM est appellatam FIDEM.* Ludus est, ut vides, sed inficetus admodum et insulsus. Nihilo sanior Porphyrius pag. 234 scribit: τίς γὰρ ἀνθρώπων τοσοῦτον βλέπει ὅσον ὁ δράκων; ὅθεν καὶ τὸ βλέπειν ΔΡΑΚΕΙΝ (δρακεῖν) λέγουσιν οἱ ποιηταί. Draco quia tam acutum cernebat nomen invenit, quasi δρακεῖν esset ὀξὺ βλέπειν sive ὀξυδερκεῖν. Homericum δέρκομαι, id est ὄρω, εἰσορῶ, habet apud Tragicos aoristum ἐδέρχθην et ἔδρακον, apud Pindarum ἐδράκην, δρακεῖς, quae pomposa sunt, sed nihil aliud significant quam εἶδον et εἰσεῖδον. Δρακεῖν igitur neque βλέπειν significat et multo minus ὀξὺ βλέπειν et nihil interest inter δρακεῖν et ἰδεῖν, quamobrem draconi alia quaerenda est etymologia, quam indagabunt alii, namque equidem omnem hanc venationem esse arbitror

μόχθον περισσὸν κουφόνου τ' εὐηθίαν.

Stultissimum omnium est quod scribit Porphyrius pag. 109: τοσοῦτον δὲ τοῖς παλαιοῖς τοῦ μὴ παραβαίνειν τὸ ἔθος ἔμελεν, ὡς κατὰ τῶν ἐκλειπόντων τὸ ἀρχαῖον, ἐπεισαγαγόντων (leg. ἐπεισαγόντων) δὲ ἕτερον ἌΡΑϞαμένους ἌΡΩΜΑΤΑ τὰ θυμιώμενα προσγορεῦσαι. Quid audio? ἀρώματα nomen habent παρὰ τὸ ἀρᾶσθαι, quia *diris exaestabantur* qui neglecto vetere more novum inducebant. Sed primum ex his verbis mendum tollendum est.

1) Cicero *Tuscul. Disput.* III. 8: NEQUITIA ab eo (etsi erit hoc fortasse durius sed tentemus: luisse putemur, si nihil sit) ab eo quod NECQUICQUAM est in tali homine.

Ἄρᾶσθαι non est *diris devovere, execrari*, sed καταρᾶσθαι εἰς sensu constanter omnes dicebant. Deinde aoristi forma ἀράσασθαι non est in usu. Utrique malo simul medeberis rescribendo ἀρᾶσθαι ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥΣ. Sic enim Graeci loquebantur pro καταρᾶσθαι dicentes ἀρὰς ποιεῖσθαι. Dinarchus pag. 107, 8: δημοσίᾳ ἀρᾶς ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν, εἴτις δῶρα λαμβάνων μετὰ ταῦν λέγει — ἐξώλη τοῦτον εἶναι. Isocrates pag. 73 d: ἐν τοῖς συλλογαῖς ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται εἴτις ἐπικηρυκεύεται Πέρσας, sic apud alios passim. Sic igitur Porphyrius quoque scripserit κατὰ τῶν ἐκλειπόντων τὸ ἀρχαῖον (ἔθος) ἀρὰς ποιησαμένους κ. Cur autem haec etymologia etiam stolidior est quam cetera. Quia certa ac perpetua analogiae lex violatur. Vel pueri sciu ex ἀρᾶσθαι nullo modo ἄρωμα formari posse. Quid diceret quis pro θυμίαμα, ἴαμα, θέαμα, ἀκρόαμα, ὄραμα, μείδιαι substitueret θυμῖωμα, ἴωμα cet. Insanire hominem, credo, plumbeum esse in Graecis. Num minus vitiosum est ἄρωμα ἀρᾶσθαι?

Habeat igitur sibi has nugas Porphyrius servetque sepulc:

Pag. 111: τοῦ δ' ἀλληλεσμένου βίου παρὰ τὸν πρόσθεν μικροσθέντος.

Spernitur proba et antiqua forma, quam Codices servavit ἀλληλεσμένου. Et analogia et poetarum loci hanc formam possunt. cf. *Var. Lectt.* pag. 132.

Pag. 130: τῶν τυραννῶν μετὰ τὸ κρατῆσαι Καρχηδῶν ἐκατόμβας — παρασησάντων τῷ Ἀπόλλωνι.

Mirabile dictu est quam saepe scribae dormitantes *Etrusci* Τυρρηνοῦς, in τυράννους converterint. Quinquies apud Harpocrationem laudatur Δείναρχος Τυρρηνικῶ, omnibus locis libri cines exhibent τυραννικῶ.

Pag. 132 in fragmento Antiphanis:

ὡς τᾶλλα μὲν τὰ πολλὰ παραναλούμενα
δαπάνην καταλαὸν οὔσαν αὐτῶν οὔνεκα,
τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τοῦτ' ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς.

In huiusmodi compositione verborum ὡς participium postpositum. Ergo sic emendandum:

τὸ δὲ μικρὸν αὐτὸ τοῦτ' ἀρέσκον τοῖς θεοῖς.

Pag. 133: τὸν Λίσχυλον φασὶν τῶν Ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν θεὸν γράψαι πιαῖνα, εἰπεῖν ὅτι βέλτισα Τυννίχῳ πεποιήται.

Ridiculo errore sic scriptum est pro τῶν Δελφῶν. Hoc quoque mendum tralaticium est in libris. Saepe correxi, sed supersunt alia incorrecta apud Herodotum et Thucydidem, ut alio loco ostendam.

Pag. 140: τῆς Φιλίας καὶ τῆς περὶ τὸ συγγενὲς Αἰσθησεως πάντα κατεχούσης.

Quid est ἡ περὶ τὸ συγγενὲς αἴσθησις? Nihil prorsus. Itaque restituendum: τῆς περὶ τὸ συγγενὲς Αἰδέσεως.

Pag. 144: ἡ μᾶλλον ἀτιμίαν οἰήσασατ' ἂν τὸ τοιοῦτο.

Mera barbaries est οἰήσασατο pro οἰηθείη. Emenda ἀτιμίαν ἠγήσασατ' ἂν.

Pag. 146: βοῦς γὰρ καὶ πρόβατα — αὐτούς τε τοῦτ' καθαρῶς μὲν οὐδὲν κοινωοῦντας, ἀπόλαυσιν δὲ ἡμῖν παρέχοντας — σφάττομεν τοῖς θεοῖς.

Duabus literulis repetitis scribe: αὐτούς τε τοὺς ἑῶν et καθαρῶς.

Pag. 151: τὸ παλαιὸν ἀπήρξαντό τε τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν καὶ τῶν ἀπαρχθέντων ἀσπασίως μετὰ τὴν Ὀσίαν ἐγεύσαντο.

Corrigendum ἀσπασίως et μετὰ τὴν Ὀσίαν. Saepius θυσία, οὐσία, ὄσια inter se mutant locum.

Pag. 155: αὐχμῶν δὲ κατεχόντων καὶ δεινῆς ἀκαρπίας γενομένης ἐπερωτῶσι κοινῇ τὸν θεὸν ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τὸν ἐν Κρήτῃ Φυγάδα ταῦτα λύσειν. τὸν τε Φονέα τιμωρησαμένων καὶ τὸν θενεῶτα ἀνασησάντων ἐν ἧπερ ἀπέθανεν ΚΙΑΛΩΙ ὄν ἔσσεσθαι.

In antiquo Codice charta aut perrossa aut maculata duae literulae interciderant ac legebatur ἀπέθανε * * ΚΙΑΙΩΙΩΝ ἔσσεσθαι, in quo latet Porphyrii manus, quae haec est: ἐν ἧπερ ἀπέθανε Ὀσίῳ λῶν ἔσσεσθαι.

Erat autem ἡ θυσία, ἐν ἧ ὁ βοῦς ἀπέθανεν, τὰ Διπόλια, ἐν

ἢ Πολιεῖ Διὶ θύουσι ΣκιροΦοριῶνος τετάρτη ἐπὶ δέκα Schol. ad Aristoph. *Pacem* vs. 419.

Λῶν ἔσεσθαι certa est et evidens Reiskii emendatio. Nota est in oraculo aut consulendo aut edendo forma λάϊον ἔσαι, λῶν (aut λωΐτερον) καὶ ἄμεινον. Xenoph. *Anab.* VI. 2. 15: κοινουμένη πρότερα λῶν καὶ ἄμεινον εἶη στρατεύεσθαι. Latine vertit Livius XXIII. 11: *ei ita faxillis, Romani, vestrae res meliores faciliusque erunt.*

Pag. 157: ἐξανέστησαν ἔχοντα ΑΥΤὸν ὅπερ καὶ ζῶν ἔσχε σχῆμα.

Emenda: ἔχοντα ταύτῳ — σχῆμα. Post pauca lege: τὸν ἐπιδόντα pro ἐπιδιδόντα.

Pag. 160: ἵνα μὴ τὴν τροφήν ἐξ ὧν οὐ προσῆκε ποριζομένην οὐνοικον ἔχωμεν τὸ βίασμα τοῖς ἰδίοις βίοις.

Corrigendum est: τὴν τροφήν — ποριζόμενοι οὐνοικον ἔχωμεν τὸ μίασμα. cf. pag. 193: αὐτὸς μiasμάτων πλήρης ἐμιμητῆς σπουδάζων γενέσθαι τῷ κρείττονι.

Τὸ μίασμα idem est quod τὸ μύσος, τὸ ἄγος.

Pag. 160: πάντων — κράτιστον εὐθύς (λοιπὸν del.) ἀποσχέσθαι. ἐπεὶ δὲ ἀναμάρτητος οὐδεὶς λοιπὸν ἂν (add. εἶη) ἀκείσθαι τῆς ὕψερρον τὰς πρόσθεν ἀμαρτίας.

Pag. 172: ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἔρχομένων πάντα πραγματεύεσθαι.

Frequentissima in libris confusio est inter Ἄρχομαι et ἔρχομαι.

Pag. 179: τὰ πλήθη σύμφωνα ταῖς ἑαυτῶν δόξαις παρὰ τῶν δοκούντων ἀκούοντα.

Sumsit παρὰ τῶν δοκούντων, namque nemo sic loquitur, a^b Euripide in *Hecuba* vs. 294:

λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
καὶ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταύτῳ σθένει.

Pag. 284: τὸν δὲ ἀετὸν καὶ ὑψόθεν ὄντα οὐκ ἔλαθε πτώξ.

Quid est ὑψόθεν εἶναι? Vera lectio est apud Homerum *Iliad.* P. 676:

ν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχύς οὐκ ἔλαθε πτώξ.

ζ. 257: ζῶα ὑπάγειν σφαγαῖς καὶ μαγειρεύειν — ὑπερφυεC
ομον καὶ δεινόν.

tonis exemplo dixit ὑπερφυΩC ὡς.

ζ. 289: δεινὴ δὲ ἡ ἀδικία — Δικάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῆς συν-
νοῦς.

le spreta est certa emendatio ΔΕκάζειν. In desuetudinem
t verbum vetus δεκάζειν, pro quo Graeculi dicebant δωρο-
τινά. Itaque sicubi δεκάζειν legebatur sententiae securi
in substituebant. cf. pag. 209: ὑπόληψιν τοῦ δεκάζειν δύ-
ι τὸ θεῖον.

ζ. 300: ἀκυρῶσαι πᾶν νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου μόνῃ δὲ
κι τῷ σιδήρῳ.

endate scribitur apud Plutarchum in *Lycurgo νόμισμα*
ἰν καὶ ἀργυροῦν et τῷ σιδηρῷ.

ζ. 325: ὀπηνίκα ἌΝεσὼς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ τῆ πατρίᾳ τῶν
τίων Φωνῆ ἐγείρει τὸν θεόν.

gendum ὀπηνίκα' ἌΝ ἐσὼς — ἐγείρηΙ τὸν θεόν.

ζ. 334: καὶ ἀλειφῆ τις ἄκων σμήχεται τὸ σῶμα.

) ἀλειφῆ apud Eusebium legitur ἀλειφθῆ. Editor: „*utrum*
ligas an illud siccum non interdum.” Sed solum ἀλειφθῆ
um est, ἀλιφῆ et ἀλειφῆ barbara.

m mendum (ἐξαλιφῆ pro ἐξαλειφθῆ) inolevit in Platonis
ro pag. 258 b.

ζ. 353: ἐπίσης μεμίσανται ΟΤCTEλέχους ἄψασθαι ὡς τὸ
ἰων.

ndum me poenitet emendasse: ἐπίσης μεμίσανται Ὅ ΤΕ
ς ἀψάμενος καὶ ὁ θνησειδίων.

rtiae personae *singularis* numeri exeuntes in - ANTAI et
TAI imperitis Graeculis fraudi esse solent, ut multis
di in *Var. Lectt.* pag. 225 sqq.

iocoso carmine apud Athenaeum pag. 592. a vera lec-
it:

ἢ δ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν
ὦν οὐρὴ μὲν ἀπήμβλυνται, θυμὸς δὲ μενοινᾶ.

ubi οὐρὴ est τὸ πέος, ut apud Horatium:

quaecumque excerpt turgeniis verbera caudae.

Eustathius haec laudans pag. 1968, 41. ratus ἀπήμβλυνται esse *pluralis* numeri substituit:

ὦν οὐραὶ μὲν ἀπήμβλυνται.

In luculento Euripidis fragmento pag. 365:

ἦκω ζαθέους ναοὺς προλιπῶν —
ἀγνὸν δὲ βίον τείνομεν ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύτης γενόμεν —
Βάκχος ἐκλήθην ὀσιωθεὶς,

Nullum hic locum habet pluralis *τεινομεν* neque verbum finitum. Corrige

ἀγνὸν δὲ βίον τείνομεν ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύτης γενόμεν —
Βάκχος ἐκλήθην ὀσιωθεὶς.

Pag. 373: εἶθε τὴν μυθευομένην ἄλιμον καὶ ἄδιφον εὐπορον ἦν κεκτῆσθαι ἴν' [ἄν] τις τὸ διαρρέον τοῦ σώματος ἐπισχῶν δι' ὀλίγου πρὸς τοῖς ἀρίστοις ἦν.

Ut Graeca sit oratio expunge ἄν. In huiusmodi sententia ἴνα cum *imperfecto* componitur. Magnum numerum exemplorum congressi in *Var. Lectt.* pag. 102 sqq.

Pag. 380: θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον.

Estne satis manifestum emblemata? Draco dederat θεσμὸς αἰώνιος quod nescio quis interpretans adscripsit: κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον.

DE
LOCIS QUIBUSDAM IN
AELIANI

Varia Historia.

AELIANI *Varia Historia* recognovit
RUD. HERCHER.

Parisiis 1858.

Aut incredibilis inscitia aut turpissima adulatio PHILOSTRATI fuit, qui in libro secundo *de Vitis Sophistarum* cap. 31. de AELIANO haec sustinuit scribere: Αἰλιανὸς Ῥωμαῖος μὲν ἦν, ἤ-
πλιζε δὲ ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι¹⁾. Quod autem dicit optime Attice loqui τοὺς ἐν τῇ μεσογείᾳ sumsit ex loco Aristophanis in *Fragm. Comic.* II. pag. 1199:

διάλεκτον ἔχοντα μέσῃν πόλει
οὐτ' ἀσειαν ὑποβηλυτέραν
οὐτ' ἀνελεύθερον ὑπαγροικότεραν.

neque enim in Urbe neque procul ab Urbe homines optime loquebantur. Sed nemo illa laude indignior est quam AELIANUS, cuius affectatum et ineptum dicendi genus fastidium parit ac nauseam.

Nihil est Atticae dialecto dissimilius quam Aeliani oratio in-

1) Decepit Perizonium, qui in Praefatione ita scripsit: *peritia Linguae Graecae, Attica imo eloquentia, in (Aeliano) homine Romano fuit admirabilis, ut non magis Attici hac parte essent ipsi Athenienses.*"

digesta farrago ex verbis et locutionibus modo *Homeri*cis, modo Tragicis, modo Atticis, modo Ionicis, modo vulgaribus et e trivio sumtis consarcinata, cuius rei complura exempla infra expromam.

Aelianus ipse credebatur se admirabili oratione ac stilo uti, sed quia non omnes ea admirabantur ita se consolatus est ut diceret sua scripta non nisi *eruditis auribus* placere posse. *Nicomachus pictor*, ut scribit XIV. 47, *Zeuxidis tabulam impense admirabatur. Quaesivit ex eo aliquis tunc dicitur παθὼν οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην; cui ille „οὐκ ἂν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ τοὺς ἑμοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέκτησο.”* deinde ita pergit: *ἐγὼ δ' ἂν φαίην τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλ' εἴ τις ἔχοι πεπαιδευμένα ὦτα, ὥσπερ οὖν οἱ χειρουργοὶ τεχνικὰ ὄμματα.* De quo haec scribens cogitaverit perspicuum est ¹⁾.

Fuerat apud Aelianum etiam aliud luculentum de eius generis scribendi testimonium et indicium quanto opere sibi sic scribendo placeret, sed librariorum oscitantia factum est ut perire vera lectio, quae nondum est a quoquam reperta. Legitur in Praefatione ad *Historiam Animalium*: *probe scio etiam alios in hoc argumento elaborasse, ἐγὼ δὲ ἑμαυτῷ ταῦτα ὅσα οἶόν τε ἐν ἀβροῖσας καὶ περιβαλὼν αὐτοῖς τὴν ἸΤΝΗΘΗ λέξιν κειμήλιον ἐν ἀσπούδασον ἐκπονήσαι πεπίστευκα.* Quae est haec, quam dicit *συνήθης λέξις*? Si quid Hercherus credimus *συνήθη λέξιν* appellat „*elocutionem PROPRIAM IPSI AC SUAM.*” sed vehementer fallitur namque *ἡ συνήθης λέξις* est *ἡ κατημαξευμένη καὶ πᾶσι κοινὴ* unde vitiosa Graeculorum oratio *ἡ συνήθεια* appellari solet.

Quid scripserit Aelianus hi loci declarabunt. Demetrius in *Ἐρμηνείας* § 60: *πᾶν δὲ τὸ σύνθητες μικροπρεπές, διὸ καὶ ἀπὸ μασον.* et § 77: *ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης (λέξις) σαφὴς μὲν αἰ τῆ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος.* et § 190: *μικρότερον γὰρ τὸ συνήθηρον πάντων, τὸ δὲ ἸΤΝΗΘΕC καὶ μετενηνεγμένον μεγαλοπ,*

1) Simili modo tecte se ipsum laudavit Diogenes Laërtius, qui quum ea carmina composuisset (τὴν πάμμετρον) deinde soluta oratione vitas philosophorum scribere coepit. Hinc annotavit IV. 15: *ποιηταὶ μὲν ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν ἐν τυγχάνουσι, πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῆ πταιούσιν.*

τίς. Dionysius Halic. in iudicio de Thucydide Tom. VI. pag.

VI 3, 3 ἐβουλόμην μὲν, ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ἱμάς ποιῆσθαι λόγους δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δημηγορῶν ὑμᾶς τε ἀκούοντας εὐφραϊνον. Bis propter vicinarum litterarum similitudinem excidit vocula ἄν, ante ἄνδρες et ante αὐτός. Pergit sic: καὶ ὃ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν, ὃ δὲ τοὺς ἐνοχλοῦντας ἀποσεισθαι ἐκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως χρεὶ τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνεσθαι ὑπάρξει τὸ εὐελπι. Sententia et loci compositio postulant παρέχει το ὑπάρχει, quae verba a librariis saepe confunduntur. Etiam legantius abiecto altero ἔχει legeretur: τὸ δὲ τοὺς ἐνοχλοῦντας ἀποσεισθαι ἐκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως τὸ θαρραλέον καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνεσθαι τὸ εὐελπι παρέχει. Sed prior correctio sufficere videtur.

VII 2, 5 οἱ δὲ Γερμανοὶ ἀπὸ μὲν τῶν πεδίων, καὶ εἴ τινες ἴσαν χῶραι ἄδενδροι, ἀπεκεχωρήκεσαν, ἐν δὲ ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο γερὶ τε τὰ ἔλη διέτριβον, ὡς ἐκεῖ τὰς μάχας καὶ τὰς ἐφθδους ποιοῖντο, τῆς συνεχείας τῶν φυτῶν ἀπασχολούσης ἐς ἑαυτὴν τὰ βέλη καὶ τὰ ἀκόντια τῶν πολεμίων. Non pulchre dictum est ἀπασχολούσης τὰ βέλη, sed prorsus absone additur ἐς ἑαυτὴν. Fortasse latet hic aliquid vitii.

VII 4, 3 κελεύουσι νύκτωρ κατελθεῖν τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν [νεανίστους], ξύλα τε καὶ πελέκεις ἐπιφέρεισθαι, οἳ δὲ πεισθέντες κελεύουσι τῆς δεσπότης πρὸ τῆς ἔω συνῆλθον ἐς τὴν πόλιν. Ad sententiam note Gedicke pro νεανίστους coniecit οἰκέτας, sed cum haud satis probabile videatur, vocabulum sic depravatam esse, nescio fere an melius statuamus sciolum cum in praegressis νεανίσκοι memorati sint, ineptissime id vocabulum de suo interpolasse,

et Herodianum simpliciter scripsisse τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν, quos servos esse satis indicabat subsequens τοῖς δεσπόταις. Ita mox quoque § 5 nude scripsit οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεληλυθότες.

VII 5, 6 Provinciales, qui Africae praefectum occiderant, ad Gordianum, cui imperium offerunt: ἐφ' οἷς ἦν μὲν ἡμῖν συνᾶν καὶ κοινῶς τῶν κινδύνων γένη, αὐτὸς τε τῆς ἐν βασιλείᾳ τιμῆς ἀπολαύσεις, τό τε ἡμῖν προκείμενον ἔργον ἐπαινεθήσεται καὶ οὐ κολασθήσεται. Perpetratum facinus dici non potuit προκείμενον, de quo paullo ante orator dixit ἔργον γὰρ ἡμῖν τετόλμηται μείζονος ἀπογνώσεως δεόμενον. Expectatur προεργεχούμενον vel προεχειρουργημένον vel προεργασμένοι aut aliquid simile.

VII 5, 7 παραιτούμενος δὲ καὶ γῆρας προἰσχύμενος ἐκείνη, ἄλλως δὲ Φιλοδοξος ὦν, οὐδὲ ἀηδῶς ὑπέστη. Non male edita οὐκ ἀηδῶς, sed vide num lenius corrigere liceat οὐ δὲ ἀηδῶς ὑπέστη, καὶ εἰς εἰσοίτους.

VIII 3, 9 οὐ (scil. dei Aquilensium, Belini) καὶ τὴν εἰρήνην ἔλεγόν τινες τῶν Μαξιμίμου στρατιωτῶν φανῆναι πολλάκις ἐν ἀμῖν ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην. ὅπερ εἴτε ἀληθῶς ἐφαντάσθη τινῶν, ἢ καὶ <ἐπλάσθη vel ἐψεύσθη> βουλομένοις μὴ ἀσχημῶς τοσοῦτον στρατὸν πρὸς ὄχλον δημοτῶν πολὺ ἐλάττωνα μὴ ἀντιστάτη δοκεῖν δὲ ὑπὸ θεῶν ἀλλὰ μὴ ὑπ' ἀνθρώπων νενικῆσθαι, εἰπά οὐκ ἔχω. Locus nisi in hunc modum expletus recte intellegi nequit.

VIII 4, 5 ἀμπέλους μέντοι καὶ δένδρα πάντα ἐξέκοπτον, ἢ δὲ ἐνεπίμπρασαν. Si omnes arbores excidebant, non poterant partem comburere. Quare legerim: δένδρα πάντα <ἢ μὲν> ἐξέκοπτον, ἢ δὲ ἐνεπίμπρασαν, ut scriptum exstat VIII 1, 4 πάντες τε — ἢ μὲν ἐκφορήσαντας, ἢ δὲ καταπρήσαντας. Cf. V 7, 6.

VIII 4, 10 Φερομένη δὲ ἡ πίσσα σὺν οἷς προείρηται, δυνάμει τε διὰ τῶν γεγυμνωμένων μερῶν τοῦ σώματος, ἐς πᾶν ἐχέει, ὥστε τοὺς θώρακας αὐτοὺς πεπυρωμένους ἀπορρίπτειν καὶ τὰ λοιπὰ ὄπλα, ὧν ὁ σίδηρος ἐθερμαίνεται, τὰ τε ἐκ βυρσῶν τε καὶ ξύλων ἐφλέγεται καὶ συνείλετο. Ex oppositis τὰ τε ἐκ βυρσῶν τε καὶ ξύλων (sc. ὄπλα) apparere videtur ὁ σίδηρος dictum esse pro τὰ σιδηρᾶ (sc. ὄπλα). Quare nescio an scribi praestet: ὧν ὁ, τὸ σίδηρος (sc. ἦν) ἐθερμαίνεται.

VIII 5, 4 πανταχόθεν γὰρ τὰς τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς παραφρό-

ξαντες ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι τειχιῶν τε ἐγέρσει καὶ πυλῶν ἀσκή-
σειν. Suspicio: καὶ πυλῶν <κατ>ασκευαῖς vel lenius <κατ>ασ-
κευάσειν, a qua forma sequiores non abstinent. Cf. tamen
I 17, 1.

VIII 5, 7 Suppleverim: οἳ τε γὰρ Ἀκυλῆσιοι τοὺς ἐν τῇ πόλει
τελευτῶντας οὐκ ἔχοντας ὅπως θάψωσιν, ἐς τὸν ποταμὸν
ἀπερρίπτουν, οἳ τε ἐν τῷ στρατῷ Φονευόμενοι ἢ διαφθειρόμενοι νόσῳ
ἐβίδοντο τῷ ρεύματι, οὐκ ἔχόντων <οὐδ'> αὐτοὶ τὰ πρὸς ταφὴν
ἐπιτήδεια.

ADDENDA.

I 8, 3 πονηρᾶς καὶ βασκάνου τύχης quod Ioannes in ex-
cerptis non addidit πονηρᾶς καὶ, non satis causae est cur eum
editore ea verba deleamus. Cf. III 4, 5: ἐβάσκηνε πάντα
καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη.

I 9, 1 ὁ δὲ Περένιος ἀποσκευασάμενος πάντας —, ποιησά-
κτος τε αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίας, ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ. Sic
didit Mendelssohn secutus Reiskium pro optimorum librorum
et Ioannis Antiocheni lectione ὑπ' ἐξουσίαν. Factum nol-
lem. Nam inauditus hic verbi medii ποιῆσθαι usus. Aliquanto
melius me iudice Stephanus coniecerat ποιησάμενός τε αὐτὸν
(Commodam) ὑπ' ἐξουσίαν, i. e. ὑφ' αὐτόν. Cf. supra I
8, 1 sq. Infra II 9, 2 est ὑπὸ μιᾷ γὰρ ἦσαν ἐξουσία.

I 9, 5 καὶ πάντες ὑπώπτευσον μὲν τὰ λεχθέντα, πιστεύειν δὲ
οὐ προσεποιῶντο. Supra conieci post ὑπώπτευσον μὲν excidisse verba
ἀληθῆ εἶναι, nunc re iterum considerata nescio an potius leniore
manu rescribendum sit πιστεύειν δὲ οὐ<ν> προσεποιῶντο hac sen-
tentia: *Et quatenus omnes suspensa habuerint dicta, tamen re vera
fides se eis habere simulabant.* Ut enim mox sequitur, τότε και-
ρὸν εὐκαιρὸν ἔχοντες (Perennium) διαβάλλειν ἐπειρῶντο. Notissima
autem est ea particulae οὐν vis, ut significet fore ὄντως.

I 11, 1 τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος
ἐς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον, Πεσινούς δὲ ὄνομα αὐτῷ, τὴν δὲ προ-
γορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσύντος ἀγάλματος ἐξ οὐρα-

νοῦ, καὶ πρῶτον ἐκεῖσε (l. ἐκεῖ) ὀφθῆναι. *Molesta est repetiti verborum ἐξ οὐρανοῦ, quam alienae manus tribuerim.*

I 13, 4 τὸν τε ἐπικείμενον κίνδυνον οὐ μέλλοντα ἀλλὰ παρόντα ἤδη φοβηθεῖς, εἰ ἰμπινενς periculum non futurum καὶ iam praesens veritus. Nihil in his offendit, nisi quod fortasse rectius scriberetur <ὡς> οὐ μέλλοντα κτέ. E liberiore Politiae translatione: cum iam non ut impendens sed ut praesens periculum formidaret, si fide digna foret, effici posset eum legisse: τὸν κίνδυνον ὡς οὐκ ἐπικείμενον ἀλλὰ παρόντα ἤδη φοβηθεῖς sed minime, quod fecit Mendelssohn, eum ante oculos habuisse τὸν τε κίνδυνον ὡς οὐ μέλλοντα ἀλλ' ἐπικείμενον ἤδη φοβηθεῖς, siquidem μέλλοντα est futurum, non impendens, et ἐπικείμενον est impendens, non praesens. Cum vulgatis cf. VI 8, VII 5, 5. Non magis idem vir doctus mihi persuasit § 6, in verbis ἐς τὸ μέγιστον ὕψος ἄραι καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα βίψα coniciens ἐρεῖψαι. Constante enim ἐρείπειν usurpatur ἀπαιτίως, non de εὐδελίᾳ in εὐδελίᾳ. Hic βίψαι valet καταρῖψαι Cf. II 9, 6.

I 15, 7 πλὴν ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας παρὰ τοῖς δημόδεσσι εἶχε τινα χάριν. Pugnante haec fere cum iis quae modo scriptor ἀ Commodο dixerat § 2 τῷ δὲ Κομόδῳ περιδρομος κύκλω κατεσκευάσθη ὡς μὴ συσάδην τοῖς θηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι, ἀνθεν δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντίζων εὐστοχίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας περιέχοιτο δεῖξιν. Quare conieci πλὴν εὐχειρίας καὶ εὐστοχίας κτέ. Cf. l. l. Παρθυαίων — καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζεον ἄριστοι, αἱ πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλεν, et I 17, 12 οὐδενὸς ἦπταν εὐστοχίᾳ τε καὶ εὐχειρίᾳ.

I 17, 4 ἡ δὲ (καὶ αὐτὴ γὰρ ἔσργε τὸ παιδίον) περιπτύξασθαι καὶ Φιλοῦσα (Philocommodum) τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται. Uberratus foret καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἔσργε τὸ παιδίον.

I 18, 8 εἰώθει γὰρ αὐτὴ διρῆναι τε καὶ δίδοναι τὴν πρώτην πόσιν. Corrupte Ioannes Antiochenus δόσιν.

I 18, 9 οὐδένα καιρὸν εἶχεν ἐς ἀνάπαυσιν ὠρισμένον, ἀλλεπακλήλοισι καὶ διαφόρουσιν συνεχόμενος ἡδοναῖς, αἷς δὲ καταλαβουσι ὄρα καὶ ἄκων ἐδούλευεν. Editor coniecit αἷς δὲ καταλαβούσης ὄρας κτέ. At pro more scribendi Herodiani hoc significari vix potest τῆς τυχεύσεως ὄρας, sed ubi tempus venisset, quod contentantiae est contrarium. An forte scribendum αἷς μὴ καταλαβούσης ὄρας κτέ.

ύσης ὄρας καὶ ἄκων ἔδουλεε, *quidus non tuo tempore vel itus ipseudebat?* Cf. II 3, 2 ἡμέρας καταλαβούσης, II 9, 5 ἡμέρας καταλαβούσης, VI 4, 2 καταλαβούσης τῆς ὀρισμένης ἡρας. VII 2, 9 *χειμῶνος* — καταλαβόντος.

II 8, 1 ἄπερ εἰδὼς καλέσας τοὺς τε πανταχόθεν στρατιώτας ῥητὴν ἡμέραν, τοῦ τε λοιποῦ πλήθους συνελθόντος, — ἔλεξε. *Malim <συ>καλέσας.* Cf. III 6, 1 *aliosque locos quam plures.*

II 8, 9 ταύταις ἐκαιρόμενος ταῖς ἐλπίσιν ὑπτιάζε τε πρὸς τὴν ν πραγμαμάτων ἐπιμέλειαν, καὶ [ἐς τὸ ἀβροδῖαιτον] ἀνειμένως ἑς Ἀντιοχεῦσι συνευφραίνεται. *Iniuria editor epitomatores setus recidit verba nequaquam glossatorem prodentia ἐς τὸ βροδῖαιτον.* Cf. III 8, 5 et V 2, 4. *Sed revocanda fuerat ligata scriptura, quam agnoscit quoque codex Monacensis ἀνεινος.* Sic dicitur ἀνεῖσθαι ἐς τὸ κέρδος, εἰς ἀδικίαν, alia eiusmodi.

II 11, 8. Scribitur de Alpibus: ἐν τείχους σχήματι περιίται καὶ προβέβληται Ἰταλίας. At Alpes Italiam non cingunt, sed scripsisse videtur H. quod de montibus dici solet ἐρκεῖται, quo recepto nescio an simul transponendum sit: ἱκεῖται καὶ ἐν τείχους σχήματι προβέβληται Ἰταλίας.

II 13, 5 ἐσι δὲ ἐν ἐμοὶ ὅτι ποτ' ἂν ὑμᾶς δρᾶσαι θελήσω. *Iskio obtemperandum fuerat verissime corrigenti: ἐσι δ' ἐπ' οὐ κτέ.*

II 13, 6 Recte optimi codices: τὴν <δὲ> Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔκ. Nam offensionem hic est asyndeton.

II 14, 4 ὅτι ἄρα εἷη ἀνὴρ πολύτροπός τις καὶ μετὰ τέχνης ὡς προσφέρεσθαι πράγμασιν. *Malim τοῖς πράγμασιν.*

III 1, 3 *Suppleverim: Ἀττηνοὶ δὲ ἤλθον αὐτῷ ταξόται σύμμοχοι, πέμψαντος Βαρσημίου, ὃς τῶν τόπων <τούτων> ἐβασίλευε. et ΤΟΠΩΝ facile excidit simile ΤΟΤΤΩΝ.*

III 4, 5 πλήθος —, ὅπερ ἐκ τε τῶν περιειμένων πόλεων καὶ ῥῶν ἡθροῖσο, ὡς ἀπ' ἀσφαλοῦς τοῦ τόπου τὰ γιγνόμενα θεάσιντο. *Soloecum est futurum. Emenda θεάσαιντο.*

III 6, 5 ὡσπερ δὲ αὐτὸν εὐεργετοῦντες πρότερον τιμῆ καὶ δόξης κμήσαμεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτοῦ τὸ ἄπιστον καὶ ἀνανδρον τοῖς λαοῖς ἐλέγξομεν. *Herodianum scripsisse ἐλέγξομεν arguunt a verba sequentia: οὐδὲ γὰρ ὑπομενεῖ ὁ ἐκείνου στρατὸς κτέ.*

III 8, 8 ὡς γὰρ καρτερίᾳ ψυχῆς καὶ ἀνεξικακίᾳ πόνων διοικήσει

τε στρατιωτικῶν πραγμάτων οὐδενὸς τῶν ἐπαινουμένων ἀπελά-
πετο. Pro στρατιωτικῶν editor coniecit πολιτικῶν, ut suspicor,
quod διοικήσεις de re publica administranda plerumque dici solet.
Vehementer tamen num recte coniecerit dubito. Nam ut taceam
mutationis violentiam, magnus quidem erat Septimius Severus
belli dux et rei militaris peritissimus, verum nihil est apud
Herodianum unde appareat eundem tam egregie administra-
rem publicam, ut dici queat ea in re οὐδενὸς τῶν ἐπαινουμένων
ἀπολείπεσθαι. Neque enim id satis tuto efficias ex iis quae
scripta exstant III 10, 2 et 13, 1. Imprimis vero inspiciantur
praeter ea quae hunc ipsum locum excipiunt, quae scriptor tra-
dit III 15, 2: ἐνδοξότατα βιώσας ὅσον πρὸς τὰ πολεμικά.

III 9, 10 κατ' ὀλίγον τε προῖων ἐπέτη Κτησιφῶντι, ἐνθ' ἦν ἡ
μέγας βασιλεὺς Ἀρτάβανος. Insiticia videntur verba ἐνθ'
— Ἀρτάβανος. Modo enim § 9 Herodianus idem dixerat scri-
bens ἐς Κτησιφῶντος — ἐνθα ἦν τὰ βασιλεία τοῦ Παρθυαίου καὶ
αὐτὸς διέτριβεν εἰρήνην ἄγων. Regis nomen et dignitatem inter-
polator scire potuit ex loco IV 10, 1 sq.

III 13, 2 ἢ τε περὶ ἐκεῖνα (τὰ θεάματα) σπουδὴ τε καὶ φιλο-
νικία (i. φιλονικία), διάφορον ἔχουσα καὶ ἀντίπαλον αἰ τῆ
γνώμην, τῶν ἀδελφῶν ἐτάραττε (Sylb. ἐσπάραττε) τὰς ψυχὰς.
Vix recte σπουδὴ τε καὶ φιλονικία dicitur διάφορον ἔχειν τῆ
γνώμην. Num forte corrigendum ἔχόντων, quod referatur ad
sequens τῶν ἀδελφῶν?

Mox legerim: ἤδειτο δὲ καὶ ἐφοβεῖτο τὸν <μὲν> πατέρα πρᾶξι π.
ἀνήκεσον, τῇ δὲ (pro τε cum Mendels.) θυγατρὶ μὲν ἐκείνου γυ-
ναικὶ δὲ αὐτοῦ παντὶ τρόπῳ θάνατον ἐμηχανᾶτο.

III 15, 2 ἀνεπαύσατο τοῦ βίου, ἐνδοξότατα βιώσας, ἵπν
πρὸς τὰ πολεμικά. Verbo ἀναπαύεσθαι H. absolute uti amat pro
ἀποθνήσκειν. Sic v. c. I 4, 7 de Marco Aurelio: ὁ μὲν οὖν πα-
τὴρ τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας ἀνεπαύσατο, et hoc ipso quae
nunc tractamus loco § 3. Quare suspectum habeo additum τῷ
βίῳ praesertim in vicinia participii βιώσας. Eademne correctio
opus sit an non sit VI 1, 4 et VII 9, 8 ambigo.

IV init. verba βασιλεύσαντι δεκτακαίδεκα ἔτεσιν otiose repetita
ex III 15, 3 abesse malim.

IV 4, 6 ὁ δὲ (Caracalla) προελθὼν τὸ μὲν πραχθὲν εὐθείας
οὐχ ὠμολόγησεν, ἐβόα δὲ πεφουγῆναι κίνδυνον. Expectabam esse

θέως vel potius τὸ πραχθὲν εὐθέως μὲν οὐχ ὁμολόγησεν, in quae sequuntur ἔβρα κτῆ. deinde illustrantur verbis e regione positis: τοιαῦτα δὴ τινα πλαγίως ἐμφαίνων νοεῖσθαι μᾶλλον ἐβούλετο τὰ πραχθέντα ἢ ἀκούεσθαι.

IV 5, 4 τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα διὰ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ ἀπάσης ἐνέδρας ἐπεβούλευσέ μοι, ξενεσιν ὑμῖν καὶ διὰ βασιῶν χωρήσασι μαθεῖν. Desideratur subiectum, sive Γέτας fuit νεὸς ἀδελφός μου sive ἐκεῖνος, quod nondum iniecta de fratre mentione eo minus potuit reticeri a Caracalla, cuius haec est ad senatum necem excusantis oratio, quod proxime praecedit δὲ πραχθέντος, relatum ad ipsum Caracallam.

IV 8, 9 ἐκεῖθεν δ' ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνήμα, τὴν τε λαμύδα ἣν ἔφερεν ἀλουργῆ, δακτυλίους τε οὓς εἶχε λίθων τιμωρῶν ζωστήρας τε καὶ εἰ τι πολυτελὲς ἔφερε, περιελὼν ἑαυτοῦ πέθηκε τῇ ἐκείνου σορῶ. Melius Ioannes Antiochenus ἐφόρει, misso ἔφερε post πολυτελές.

IV 9, 4 ἐκεῖ συνελθόντων. Corrigatur ἐκεῖσε.

IV 10, 1 καίτοι γε οὐσης εἰρήνης βαθείας, Nec καίτοι positum pro καίπερ, nec per se si rem spectas, vocula γε nullo interposito vocabulo iuncta cum καίτοι apud sequioris aevi scrip-
torem offensionem est. Nihilominus suspectum est additum γε apud Herodianum, qui, si recte memini, semper nudo καίτοι uti assolet.

IV 12, 8 ὁ δὲ Μακρίνος καθ' αὐτὸν γενόμενος τὰς τε ἑλλας ἐπιλύεται (λύεται?) ἐπιστολάς, περιτυχῶν δὲ καὶ τῇ καθ' αὐτοῦ θανατηφόρῳ ὄρῳ προὔπτον κίνδυνον ἐπικείμενον. εἰδὼς τε τοῦ Ἀντωνίου τὸν θυμὸν καὶ τὸ Φοινικὸν ἐπὶ τοιοῖσδε γράμμασι, ΚΑΙ πρόφασιν αὐτῷ εὐλογον ὑπάρξουσιν, τὴν μὲν (recte editor τὴνδε καὶ τὴν) ἐπιστολὴν ὑφαιρεῖται, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἀπαγγέλλει ὅς εἰεν συνήθειαι. De trium ultimorum vocabulorum emendatione vide Mendelssohnii adnotationem. Equidem omissa non desiderarem, sed utcumque ea res se habet, dubium mihi non est quin verba praegressa, in quibus neminem haesisse valde miror, sic transponenda sint: εἰδὼς τε τοῦ Ἀντωνίου τὸν θυμὸν καὶ τὸ Φοινικὸν, ΚΑΙ ἐπὶ τοιοῖσδε γράμμασι (post acceptas eiusmodi litteras, quibus Maternianus Macrinum accusaverat quod Caracallae insidias strueret) πρόφασιν αὐτῷ εὐλογον ὑπάρξουσιν, τὴνδε ἐν τῇ ἐπιστολῇ ὑφαιρεῖται. Sic demum locus recte intellegi potest.

IV 13, 8 Τοιούτω μὲν δὴ τέλει ἐχρήσατο ὁ Ἀντωνίνος καὶ ἡ μήτηρ Ἰουλίᾳ, βιώσαντες ὡς προείρηται. Quo pacto vixit Caracalla narravit scriptor, matris autem vitam vix attigit. Quare multum vereor ne sciolus propter commemoratam paulo ante Iuliae mortem interpolaverit verba καὶ ἡ μήτηρ Ἰουλίᾳ, quibus deletis nescio an emendandum sit βιώσας ὡς προείρηται.

IV 15, 7 ἐν γὰρ ταῖς παρατάξεσι τὸ μὲν τῶν βαρβάρων ἔτατον πλῆθος καὶ προσκαίρως ὠρισμένον αὐτὸ ἐαυτῷ ἴσως γένοι' ἂν ἐναντίον. Admodum probabilis mihi quidem videtur Sylburgii coniectura προσκαίρως ἠθροισμένον. Nam eadem de re supra III 1, 2 scripsit: ὁ δὲ Παρθυαῖος ἐπιστελεῖν ἔφη τοῖς σατράπαις δύναμιν ἀθροίζειν· οὕτω γὰρ εἴωθεν, ὀπηνίξ' ἂν δεηθῆς ρατὸν συλλέγειν, τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεχῶς στρατιωτικόν et iterum VI 5, 3 οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρωῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεχῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅπη καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπ' ἀνελεύσει βασιλεύς, ἀθροίζεται. Cf. VI 6, 7. Quid vero aliud est προσκαίρως ἀθροίζειν exercitum, si hoc non est? Satis igitur mirari non possum editorem annotantem „latet aliud, velut συνισάμενον.”

IV 15, 4 πρώτης μὲν οὖν καὶ δευτέρας ἡμέρας ἐξ ἐπιθουῦ ἐξέσπεραν ἐμαχίσαντο, καὶ νύξ ἐπελθοῦσα διέλυσε τὰς μάχας —, τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ συνῆλθον ἐς τὸ αὐτὸ πεδῖον μαχούμενοι. Moxito expectes: τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ <πάλιν vel τρίτον, quod facilius excidere potuit propter praegressum τρίτη> συνῆλθον κτέ.

V 2, 2 συκοφάνται τε ἢ δοῦλοι, ὅσοι δεσπότας κατ' ἡγγελοῦ ἀνεσκολπίσθησαν. Constanter H. utitur sequiore forma aoristi passivi ἡγγέλην pro ἡγγέλθην, eadem constantia usurpans participium ἀγγελθείς, pro quo (quod mireris) nusquam apparet ἀγγελάς. Sed suspectum habeo aoristum secundum activum ἡγγελον, siquidem alibi semper, si recte memini, apparet proba forma ἡγγελάς.

V 3, 2 Μαῖσα ἦν τις ὄνομα, τὸ γένος Φοίνισσα, ἀπὸ Ἐμέσῃ καλουμένης οὕτω πόλεως ἐν Φοινίῃ. Verba ἐν Φοινίᾳ recte cum Ioanne omittenda censet editor, sed licet agnoscat epitomator eadem litura deleverim verba καλουμένης οὕτω πόλεως. Minime enim obscura urbs fuit Emesus, ut arbitror.

V 3, 5 λίθος δὲ τις ἐστὶ μέγιστος, κάτωθεν περιφερής, λίγαν ἐκ

ἐξήγητα — διοκετῆ (l. διοκετῆ) τε αὐτὸν εἶναι σεμνολογοῦσιν, ἐξοχὰς τε τινὰς βραχέϊας καὶ τύπους δεικνύουσιν, εἰκόνα τε Ἡλίου ἀπὸ γαζον εἶναι θέλουσιν, οὕτω βλέποντες. Duo ultima vocabula, etsi neglecta in Politiani versione, cum editore damnare non ausim. Cf. infra 4, 4: οἱ δὲ πιστεύσαντες Ἀντωνίνου τε εἶναι τέκνον καὶ ὁμοιάτων γε (βλέπειν γὰρ οὕτως ἤθελον) κτί. Expectes quidem οὕτω βλέπειν θέλοντες, sed praegressum θέλουσιν minus gratam reddit eiusmodi scripturam.

V 3, 8 Our Mendelssohnio suspecta sint verba καὶ τῆς ὄρας αὐτοῦ (Elagabali) πάντων τὰς ὄψεις ἐς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσης vellem dixisset. Equidem nihil in his reperio, quod vel levissimae sit dubitationi obnoxium.

V 3, 10. Suppleverim: ὅπερ ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, τοῖς στρατιώταις κατ' ἄλλογον ἀπαγγέλλοντες διαβόητον ἐποίησαν τὴν Φήμην, ἢ <Φιλεῖ> ἐς πᾶν χωρῆσαι τὸ στρατιωτικόν.

V 4, 3 βαλλάντια. Hic et alibi reponatur vera vocabuli forma βαλλάντια.

V 6, 5 χρήματά τε πάμπλειστα τῇ θεῷ ἐς προῖκα δὴ ἐπιϋῶναι ἐπέλυσε. κομισθέν τε τὸ ἄγαλμα συνέπισε δὴ τῷ θεῷ. Editor expungit alteram voculam δὴ, cuius ironica vi locum privare quidem nolim. Cf. II 12, 3. Si quid mutandum, potius expungam verba inutilia ἐς προῖκα δὴ, quorum incerta est in literis sedes. Optimi enim codd. exhibent ἐπιδοῦναι εἰς προῖκα κέλυσε. Verbum ἐπιδοῦναι sollemni usu adhiberi de dote notum est.

V 6, 6. Supplendum: πανηγύρεις τε παντοδαπὰς συνεκρότει, πτοδρόμους τε κατασκευάσας καὶ θέατρα, διὰ τε ἡνιοχείας καὶ γάτων θεαμάτων τε καὶ ἀκροαμάτων [πλείσων recte del. Mend.] ὑπαχούμενον τὸν δῆμον καὶ παννουχίζοντα εὐφραίνειν <δεῖν> ᾗετο. X. V 8, 8 τότε δὲ καὶ τοῖς συλλαμβανομένοις ἐπαμύνειν δεῖν ἰγούμενοι et VI 2, 5 ὅπλοισ ἀλλ' οὐ λόγοις οἰόμενος δεῖν ἃ πράγματα διοικῆσθαι.

V 7, 2 εἶναι δὲ ἕτερον τὸν τὰ ἀνθρώπεια διοικοῦντα, ἐκείνῳ ἢ παρέξοντα τῆς βασιλείας τὸ ἀνενόχλητόν τε καὶ ἀμέριμνον. primo vero διοικήσοντα. In proximis verbis μετονομάζεται, ὁ Ἀλεξιανδρὸς [καὶ] Ἀλέξανδρος [καλεῖται] quae seclusi abesse alim.

V 8, 1 de Elagabalo: περιδεραιοὶς δὲ χρυσοῖς ἐσθῆσί τε ἀπαλαῖς

ἀνάνδρως κοσμούμενον, ὀρχούμενον τε οὕτως ὡς ὑπὸ πάντων
δρᾶσθαι. Sic Graece non scribitur pro πάντων δρώντων. Herodiano reddatur: ὀρχούμενον τε οὕτως ὡς ὑπὸ πάντων <ὑπερ>
ρᾶσθαι.

V 8, 3 ὅπως — οἰκειώσεται. Ex optimis libris receptam oportuit οἰκειώσεται.

VI 2, 6 παμπλείσις ἐν ἔτεσι Μακεδόνες — ἐβασίλευσεν. In talibus H. longe plerisque locis usurpat genetivum temporalem, aliquanto rarius accusativum, rarissime dativum, velut III 15, 3. IV 1, 1. VI 9, 8. Sed praepositionem addere non solet, quare hoc quoque loco nescio an sit expungenda.

V 3, 6. Supple: ἀλλ' οἱ μὲν πρεσβύτεροι ὑμῶν ὑπομήσονται ἑαυτοὺς <τῶν> τροπαίων, ἀ — ἡγείρατε.

VI 4, 6 Mireris Herodiani, ceteroquin satis severi iudicis, iudicium non indignantis de laeso ab Alexandro Severo imperatorum gentium, qui Persarum legatos παρελόμενος πάσης τῆς περιουσίας σκευῆς ἐς Φρυγίαν ἐξέπεμψε, δούς κόμας τε οἰκίειν καὶ χώραν γεωργεῖν, sed laudantis imperatoris magnanimitatem quae homines, ut ipse confitetur, τὰ κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ ἑαυτῶν δόπτου ἀγγελλαντας, non potius occiderit.

VI 6, 4 Alexander ἐπερώσθη τῷ εὐψυχῆι καὶ εὐδῶρι τῆς πόλεως (Antiochiae) μετὰ τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ [Ξηρόν] αὐχμῆι. Ridicule additur Ξηρόν, quasi vero νοτερός αὐχμῆς cogitari possit.

VII 1, 12: ἦν δὲ καὶ τὴν ὕψιν φοβερότατος καὶ μέγιστος τὸ σῶμα ὡς μὴ βραδίως αὐτῷ τινὰ μήτε Ἑλλήνων τῶν σωμασκούων μήτε βαρβάρων τῶν μαχιμωτάτων ἐξισοῦσθαι. Perinepte Herodianus, (nam ipse in culpa esse videtur) haec verba subiungit hisce: τοιαῦται μὲν δὴ τινες αἰτίαι ἔτι μᾶλλον ἐς τραχύτητα καὶ ὀμότητα ἠκρόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίλου ψυχὴν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν. Maximo et robustissimo corpore fuisse Maximinum supra iam bis dixerat V 8, 1 et VI 1, 6 (ubi rectissime M. del. στρατιωτικὴν post ἰσχύν), sed uterque locus sic erat comparatus, ut homo rudis atque incompositus non inveniret quo pacto ibi τὸ τῆς ὕψεως φοβερόν et plane singularem virium magnitudinem describeret.

VII 5, 7 de Gordiano: ἐν τε γῆρα ἰσχύατι οὐ πάνυ τι δεῖν νομίζαν, εἰ δέοι, ἐν βασιλικαῖς τιμαῖς καὶ τελευτῆσαι. Si recte incisum est post δέοι, nescio an scribendum sit καὶ ἐν τελευτῆσαι.

VIII 4, 5 ἄπερ πάντα (sc. τὰ δένδρα) ριζόθεν ἐκκόψας ὁ στρατὸς ἐπὶ τὰ τείχη ἠκείνητο. Paucis ante versibus scriptor dixerat partem arborum excisam partem conflagratam esse, quare si accurate locutus est, hic non ἐκκόψας scripsit, sed usus est verbo generali, velut ἐκτρίψας.

VII 4, 10 ἐκ τε τοῦ τοιούτου πάμπλειστον πλῆθος τοῦ στρατοῦ τὰς τε ὄψεις ἐπηρεοῦντο καὶ τὸ πρόσωπον ἠκρωτηριάζετο, τὰς χεῖρας καὶ εἴ τι γυμνὸν ἦν τοῦ σώματος. Legerim τὰς τε ὄψεις ἐπηρεοῦτο καὶ ἠκρωτηριάζετο τὰς χεῖρας καὶ εἴ τι γυμνὸν ἦν τοῦ σώματος, vel potius ἐπηρεοῦτό τε τὰς ὄψεις καὶ ἠκρωτηριάζετο τὰς χεῖρας κτέ.

VIII 8, 6 οἱ στρατιῶται — ἀρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας· περιρρήξαντες δὲ αἱ εἶχον — ἐσθῆτας, — γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως· παίοντές τε καὶ ἀποσκώπτοντες τοὺς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας —, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπήγον. Editor bene coniecit ἐπισκώπτοντες, sed fortasse etiam lenius duabus litteris repetitis corrigere licet ἀποσκώπτοντες <ἐς> τοὺς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας, quo facto παίοντες obiectum habebit praegressum τοὺς πρεσβύτας.

 DIODORUS SICULUS.

XI 35: τὸ μέγεθος τοῦ διατήματος ἤλεγχεν ἀδυνατοῦσαν τὴν προσαγγελίαν.

Leg. ἀδύνατον οὔσαν.

XI 39: ὀρῶντες τοὺς Ἀθηναίους — πεποικημένους δόξαν μεγάλην.

Vera lectio est ἡ πεποικημένους, id est ΠΕΡΙπεποικημένους. quum *idcirco Athenienses magnam gloriam esse adeptos.*

XI 50: τὸν χρησμὸν ἔφασαν εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν ΛΕΓειν.

Corrige ῥΕΠειν, ut in *Pluto*:

οὐκ ἐστ' ὅπως ὁ χρησμός ἐς τοῦτο ῥέπει.

C. G. C.

PINDARICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Pindarum quisquis studet emendare, arduum imprimis suscipit negotium et quum prodit in scenam post Boeckhium aliosque, qui in hoc literarum campo sibi immortalem laudem pepererunt, summum periculum est ne cum sibilo excipiat et ex stadio iubeatur facessere. Hinc dixerit quispiam se mirari, quod aliorum naufragia me non cautum fecerint; desipientis enim esse culpam deprecari malle quam non committere; sed habeo tamen quibus me tuear, etiamsi decurrere nolim ad decantatam Phaethontis excusationem. Nam si quis suo Marte recensere velit omnia Pindari carmina et novam parare editionem, huic opus erit poetam tanquam digitos suos nosse et post improbum aliquot annorum laborem tandem fortasse aliquid aliquando pariet, quod hac literarum luce dignum sit. Mea autem ratio diversa est. Anni sunt ferme viginti, ex quo aliquam cum Pindaro familiaritatem contraxi post saepius repetitam lectionem praecleari libri de Pindari Vita et Carminibus, quem Leopoldus Schmidtius scripsit, cuius elegans ingenium et doctum acumen iamdudum cognoram, quo tempore me Bonnae perquam familiariter excepit, credo propter communem amicum Eugenium Mehlerum, *Φιλίων δ' ἐπέων ἀρχητο, ξείνοις ἄ τ' ἐλθόντεσσιν εὐεργέται δειπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον*. Sed ut illuc redeam, nam populares certe mei cognoscere potuerunt quae olim vernaculo

sermone conscripsi ad Schmidtii librum commendandum, per tot annorum spatium quum aliarum rerum satagerem, tamen identidem ad Pindarum recurrere solebam, numquam sine aliquo fructu. Tandem adnotationum mearum farraginem excutere coepi, adhibita postrema Bergkii editione, quae quanto opere ornatio et emendatio sit quam prima editio, qua hucusque usus fueram, difficile est dicere; tantum enim interest quantum inter bellulum puerum et adultum virum. Mihi autem tunc accidit, quod fere in tali negotio solet. In nonnullis uberiores Bergkii doctrinam lubens agnovi et intellexi me idoneis subsidiis destitutum fuisse; aliae erant observationes et emendationes, quae mihi maxime placuerant, nam veritas incurrebat in oculos; earum magnam partem praereptam mihi vidi, nam quod ante pedes est positum, doctos interpretes diu latere non potuit. Verum hoc ipsum audentiorem me reddidit, ut in medium proferrem selectas suspensiones inter legendum mihi subnatas, quae aut satis certae esse viderentur, aut certe minime incertiores iis, quas hucusque editoribus probatas esse comperi. In qua re si modum excessisse videbor, nocui mihi ipsi meaeque existimationi, Pindaro nihil nocui, nam in re critica quod vita & luce indignum est, cito perit et in oblivionem abit.

Sequitur carminum ordinem et statim in primo versus septimus extensioni est:

μηκέτ' ἀλλίου σὺ κεί

*ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἀμέρᾳ Φαεινῶν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος,
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν.*

Sic tanti fortasse non fecerim alibi Pindarum, Olymp. II 92, mediam formam *αὐδάσομαι* usurpare, nam quod Codicum lectiones arguunt et per se ipsum satis intelligitur, *αὐδάσομεν* et *αὐδάσομαι* facile potuerunt confundi. Sed multo gravior est, quod soloecae cum futuro indicativi modi iungitur adverbium *μηδέ*. Nunc mihi cum Herwerdeno res est, qui post alios acriter contendit *αὐδάσομεν* coniunctivum esse, cum Pindarus Homericis more interdum coniunctivi vocalem corripere soleat. Per se spectatum aoristum facile feram, nam plane eodem modo invenio Isthm. VII 8: *μήτ' ἐν ὄρφανίᾳ πέσωμεν σεφάνων μήτε ἰδέα θεράπευε*, sed ut credam *αὐδάσομεν* apud Pindarum pro *αὐδάσομαι* stare posse, firmis et indubitatis exemplis opus erit.

Herwerdenus autem tres locos indicavit, sed quantum iudicare possum, frustra fuit. Veluti quod scribit: „Etiam Ol. VI 24: ἔφρα — βᾶσομεν ἄκρον, ἴκωμαι δὲ κτέ., prius verbum non aliter quam posterius coniunctivum esse, admodum videtur probabile”: hoc concedam, dummodo duo loci, qui soli supersunt, aliquam πειθανάγκην habeant. Sed secus est. In Isthm. VII 9 post ea verba, quae supra laudavi, statim sequuntur illa: πᾶσάμενοι δ' ἀπράκτων κακῶν γλυκὺ τι δαμωσόμεθα καὶ μετὰ πίνω. „Nec quidquam certius est”, ait Herwerdenus, „quam coniunctivum esse δαμωσόμεθα, ut iam antiquitus intellectum est a Scholiasta”. Equidem, dicam enim quod sentio, plane non video quidni δαμωσόμεθα futurum possit esse, neque auctoritatem Scholiastae tanti habeo quanti sanam rationem. Post μήτε πείσωμαι, post μήτε θεράπευε, sequitur futurum δαμωσόμεθα: cur hoc miramur? Scribit Horatius: prome reconditum, Lyde, stressa Caecubum; munitaeque adhibe vim sapientiae; deinde nonnullis interpositis sequuntur illa: Nos cantabimus invicem Neptunum: Num cantemus hic magis placebit quam cantabimus? Idem cecinit: reddere victimas aedemque votivam memento: nos hemilem feriemus agnam: nemo hucusque rescribere voluit ferimus. Paene suspicor me causam non perspexisse, cur Herwerdenus δαμωσόμεθα aoristum pronunciet esse, nec refutare possum argumenta, de quibus ne coniiicio quidem quae amicus meus habuerit. Videat tamen num forte etiam aoristum agnoscat Nem. IX 1: κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλωνος Σικυώνοθε Μοῖσαι. Sed fortasse τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφήσει et provocabit ad Olymp. VII 3, de quo loco ut iudicare possimus, integra strophe adscribenda erit:

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἐλών

ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ

δωρήσεται

νεανία γαμβρῶ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε, πάγχρυσον κορυφῶν

[κτεάνων,

συμποσίου τε χάριν κᾶδός τε τιμάσαις ἐόν, ἐν δὲ Φίλων

παρέοντων θῆκέ νιν ζαλωτὸν δμόφρονος εὐνᾶς.

Ad hunc locum Dissenius ita disputat: „In re quae facta est, fit, fiet, recte etiam futurum tempus usurpari liquet.” Pertinaciter negat Herwerdenus, nec dubitat quin δωρήσεται hic coniunctivo modo accipiendum sit pro δωρήσεται. Novi sane apud

indarum *ei* cum coniunctivo modo interdum construi, sed facile id verum esse comperies quod Schmidtius scribit p. 294: *Es wird dadurch ein besonderes Interesse an dem Eintreten oder Nicht-eintreten des vorausgesetzten Falles ausgedrückt, wie wenn wir im Deutschen das wenn scharf betonen oder ein ja hinsusetzen, und völlig jene Nuance der Gleichgültigkeit entfernt, welche in εἰν liegt. Unser Dichter deutet durch die nämliche Construction noch öfter das Ausserordentliche oder gemüthlich Afficirende eines bedingungsweise Angenommenen an und erzielt dadurch eine ächt lyrische Wirkung.* Operae pretium est locus qui eo pertinent, conferre ut appareat quam vere hoc observatum sit. Olymp. VI 11: πολλοὶ δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῆ. Pyth. IV 266: εἴ ποτε κριμέριον πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον. Pyth. IV 274: εἰ μὴ θεὸς ἀγε-ἀνεσσι κυβερνατῆρ γένηται. Nem. IX 46: εἴ τις ἄμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἄρηται κῦδος. Isthm. III 59: τοῦτο γὰρ ἀθάνατον Φωνᾶν ἔρπει, εἴ τις εὖ εἶπῃ τι. Isthm. IV 13: εἴ τις εὖ κέσχωμ λόγον ἐσθλὸν ἀκούσῃ. Sed imprimis huc cum Schmidtio referam Nem. VII 11: εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν ἰοαῖσι Μοισᾶν ἐνέβαλε et Nem. VII 15: εἰ δὲ Μναμοσύνας ἔκατι ὑπαράμπυκος εὐρηται ἄποινα μόχθων. Nihil horum cadit in eum locum, unde disputandi initium fecimus et si vel maxime celeret, repugnaret tamen indicativus θῆκε, qui non minus pendet ab eadem illa coniunctione *ei*. Sed salva res est: neque futurum *δωρήσεται* hic satis recte ponitur, neque coniunctivum tolerabimus: est tamen satis certa scriptura, nam sicuti θῆκε moristus est, itidem requiro indicativum aoristi *δωρήσατο*. Brevis versiculi ultima syllaba communis est.

Restat iam ut quaeramus de illo *αὐδάσομεν*, quod nec pro *αὐδάσωμεν* stare potest, neque futurum potest esse, cum adverbium *μηδὲ* indicativum modum respuat. Quid igitur faciemus? Praecedit imperativus *μηκέτ' ἀελίου σκόπει*, quocum iungam:

μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδα σὺ μοι.

Nec certe quisquam dicit eam medicinam nimis violentam esse. Simillimum vitium est Nem. IX 28: εἰ δυνατόν, Κρονίων, γείραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοςόλων ἐγχέων, ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς ἀναβάλλομαι ὡς πρόσιτα, μοῖραν δ' εὐνομον αἰτέω ε παισὶν δαρὸν Αἰτναίων δπάζειν, sed quod reponere volui ἀνα-ἀλλέμεν, id Herwerdenus occupavit emendare. Leopoldus

Schmidtus propter pag. 242 hic, uti arbitror, nobis assensusus est. Quod attinet ad usum verbi activi ἀναβάλλειν, cf. Olym. 19. 584: μηκέτι νυν ἀνάβαλλε δόμοις ἐνὶ τοῦτον ἄεθλον. Vulgata lectio ridicula est. Conferre iuvat Euripidis Hecubam vs. 72:

ὦ πρότνια Χθών,

μελανοπτερύγων μηῆτερ ὄνειρων,

ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,

non novi quis primus correxerit ἀπόπεμπέ μοι, sed quisquis fuit, placet ea coniectura.

Genitivus casus displicet Olymp. II 19:

ἔσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει

καλίγκοτον δαμασθέν,

et multum praefero dativum ἔσλῶ. Eodem modo nec dissimili de causa Heindorfius correxit Pyth. II 75. Itidem vs. 30: ἦν βροτῶν γε κέρνεται πείρας οὐ τι θανάτου, praestat βροτῶ.

Olymp. II 63 cur malim χαράσσοντες quam τάρβασοντες, dii Mnem. XX 248.

Soloecum est quod editur Olymp. III 25:

δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ἄρμαιν'

Ἰσρίαν νιν.

Rem Dissenius p. 47 utcumque excusare conatus est, sed Bergkius recte vidit πορεύειν pro πορεύεσθαι stare non posse: quod autem commentus est, ut ei malo mederetur, id divulgare non debent qui docti editoris manes placatos sibi esse cupiunt. Est tamen vera lectio sat facilis inventu: cf. modo Pyth. X 28: περαινει πρὸς ἔσχατον et videbis hic quoque reponendum esse περαινειν. Sic difficultatis nihil supererit.

In extrema Olymp. III dubitatur de scriptura ultimum versuum. Bergkius olim ediderat:

νῦν γε πρὸς ἔσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἰπάνων ἄπτεται

οἴκοθεν Ἡρακλέος σαλαῶν· τὸ πόρσω δ' ἐσι σοφοῖς ἄβατον

κάσφοις· οὐ μιν διώξω· κεινὸς εἶην.

Haec verba Leopoldus Schmidtus ita interpretatur: Was darüber hinaus ist, ist den Kundigen und den Unkundigen unerreicht.

ich werde sie nicht verfolgen: mag ich immer inhaltillos sein. Non recat omnia describere quae doctus interpres post Dissenium attulit ad eam versionem commendandam et illustrandam, sed non negligendum est quod vere pronunciat *κεινός εἶην* neutiquam stare posse pro *κεινός ἂν εἶην*, putidum autem esse mutato accentu legere velle *κεῖνος*. Pertinet hoc ad Scholiastae reprehensionem, qui inutilibus ambagibus nihil demonstravit praeter illud, se locum non potuisse expedire. Sed etiamsi dederim quod minime concedam, *κεινός εἶην* significare posse: *mag ich immerhin inhaltillos sein*, nam eleganti versione effecit Schmidtus ut minus appareret, etiam hoc sensu particulam conditionalem abesse non posse et periculum est interdum Germanice scribentibus et cogitantibus, quod minus magnum est iis, qui usu Latini sermonis veterum criticorum morem retinuerunt, tamen gravis offensio est circa pronomen *μιν*. Schmidtus affirmat plurali numero nunc *αὐτούς* intelligi, sicuti Olymp. X 16; verum citatus testis non respondet, nam pro *μή μιν* post alios Bergkianus recte edidit: *ἐγγυάσομαι ὅ μιν, ὡς Μοῖσαι, Φυγέξενον γρατὸν μὴδ' ἀπειρατον καλῶν, ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματῶν ἀφέξασθαι*. Videamus quid in Codicibus sit. Veteres libri plurimi *ὅ μιν διώξω* habent, alii *οὐ νιν*, alii *οὐ μὴν*, unde Bergkianus nunc restituit: *οὐ μὴ διώξω*. In activa futuri forma *διώξω* nihil est quod nos morari debeat, nam Isthm. VII 37 apparet Pindarum *διώξειν* dixisse, non *διώξεσθαι* itaque *διώξω* non necessarioconiunctivus aoristi est et *οὐ μὴν διώξω* scribi poterit, ut haec cum superioribus melius coniungantur, neque opus erit lectione, quae Atheniensibus potuit necessaria videri: *οὐ μὴ διώξω*. Sed quid est *κεινός εἶην*? Frustra, opinor, erimus nisi rescripserimus *ὅ μὴν διώξω κεινός ἔμμεν*. Unum certe est quod lucrabimur, nam etiam puer sine magistro hanc scripturam poterit intelligere. Corruptelae causam repetam ex antiquo scribendi genere, quo Pindarum usum fuisse novimus.

Tam mirifica fuit in Bergkio diligentia, ut etiam levissimas suspiciones et infelices correctiunculas undecumque corraderet et eorum in margine apponeret. Huius rei sexcenta exempla ferre facile est, sed paucis defungar, ut appareat quanto opere iam vanam doctrinae ostentationem contemnendam esse existi-

mem. Legitur in libris manuscriptis Olymp. VI 15: ἐπὶ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων. Hic primum recte docet Bergkiius id quod in oculos incurrit, vulgatam lectionem servari non posse; neque enim πυρᾶς neque νεκροῦς dici τελεσθέντας, quamquam fuerint qui alterum utrum aut probarent aut certe excusarent. Deinde post satis longam disputationem, quæ nihil ad nos, recenset in quas suspiciones viri docti incidierint: τελεσθεισῶν, πυρᾶ νεκρῶν τελεσθέντων, πελασθέντων, ἀμαθέντων, ἑτασθέντων, νεκρῶν τε φλεχθέντων. Nomina interpretum, quibus tam bella commenta debentur, honoris causa tacebo. Ipse autem Bergkiius, postquam significavit se olim coniecisse νεκρῶν τ' ἑδεσθέντων, nunc unice amplectitur: νεκρῶν τε νησθέντων. Aperte dicam: talia mihi nauseam creant et nisi contemnere audeas quæ tam præpostere excogitata fuerunt, numquam in re critica facies operæ pretium. Ille tamen est Bergkiius qui, pagina est 281, queritur de Cobeti *tumultuaria doctrina*, quam ipsum facile est coniecere quid de hoc intempestivo adnotandæ genere pronuntiaturus sit. Octo sunt coniecturæ, quarum septem necessario falsæ sunt et ne una quidem satis verisimilis est. Ab loco tam male habito præstat manus abstinere, sed facile tamen est leniorem medicinam adhibere, quam eae sunt quæ hucusque admotæ fuerunt. Contuli equidem Olymp. II 15: οὐδ' ἂν χρόνος ὁ πάντων πατήρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος et præceter: ἐπὶ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τέλος θέντων. Combustis cadaveribus πῦρ ἐκάη καὶ φλῆξ ἑμαράνθη. Quod Pindarus dixit, audacter novatum est, sed multa apud eum novi haud parum audaciora. Adde difficilem locum Olymp. II 97:

ἀλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος
οὐ δίκῃ συναντῶμενος, ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν
τὸ λαλαγήσαι θέλων κρύφον τε θέμεν ἑσλῶν καλοῖς
ἔργοις.

Hic Bergkiius nescio quid molitur ut impeditum locum expedit, deinde incommodam suspensionem ut excuset, addit: „Poeta in extremo carmine in angustias compulsus contorta oratione utitur, quemadmodum alias ad stropham novissimam explendam verborum ambagibus uti solet.” De quonam hoc dictum est? Num de poeta afro quodam Byzantino? Imo de Pindaro. Equidem reliqua non attingam, sed vide quaeso illud τὸ λαλαγήσαι

λέλων. Hic Dissenius verum simul vidit et non vidit. Articuli usum ut explicet, „Iam licet displiceret, ait, τὴν λοιδορίαν ἐθέλων non dixerim eodem iure τὸ λαλαγήσαι ἐθέλων damnandum esse, quum infinitivus cum articulo numquam plane exuat vim verbi.” Hoc quidem, opinor, nemini umquam persuadere poterit, sed recte totum locum convertit in Latinum sermonem sic: „Sed laudem invasit invidia non iuste procedens, sed ab improbis hominibus, qualis obtrectationem *amat* et pulcra bonorum facta obscurare studet.” Itaque aut fallor aut verum est τὸ λαλαγήσαι Φιλῶν.

Poeta Olymp. VI 86 praedicat fontem cuius:

ἐρατεινὸν ὕδωρ
πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
ποικίλον ὕμνον.

Non video quomodo Bergkius serio referre potuerit Meinekium hic correxisse *πίομαι*. Concedo sane futurum absonum esse, sed etiam participium *πλέκων* hic satis ridicule usurpatum est. Vatem decet:

τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
πίνομεν, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκειν
ποικίλον ὕμνον.

Usum infinitivi nemo mirabitur.

Narratur in Olymp. VII quomodo factum sit ut insula Rhodus soli consecraretur. Vs. est 58:

ἀπεόντος δ' οὐτις ἔνδειξεν λάχος Ἀελίου.

Hic Bergkius recte scribit verbum *ἔνδειξεν* de vitio suspertum esse, deinde addit sibi placere *ἤνειξεν*, docere enim Choeroboscum *ἤνειξα* Boeotorum esse formam pro *ἤνεγκον*. Itaque eandem formam Bergkius commendavit Pyth. VI 46 et admirabile est eum non idem fecisse Nem. VI 18. Fac autem *ἤνειξα* non alienum esse a Pindari usu, quid laudata verba significabunt? Ipse vertit Bergkius: nemo absentis Solis sortem duxit. Verum non hoc requiritur, neminem absentis sortem duxisse, illud exspectamus potius, Solis sortem non coniectam fuisse in urnam. Hoc sensit Dissenius qui ita vertit: „admonuit etiam huius sors in urnam demitteretur.” Fecit, uti vides,

quod potuit, ut *ἔνδειξεν* utcumque interpretaretur. Sed illud *ἔδειξεν* quomodo refingere poterimus ut significet: *in vitam coniecit*? Nonne verum est *ἔνριψεν*?

Non fero inauditum verbum *ταξιούσθαι* Olymp. IX 78:

παραγορεῖτο μήποτε

σφέτερας ἄτερθε ταξιούσθαι

δαμασιμβρότου αἰχμᾶς.

Simplicissimum erit corrigere *ἄτερθεν ἀντιούσθαι*, sed scrupulum iniicit verbum *ἀντιούσθαι* absolute usurpatum. Praeterea me advertit abusus pronominis *σφέτερος*. Cobetus *ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῆ* p. 260 sqq. copiose redarguit et lepide risit errores poetarum Alexandrinorum, quibus illud *σφέτερος* omnium personarum numerorumque vicem implere posse videtur. Deinde quasi ad incitas redactus concedit quod nemo negare potest, Pindari aliquot locos extare et tria praeterea Alcmanis fragmenta, quibus idem vitium est commune cum Apollonio et Theocrito et reliquis qui imitando exprimebant intermortuam dialectum, quam non satis accurate cognoverant. Primum igitur Cobetus assererat id verum sibi videri quod alicubi scribit Apollonius: *τὸ ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθέντα οὐ καταψεύσεται διαλέκτου πισουμένης ἔλλογιμοῖς συγγραφεῦσιν*. Libenter concedo: quod Iovi licet, non continuo licet bovi; sed miror tamen id quod addit Cobetus: *Οὐδὲν οὔτε Ἄλκμᾶνι οὔτε Πινδάρῳ εἰς βαθυτὸν εἰς κρίσιν τῆς γνησίας καὶ καθαρᾶς Ἑλλάδος γλώττης καὶ θαῦμα οὐδὲν τὴν ἀεὶ ἐπὶ ὑψηλολογίας δχοῦμενον ἐνίοτε ἰλιγγιάσαντα κενεμβατήϊν*. Nonne haec est censura quae postquam columbas vexavit, corvis veniam dat? Etiam si fortasse dederim Pindarum semel iterumve tam turpiter *errare* potuisse, quamquam error vix excusabilis est, haud facile tamen concedam quinquies eodem modo Pindarum tam inconsiderate *κενεμβατήσαι*. Neque negligendum est praeterea duos Hesiodi locos et totidem Aeschyli afferri ad abusum pronominis *σφέτερος* stabiliendum. Operae pretium est omnes eos locos percensere. Primus Hesiodi locus est in exordio carminis de Operibus et Diebus:

δεῦτε δὲ ἐνέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι,

sed novimus etiam Alexandrinis criticis hoc prooemium spurium visum esse ac praeterea in pronomine *σφέτερος* multo rarius

circa personam erratur quam circa numerum. Alter locus est in Scuto vs. 90:

τοῦ μὲν Φρένας ἐξέλετο Ζεὺς,

ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας
ᾤχετο τιμῆσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθέα,

sed hic quoque merito dubitatur sintne illi versus Ascreaeo vati tribuendi. Minus etiam est praesidii in Aeschylō, nam quod laudant Agam. 760: τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον μετὰ μὲν πλείονα τίκει, σφετέρῃ δ' εἰκότα γέννα, non video quid in usu pronominis hic admodum peculiare sit et quod legitur Pers. 900: καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰχόνιον πολυάνδρους Ἑλλάνων ἐκράτυνε σφετέραις χερσίν, etiam metrum arguit hic aliquid titubatum esse, sicuti Dindorfius recte intellexit. Difficile est aliquid certi pronunciare de brevibus Alcmanis frustulis, quae hodie apud Bergkium sunt 3, 30 et 31 et Ahrentis est suspicio, qui haud scio an perperam Callimachi verba latere arbitratur. Sed quinque Pindari loci considerandi sunt. Praeter verba, quae supra descripsimus habemus Olymp. XIII 61:

ἐξεύχετ' ἐν ἄσει Πειράνας σφετέρου πατρὸς ἀρχάν
καὶ βαθὺν κλᾶρον ἔμμεν.

Pyth. IV 83:

τῆχὺ δ' εὐθὺς ἰὼν σφετέρας
ἐσάθη γνώμας ἀταρβάτοιο πειρώμενος.

Isthm. V 33:

σφετέρας δ' οὐ φείσατο χερσίν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς.

Denique Isthm. VII 61:

Αἴγιναν σφετέραν τε ῥίζαν πρόφαιινεν.

Ut vides, hic tamen semper σφέτερος *tertia* personae est nec quidquam apud Pindarum simile reperitur Alcmanis loco quem Apollonius attulit: ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἴππων. Id certe improbandum, quod Scholiasta scribit: τὸ δὲ ὑμαῖς ἀντὶ τοῦ ταῖς παῖς, καὶ πλεονάζει τούτῳ ὁ Πίνδαρος. Annotatum hoc fuit ad Pyth. VIII 66:

τὸ μὲν μέγιστον τόθι χαρμάτων
ᾧπασας, οἴκοι δὲ πρόσθεν ἀρπαλέων δόσιν
πενταεθλοῦ σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς ἐπάγαγες,

nem locum difficilem esse video nec mihi certe persuasit Schmidius p. 404, sed Scholiasta ipse sua sibi vineta caedit,

dum addit: *τιμᾶται δὲ σφόδρα ἐν Αἰγίνῃ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις*. Neque verum est Pindarum *τούτω πλεονάζειν*, nam est unus tantum praeterea locus, quem huc quodammodo trahere poteris, nimirum Pyth. VII 17: *νίκαι — ὦ Μεγάκλεες ὑμαί τε καὶ προγόνων*. Hic quoque Leopoldus Schmidtius p. 86 sequitur Lud. Dindorfii auctoritatem et contendit *ὑμαί* pro *σαί* esse positum. Fortasse satis est sic simpliciter negare neque acutos viros, qui me doctrina multum superant, latere potuit, quam recte apud Pindarum scriptum sit *ὑμαί*, quum poeta simul cum Megacle etiam maiores eius alloquatur. Eadem ratio est apud Hesiodum Theog. 662, quem locum praeterea conferunt:

ῥυσόμεθα κράτος ὑμῶν ἐν αἰνῇ δῆϊότητι.

Ibi Cottus Iovem alloquitur et significat se Iovis et reliquorum Superiorum causam adversus Titanas suscipere velle. Sed arrogantis est hoc affirmare, nisi similes locos conferre possis. Eodem igitur Isthm. III 21:

*ὦ Μέλισσ' εὐμαχανίαν γὰρ ἔφανατος Ἴσθμίοις
ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν,
αἴσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ, κτέ.*

Non magis hic abusum aliquem cerno quam Nem. III 1:

ὦ πότνια Μοῖσα, μᾶτερ ἀμετέρα, λίσσομαι,

vel Nem. X 37:

*ἔπεται δὲ, Θεοῖαίε, ματρῶν πεδ' εὐγνωτον γένος ὑμετέρων
εὐάγων τιμᾶ,*

vel Nem. VII 37:

ὁ δ' ἀποπλέων

Σκύρου μὲν ἄμαρτεν, ἴκοντο δ' εἰς Ἐφύραν πλάναισιν,
vel Isthm. IV 18:

*τὴν δ' ἐν Ἴσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετὰ,
Φυλακίδα, κεῖται, Νεμέα δὲ καὶ ἀμφοῖν
Πυθέα τε παγκρατίου.*

IAN: in reliquis pronomibus Pindarus *ἀδιάπτωτος* est, sicut est, potestne in pronomine *σφέτερος* a recta via tam turpiter deflexisse videri? Tantum didici ex comparatione veterum Isthmiorum linguae, ut norim quomodo hanc negligentiam excusare possim et ipsae Graecorum pronominum formae per se spectatae iam ostendere poterunt, multis saeculis ante Pindarum pronomem *σφέτερος* etiam ad unam personam referri potuisse, sed

non quaerimus quid in usu fuerit ante Pindarum, sed quid ipsius Pindari aetas postulet. Iam si apud veteres ac probatos scriptores, apud Tragicos certe ipsumque adeo Pindarum Isthm. VI 74: *πίσω σφε Δίρκας ἀγνὸν ὕδαρ*, pronomen *σφε* interdum ad unam personam refertur, cf. Buttmannus in Lexilogo p. 60, legebimus fortasse in pronomine possessivo patienter ferre id quod in personali pronomine omnes ferunt. Velis nolis, alterum trahit alterum. Etiam negas? Incidi in suspicionem quam hic describere iuvat. Eo loco quem dixi, pro *σφε* varia lectio est *με*, unde Bergkiius fortasse fuisse suspicatur, qui *τε* legerent, quae forma apud Pindarum minime rara est. Iam habemus iuxta pronomen *ὕμετερος* breviorē formam *ὕμός*: sic *σφέτερος* est, sed *σφός* invenitur Pyth. V 102. Est praeterea pronomen quod apud hunc poetam crebro legitur *τός* et *τός*, nam de Aeolica litera nemo dubitat. Est verbi causa Pyth. IV 98: *καὶ τίς ἀνθρώπων σε χαμαιγενέων πολιᾶς ἐξανήκεν γαστρός*. Nimis est ridiculum quod Dissenius hic *senilem uterum* intelligit. Sentit hoc, opinor, Hartungus et satis infeliciter coniecit *σκοτιᾶς*, sed multo etiam infelicius commentum eius est cui nuper *κοῖλας* placebat. Iamdudum est ex quo mihi correxeram *ποτε γᾶς* et tunc laetus video mihi de ea lectione cum Herwerdeno convenire. Satis certum hoc esse dixerim, cum praesertim videam pronomen poetae in deliciis esse, veluti Isthm. VII 32 vel Pyth. V 159 et 187. Itaque sicuti *ὕμός* invenitur et *ὕμετερος*, *σφός* et *σφέτερος*, *ἀμέτερος* et *ἀμός*, ad eandem plane analogiam a pronomine tertiae personae derivari potuit *τός* vel *τός* et *τέτερος*. *Usuisse* putemur si nihil est.

Satis notum est apud veteres Graecos numeralia in compositionis non pati mutationes. Itaque sinceræ formæ sunt *ἑκατόγχειρ*, *ἑκατοκέφαλος*, *ἑκατόννησοι*, *ἑκατόμπεδος*, sim. Excipitur, si arte vocalis sequitur, nam rectissime scribitur *ἑκατόνταρχος* et *ἑκατοντορόβυιος* et *ἑκατοντετηρίς* et *ἑκατονταετεί βιοτᾶ* apud ipsum quoque Pindarum Pyth. IV 282. Librarii metrum nihil curantes labantur ad formam sibi notam et usurpatam et apud Aeschylum scribunt *ἑκατοντάκκρηνος* et *ἑκατοντακεφάλας* apud Aristophanem. Et hi quidem errores iam olim ab doctis editoribus correcti sunt, sed difficilius est dicere quousque in corrigendo

progredi debeas. Veluti pullulant vitiosae horum compositorum formae in ea epistula quae inter Iulianaeas 24 est, nec tam Atticas formas cum Cobeto ubique reponere ausim, cum persertim non Imperatorem ibi audire mihi videar, sed Sophiam ineptum. Sed ad Pindarum redeo. Habet hic, quod non habetur, *ἐκατόγγυιος* in fragmento quodam, *ἐκατογκεΦάλας* Olymp. IV 7 et *ἐκατόγκρανος* Pyth. VIII 16. Sed vix potuit idem habere Pyth. I 16:

Τυφῶς ἐκατοντακάρανος· τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον.

Satis facilis correctio est:

Τυφῶς ἐκατογκεΦάλας· τόν περ ποτε.

Vide si tanti est Olymp. IV 7 et Pyth. VIII 39.

Pyth. I 60 languide mihi dictum videtur: ἄγ' ἔπειτ' Ἀΐ· βασιλεῖ Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον et malim ἐξάρχωμεν, si recte legitur Nem. II 25: ἀδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε Φωνᾶ.

In sequenti carmine vs. 26 non fero quod de Ixione legitur εὐμενέσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις γλυκὺν ἐλὼν βίον μακρὸν ὑπέμεινεν ἔλβον, nam si mortales possent γλυκὺν αἰρεῖν βίον aliquanto minus malorum sub luna foret, neque θεῶν ἐρικυδῶρα quisquam ἐκὼν ἂν ἔλοιτο. Quod Ixion habebat, id habere deorum beneficio: γλυκὺν ἔχων βίον. Sed recte Pyth. 20: εὐχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος ἵπποις ἐλῶν, vel Pyth. XI 55, al

Non mihi persuadeo Pindarum Pyth. III 27 Apollinem pellare potuisse ναοῦ βασιλέα. Donec similem locutionem perero, apud alios certe, nam satis confido apud Pindarum tale extare, commendabo Δάλου βασιλέα. Sic idem deus Pyth. I 39 est Δάλου ἀνάσσω et Olymp. VI 59: τοξοφόρος Διὸς θεοδμάτας σκοπός. Apollo habitat in aede, sed aedis rex non quam dicitur, nam imperii fines multo latius extenduntur. Verum autem quam lenis mutatio sit (ΝΑΟΤ — ΔΑΛΟΤ).

In eodem carmine vs. 41 imponitur in rogo corpus Cordis, quae ex Apolline gravida erat. Tum deus: οὐκέτι τλάσψυχῃ γένος ἄμυν ὀλέσσαι οἰκτροτάτῳ θανάτῳ. Verum qui

est quod proverbio dicitur, occidere qui non servet idque de diis etiam verius perhibetur quam de mortalibus, quum immensa potentia coeli sit et quidquid di voluerint, peractum sit: tamen malo *ὀλέσθαι*.

Ausus est Aesculapius Pyth. III 57 *ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομισαί ἤδη ἑλωκότα*. Haec scriptura quia metri legibus repugnat, Schmidtius reduplicationem abiecit et coniecit *ἄλωκότα*, quae forma et per se vix tolerabilis est; deinde etiamsi toleremus, non tolerabimus tamen primam syllabam corripere. Placet: *ὀλωκότα*.

Pyth. III 80 poeta regem Hieronem alloquitur: *εἰ δὲ λόγων πυνέμεν κορυφάν, Ἰέρων, ὀρθάν ἐπίσφα, μανθάνων ὄσθα προτέρων*. Quamdiu discimus nondum novimus et *μαθὼν* requiro, quod salvo metro reponi poterit, modo simul corrigas *ἐπίσασαι*. Hoc ipsum *ἐπίσασαι* legitur Pyth. VIII 7 et *δύνασαι* Pyth. IV 158. Contractas formas in epiniciis non reperi.

Continuo sequitur: *τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἔλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω*. Non latuit interpretes inde metaphora ducta sit et res apparet, sed ridiculum est *τὰ εὐλὰ τρέψαι ἔξω*. Planissime requiro: *τρέψαντες*. Apud Platonem est *τρέψαντες ἔξω τὴν σφενδόνην* et exempla ubique prosant. Recte vs. 35: *δαίμων δ' ἕτερος ἐς κακὸν τρέψαις ἑδαμάσ- τατό νιν*.

Pyth. IV 25 cur *κρημνάντων* malim quam *κρημνάντων* dixi *Μηστ. XX 70*.

Comparativus servari non debet Pyth. IV 139: *ἐντὶ μὲν θανάτῳ φρένες ὠκύτεραι κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον*, sed facit est correctio *ὠκυπόροισι*.

Pyth. V 119: *ὁμῶς ἔ, Κρονίδαι μάκαρες, διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἰφί τε βουλαῖς ἔχειν*, non miror elisionem praepositionis *ἐπὶ*, in Pindarus vocabulo *ἔργον* digamma modo addit, modo non lit, sed improbandus est usus modi optativi. Recte dicitur

ὕμῳ μὲν θεοὶ δοῖεν ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, sed in *secunda* persona imperativus ponitur, veluti Olymp. VI 104: εὐθὺν δὲ πλὴν καμάτων ἐκτὸς ἐόντα δίδοι, vel Olymp. VII 88: ὦ Ζεῦ πάτερ, τίμα μὲν ὕμνου τεθμόν, vel Olymp. XIII 115: Ζεῦ τέλει, αἰὲ δίδοι. Itaque reponendum: δίδοτ' ἐπὶ ἔργοισιν. Hinc etiam arguitur Bergkii error Olymp. XIV 14, ubi quum in libris esset: ὦ πότνι Ἀγλαΐα Φιλησίμολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίσῃ παῖδες, ἐπάκοοι νῦν, reposuit ἐπακοοῖτέ νυν. Veram lectionem multum quaerens non invenio. Addo Olymp. III 4: Μοῖσα δ' οὔτω ποίπαρ ἑσα μοι νεοσίγαλον εὐρόντι τράπον Δωρίῳ Φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλω. Dicit Bergkiius quam misere haec verba interpretes torserint, post quos ipse aliquid excogitavit quod melius leges apud ipsum. Equidem scribam: Μοῖσα δ' οὔτω μοι παρεσαίη, quod si nihil aliud certe non difficile intellectu est.

Pyth. IX 32: Φόβω δ' οὐ κεχείμανται Φρένες, admirabilis est Bergkii adnotatio: „conieci Φρένας, ut κεχείμανται singularis numeri sit.” Non tamen ausus est illud Φρένας, quae ostendens correctio est, in textum recipere, nam κεχείμανται certo non potest esse pluralis numeri. Qui Φρένες tueri volent, provocare debent ad Pindaricum schema, quod Contus ἐν τῇ λογίῳ Ἑρμῆ p. 328 pronunciat esse ἀλλόκοτον καὶ πλάσμα ἴσσι τῶν χρησῶν γραμματικῶν. Quam stultum est credere in brevi ac perspicua sententia singularem cum plurali numero coniungi posse! In longa periodo omne genus ἀνακολούθῳν ferre debemus, sed absurdum est κεχείμανται Φρένες, quam scripturam excogitavit, uti vides, librarius qui putabat κεχείμανται plurale esse. Scribae inepte mirantur nec sibi persuadent τετράχυνται et μεμλάνται et ἰσχύς μὲν ἀπήμβλυνται et sim. singularis numeri esse, deinde ex ignoratione illarum formarum incidunt in mirificas suspiciones, a quibus etiam hodie multi non satis didicerunt cavere. Aperta res est. Miraculo non est Bergkium in clara luce ancipitem haesisse, nam Isthm. VII 34 stultam et insuditam formam ἐσυνῆκαν etiam per coniecturam ultro in textum intulit.

Ridicula mihi videntur Chironis verba Pyth. IX 41, ubi docet

Apollinem, neque deos neque mortales solere in publico cum virginibus concumbere, quasi maritorum cum uxoribus essent *κυνογάμια*. Editur tamen:

Ἐν τε θεοῖς τοῦτο κἀνθρώποις δμῶς
αἰδέοντ', ἀμφανδὸν ἀδείας τυχεῖν τὸ πρῶτον εὐνάς.

Commendo: τὸ παράπαν, cf. Pyth. XI 39 et Nem. VII 45.

Agit Contus eo loco quem modo laudabam de formis decurtatis tertiae personae, cuiusmodi sunt *ἔβαν*, *ἔδυν* et *ἀλλήλοισιν ἔφυν* *ἐπαμοιβαδῖς* et sim. Deinde recte ostendit Pyth. IX 79 cum Ahrente *ἔγνον* scribendum esse, sicuti Pyth. IV 120 *ἔγνον* ab librariis amice porrigitur, quod praeterea metri lege flagitatur. Non possum concoquere Bergkii inconsiderantiam, qui ipsa vi veritatis coactus hic *ἔγνον* amplexus est, quam formam ipse scribit etiam in tabulis Heracleensibus inveniri, mox tamen ad *ἔγνων* redit Pyth. IX 79 et *ἀνέγνων* Isthm. II 23. Idem tamen Isthm. I 25 ex coniectura scripsit *ἔεν* et Pyth. I 42 *ἔφυν* pro *ἔφουσαν*, sicuti apud Homerum itidem brevi syllaba terminatur. Non admodum utilis mihi videtur adversus Bergkium disputatio de re tam minuta eoque inutilius *φιλονίκως* de vera scriptura disceptabitur, quia novimus id quod ipse Bergkius concedit, poetam vetere scribendi genere usum esse nec distinxisse inter breves et longas vocales. Unum est quod rogatos velim eos, qui in re critica analogiae et sanae rationi negent primas dandas esse. Commendat Bergkius quod etiam Larochius edidit Iliad. IV 146: *μιάνθην αἵματι μηροί*, hanc enim formam metro stabiliri. Sed ad eam novam lucem quomodo metri legibus consulemus Odyss. V 481: *ἀλλήλοισιν ἔφυν ἐπαμοιβαδῖς*? Scholiasta hic certe scribit in *ἔφυν* ultimam syllabam esse brevem. Tam bellum mihi videtur *μιάνθην* pro *ἐμιάνθησαν* quam *ἔφεν* pro *ἔφουσαν*. Afferit Contus locum ex Cramerii Anecdotis: *ἔγνωσαν, ἐβίωσαν, καὶ κατ' ἀποκοπὴν ἔγνων· τὴν γὰρ παραλήγουσαν ἔχει τῆς μετοχῆς*. Hinc quivis reposuerit *ἔγνον*, sed Bergkio tam disertum testimonium molestum est itaque edicit inserta negatione rescribendum esse: *τὴν παραλήγουσαν οὐκ ἔχει τῆς μετοχῆς*. Non lubet hoc commentum refutare; sed *εἰ ἡμεῖς οἱ Ὀλλανδοὶ τοῦτ' ἐποιούμεν ἢ καὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἡλικὸς θόρυβος ἂν ἦν!* Equidem tenebo quod ante multos annos apud Hesiodum pro-

posui: τῆς δ' ἔν τρεῖς κεφαλαί et exspecto firma argumenta quibus redarguar.

Ad Conti copias aliquid addere difficile est, tam enim ille est accuratus, ut non discedere soleat, nisi ante effuderit omnia quae in adversariis habeat. Unum tamen locum inveni, qui eum fugisse videtur. Pindari fragmentum est a Plutarcho servatum de Pyth. Orac. c. 29, quod apud Bergkium est p. 719. Mirum est quod in eo legitur: τοὶ δ' ἐπίμπλων ἐσσυμένους πίθους. Coniicit Bergkius veram formam esse ἐπίμπλευν. Neque hoc multum mihi arridet, neque ἐπίμπλων. Scribendum videtur ἐπιμπλαν· non video certe cur ultima syllaba hic produci debeat et praeterea legitur πίτναν Nem. V 11. Ceterum provoco ad Ahrentem de Dial. Dor. p. 317, qui dum scriberet nondum norat διέλεχθεν, quod invenitur in foedere Hierapytniorum cum Magnetibus, cf. *Mnem.* I p. 117. Illud etiam, quamquam res ad Pindarum nihil pertineat. Laudat Contus p. 327 Schol. Hom. Iliad. IV 222: ἐν τοῖς τοιούτοις τρίτοις ἢ συγκτῆ ἀναδέχεται λῆξιν τὴν αὐτὴν τῇ παραληγούσῃ τῆς γενικῆς τῆς κατὰ τὴν μετοχὴν. Deinde ponit quaedam exempla: ἔσησαν ἔσαν βάντος γάρ· ἔβησαν ἔβαν βάντος γάρ. Tum addit: περὶ δε τῷ τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί ἐν τοῖς περὶ ῥήματος ἐροῦμεν. Propter hanc Herodiani observationem sunt qui in reliquis analogiam sequendam putent, sed ἐν tamen rescribere non audeant, cum genetivus ὄντος sit. Sed vide ἔντες et ἔντασσι in tabulis Heraclensibus aliaque quae contulit Ahrens p. 323, ut etiam at hac parte ἐν pro ἦσαν satis tutum sit.

De Antaeo legimus Pyth. IX 119, qui filiam elocaturus era velocitatis praemium: εἶπε δ' ἐν μέσσοις ἀπάγεσθαι, ἕς ἃ πρῶτος θορῶν ἀμφὶ οἱ ψαύσειε πέπλοις. Malo: ἀγαγέσθαι.

Quod legitur Nem. VI 48: πέτεται δ' ἐπὶ τε χθόνα καὶ δι θαλάσσας ostendit quid requiram Isthm. III 59: ἐπὶ χθόνα κα διὰ πόντον βέβακεν, nam ibi quoque πόντου praestare arbitro

Articulus male iteratur in extremo carmine Nem. VIII: ἰ γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος δὴ πάλαι καὶ πρὶν γενέσθαι τὰν Ἀδράς: τὰν τε Καδμείων ἔριν. Ipse vides cur reponam: τῶν τε Κι

ίων. Recte appellat poeta Olymp. XIII 83: τὰν παρ' ὄρκον
ἰ παρὰ ἐλπίδα κούφην κτίσιν. Ex ipsa rei natura discrimen
asequitur.

De septem ducibus adversus Thebas legimus Nem. IX 23:

Ἴσμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι γλυκύν

νόσον ἐρεισάμενοι λευκανθέα σώμασι πίαναν καπνόν.

onfitetur Bergkius se locum non posse expedire; more tamen
io perscribit omnia virorum doctorum tentamina: ἐρυσσάμενοι,
πυξάμενοι, ὀλεσσάμενοι, ἐρησάμενοι, ἀπουράμενοι, ἀπωσάμενοι,
πυνάμενοι, ἀνυσσάμενοι, ἐρευξάμενοι denique. Sardi venales: alter
ltero nequior. Quanto melius fuisset, si Bergkius bonae chartae
Leubnerianae pepercisset et omisisset ridiculas coniecturas, quae
plendidis et utilissimis voluminibus dedecori sunt. Connivere
a erroribus eorum qui ante nos fuerunt et ponere in clara luce
i quid alii olim recte viderint, haec demum pietas est. Cete-
am non est magnum, aliquid afferre quod nisi certum sit,
amen haud paulo verisimilius est. Commendo: νόσον ἐπειγδ-
ενοι, cf. Pyth. IV 34 et IX 67.

Non mihi satisfecerunt interpretes Nem. IX 44:

ἐκ πόνων δ' οἱ σὺν νεότατι γένωνται σὺν τε δίκῃ, τελέθει

πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα.

artit Schmidtius p. 245: *In Folge der Austrengungen der Jugend
rd im Alter das Leben* Tageshelle: quae nimia senectutis laus
; nec quidquam simile Cato Maior apud Ciceronem ausus est
irmare. Aliter Dissenius: „Ex laboribus qui in iuventute
raguntur et cum iustitia, exsistit ad senectutem *placida* vita.
ic igitur ἀμέρα adiectivum est et αἰὼν feminini generis; sed
romius, cui illa omnia dicta sunt, quadraginta annos natus
t et nimis tenuiter tali viro rebus in adolescentia praeclare
stis nihil promittitur praeter *placidam* vitam. Dixerim equidem
t iuventutem strenue peractam obrepere senectutem quidem,
ita ut adventantem non sentias, quippe ab omni incommodo
nam. Inerit hoc nisi fallor in Graecis verbis: τελέθει πρὸς
ας αἰὼν ἀρέμα. Ἄρέμα hoc est: *lento gradu*.

Potesne quis in certaminibus ἄρσθαι κῦδος ἀβρόν? Crede-

bam omnem ἀβρότητα ab illis ludis longe abesse. Sic tamen Isthm. I 50 et itidem Olymp. V 7: τιν δὲ κῦδος ἀβρόν νικάσαι ἀνέθηκε. Contra recte Olymp. VI 56 infantis recens nati σῆμα ἀβρόν est. Dicerem sine controversia verum esse κῦδος ἀβρόν, sed id me retinet quod apud veteres poetas adiectivum non reperio.

Brevis ero, ait Pindarus Isthm. I 63: πολλὰκι καὶ τὸ σεσηπαμένον εὐθυμίαν μείζω φέρει. Hoc si verum est, stulti victores fuerunt, qui Pindarum rogare solebant ut reportatum honorem carmine celebraret. Sed hoc dicit supervacaneum esse omnes percensere Herodoti Thebani virtutes, quas facile est suspicari cuiusmodi sint. Hoc in Graecis inerit, si mecum εὐθυμίαν rescribes. Vocabulum est secundum analogiam fictum.

Cleonymidae, ut est Isthm. III 31:

οἴκοθεν γάλαισιν ἄπτουθ' Ἡρακλείαις
καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν.

Hic omnes propemodum interpretes haeserunt nihilque non in mentem venit: τῷ μηκέτι, μαινῆ δ' ἔτι, ὧν μηκέτι μακρότερον ἦν, ἀμάχανον ἀκροτέραν σπεύδειν et τῶν οὐκ ἐνι μακροτέρων. Etiamne mihi licebit suspicionem promere? Legam: ὡς μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν. Postquam ad summum pervenerunt, Cleonymidarum laudes intermissae sunt, quatuor bellatoribus uno die atroci proelio absumentis.

Isthm. III 81 memorantur inferiae, quas Thebani mittere solebant Megarae filiis, quos Hercules furens interfecit. Sunt Pindari verba:

ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων,
οὕς Μεγάρᾳ τέκε οἱ Κρεοντίς υἱούς.

Hic primum audiamus Dissenium: χαλκοαρᾶν aere armatorum, bellicosorum. Vulgatior est altera forma χαλκήρης, de armis aliisque rebus posita; nunc χαλκήρης ad personas translatum est ut Isthm. IV 41. Errant qui ferre caesos hic explicant." De significatione huius adiectivi omnia concedo, sed nego pueros fuisse aere armatos vel bellicosos. Si fuissent, quomodo eos Hercules potuisset superare? Πρὸς ὀκτὼ οὐδ' Ἡρακλῆς. Sed βι-

αισιόαντοι fuerunt, ut scribit Scholiasta, et *χαλκοαρᾶν* corruptum est. Incidi in *χαλκοδροπῶν* post me fortasse alius in aliud adiectivum incidet. Inferiae autem Thebis feruntur Heraclidis, sicuti Corinthi filiis Medaeae.

Isthm. V 58 dicit poeta longum esse omnes virtutes victoris enumerare: τὸν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεται πᾶν ἐν βραχίσει· deinde more suo tribus verbis id dicit quod mercede conductus et coactus dicere debebat. Sed coniunctionem requiro et conieci: τῷ Ἀργείων τρόπον. Cf. Pyth. V 21: τῷ σε μὴ λαθέτω, Isthm. VII 4, 72, alibi fortasse.

Amstelodami

Ips. kal. Aug. 1883.

DIODORUS SICULUS.

XII. 7: ἠναγκάσθησαν ἀφεῖναι τὰς πόλεις ἀπάσας τὰς κατὰ τὴν Βοιωτίαν αὐτονόμους εἶναι ἐὰν τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολάβωσιν.

Repone: — αὐτονόμους, ἵNA τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολάβωσιν. Postquam ἵNA in εἶναι corruptum est infelix coniecto de suo ἐὰν addidit.

XII. 1: τοῦ πολέμου παρὰ τὴν προσδοκίαν τὸ τέλος λαβόντος [παράδοξον].

Idem est, opinor, παρὰ τὴν προσδοκίαν et παράδοξον.

PAUSANIAS.

I. 22. 1: ὅστις βαρβάρων γλῶσσαν ἔμαθεν Ἑλλην ᾧν.

Emenda: ἔμαθεν Ἑλλήνων.

C. G. C.

PLATONIS
DE LEGIBUS LIBER NONUS.



863. A. Δίκαι δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἀκόλουθοι ταῖς ἔμπροσθεν πράξεσιν ἀπάσαις οὔσαι κατὰ φύσιν γίγνοιτο ἂν τὴν τῆς διακομῆσεως τῶν νόμων. ὧν τινῶν οὖν δὴ περὶ δεῖ γίγνεσθαι δίκαι, τὰ μὲν εἴρηται, τὰ κατὰ γεωργίας τε καὶ ὅσα τούτοις εἶπετο, τὰ δὲ μέγιστα οὔτε εἴρηται πω, καθ' ἓν ἕκαστόν τε λεγόμενον ῥηθέν, ἢ δεῖ λαμβάνειν αὐτὸ τιμωρίαν καὶ τίνων ποτὲ δικασῶν τυγχάνειν, μετ' ἐκεῖν' αὐτὰ ἐξῆς ταῦτα ῥητέον. Multi haec ita corrigere conati sunt, ut ad ῥηθέν solum offendisse videantur; sed corrigendum erat etiam λεγόμενον, quod cum ῥητέον stare nequit. Oratio enim sic constructa est: οὔτε εἴρηται (τὰ δίκαια) ῥητέον τε ἢν δεῖ τιμωρίαν λαμβάνειν κ. τ. λ. Quod idem est ac si scripsisset: ταῦτά τε ῥητέον ἐπειδήπερ οὕτω εἴρηται, καὶ ἅμα ἢν δεῖ λαμβάνειν αὐτὰ τιμωρίαν. Sed quoniam non omnia una poena digna sunt, necessario singulatim tractanda erant — καθ' ἓν ἕκαστον. Quid etiam deest? Hoc opinor: „ei quid ex his admittum fuerit.” Quod in huiusmodi civitate fingendum potius, quam vulgo fieri posse credendum est. Legendum igitur: καθ' ἓν ἕκαστόν τε γενόμενον δῆθεν κ. τ. λ. Contrario errore in Politico, 298. C., scriptum est: οὐδὲ γὰρ ἄρτι δῆθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμημάτων. Iamdiu monui legendum ῥηθέν.

Ibid. B. Alieno loco inserta sunt verba, τοῦτο δρᾶν. Corrige: Αἰσχρὸν μὲν δὴ τινα τρόπον (τοῦτο δρᾶν) καὶ νομοθετεῖν ἐπίστα νῦν μέλλομεν κ. τ. ε. Nam τοῦτο δρᾶν ad solam delictorum commemorationem spectat, νομοθετεῖν ad poenas et iudicia. Mor

turpe esse in tali civitate τὸ καὶ ἀξιοῦν τῆς τῶν ἄλλων ἰρίας τῶν μεγίστων ἐμφύεσθαι τινα μεθέξοντα. Quis non pro τῶν μεγίστων scribi oportere ipsorum civium nomen, ὡν Μαγνήτων.

d. C. νομοθετούμενοι τοῖς ἥρωσι. Alias docui legendum; νοοῦμεν, οἱ τοῖς ἥρωσι ἐνομοθέτου.

id. D. ἀνεμέσῃτον δὴ φοβεῖσθαι μή τις ἐγγίγνηται τῶν πο-
 ἡμῖν οἶον κερασβόλος, ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γί-
 νηται ὥστε μὴ τήκεσθαι, καθά περ ἐκεῖνα τὰ σπέρματα πυρὶ,
 οὔτοι καὶ περ οὕτως ἰσχυροῖς οὔσιν ἄτηκτοι γίνωνται.
 a sunt in his a Platonici sermonis nitore alienissima; ut
 γίνηται κερασβόλος ὃς ἀτεράμων γίγνοιτ' ἂν, et mutatio a
 ἑλῆρι τις in pluralem οὔτοι sine causa facta. Neque vero
 est comparatio inter πῦρ et ἰσχυροῦς νόμους. Ceterum, nisi
 ἡ, πυρὶ τήκεσθαι, (vel, quod mavult Astius, τέγγεσθαι) de
 fervente dicitur; nam, si de ipso igne intelligas, omnia
 er semina, sive κερασβόλα sive alia fuerint sine ullo dis-
 sine torrentur. Sed ingenia hominum legibus mollienda esse
 statuat. Quae ingenia? Illa ipsa quae legibus molliari non pos-
 sunt! Haec certe Plato non scripsit, sed huiusmodi aliquid:
 ingenia quae disciplina et moribus ἄτηκτα seu ἄτεγκτα essent
 quae coercenda esse. Ex sententia misere interpolata haec tan-
 tum auctori vindicare ausim: μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν
 οἶον κερασβόλος, ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει, ὥστε καθάπερ
 καὶ τὰ σπέρματα πυρὶ κ. τ. ἔ.

id. A. κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ὁμολογηθέντα. Scripserat
 ἄλλο, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον, sc. prooemia legibus prae-
 ferenda esse; annotavit nescio quis κατὰ τὰ ἔμπροσθεν ὁμολο-
 γηθέντα. Ex his conflata est nostrorum librorum lectio. Nisi
 idem hic factum est, quod in his praesertim libris fieri
 videtur, ut voces sedem mutaverint. Tum legendum erit τὸν ἔμ-
 προσθεν ὁμολογηθέντα λόγον. Idem error haud dubie in verbis
 ἑπιπέμῃσιν obtinuit — παρακαλοῦσα μεθ' ἡμέραν τε καὶ ἐπεγεῖρουσα
 ἡμῶν. Lege μεθ' ἡμέραν τε παρακαλοῦσα.

οἷστρος δὲ σέ τις ἐμφυόμενος ἐκ παλαιῶν καὶ ἀκχάρτων
 ἀνθρώποις ἀδικημάτων περιφερόμενος ἀλιτηριώδης. Malim
 ἡμῶν δ' ἔστι τις, et ἀδικημάτων τοῖς ἀνθρώποις περιφερόμενος.
 lege τίς δ' ἐστίν (ἢ) εὐλάβεια, μάθε.

C. Ordinem restitue scribendo, τὰς τῶν λεγομένων ὑμῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν. — καλλίῳ θάνατον σκεψάμενος ἀκαλλάττου τοῦ βίου. Perperam vertunt, „mori satius fore arbitratus”, quod verbis non inest. Dele θάνατον, et verte „honestiora consilia amplexus.”

D. τοὺς δ' ἄλλους παράδειγμα δήσει γενόμενος ἀκλεῆς κ.τ.έ. Si documentum populo dari volunt, male faciunt qui hominem clam interficiant et ignotum in locum cadaver eius eiiciant. Sed aliam δησιον quaerunt, nempe ut ne cives πολιτοφθόρα illa in memoria retineant. Dele παράδειγμα.

855. A. Quid est λόγος ἔντιμος λεγόμενος? Fortasse scripserit λ. ἐν τιμῇ λ. — Multas solvendas esse scribit, ἂν ἤ τί τῷ τοῦ κλήρου κατεσκευασμένου περιττεῦον. Male libri τῶν.

Ibid. B. ὅπως ἂν τῶν κλήρων ἀργὸς μηδεὶς μηδέποτε γίγνηται δι' ἀπορίαν χρήματων. Vertit interpres „ne quis unquam propter indigentiam pecuniarum sua sorte privetur.” Hoc probat Astius: „ἀργὸς vacuus exerts.” Verte, ne qua sors propter indigentiam inculita iaceat. Hac de causa pluries in hoc libro non modo de sorte vendunda cavet, sed videndum esse docet ὅπως ὁ κλῆρος ἔσαι κατεσκευασμένος παντελῶς. Infra pro δεσμοῖς τε χροῖαις καὶ ἐμφανέσι καὶ τισὶ προπηλακισμοῖς κολάζειν legendum καὶ ἐμφανέσι τισὶ προπηλακισμοῖς. Nullus est carcer ἐμφανής; qui sint προπηλακισμοὶ ἐμφανεῖς ipse infra docebit: ἀμόρφους ἔδρας ἢ εἰσέσεις ἢ παραεἰσέσεις εἰς ἱερά (καὶ) ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ἔσχατα, ubi εἰσέσεις ad ἱερά, παραεἰσέσεις ad ἔσχατα pertinent.

Ibid. C. Mira est interpretatio verborum, μηδεὶς ἄτιμος ἔσθ, „peccatum nullum impunitum sit.” Quam et Astius probat qui scribit: „ἄτιμον i. e. ἀτιμώρητον impunitum.” Ἄτιμίαν ἐστὶν εἰς τὴν ὑπερορίαν φυγὴν inter poenas ideo esse non vult, quia expertus est utrumque seditionibus et novandarum rerum studiis materiam praebere. — Inere cum Stephano (εἰς τὴν) ὑπερορίαν. Mox dele γιγνέσθω. Orationis structura haec est: θάνατον δὲ ἢ δεσμοὺς . . . ἢ χρημάτων ἐκτίσεις γιγνέσθαι δεῖν τὴν δίκην ταύτην. Adiecit καθάπερ εἶπομεν, quia multae imponendae conditiones ante profinitas servari vult.

Ibid. D. κατὰ τὸ σῶμα τοῦ δῶκοντός τε καὶ (τοῦ) Φεύγοντος ὁ δικαστὴς ἐξῆς ἡμῶν ἐγγύτατα κατὰ πρέσβιν ἰζέσθω. Nonne accidit ἔκαστος?

bid. E. διεξελθεῖν ὅ τι ἂν παρ' ἑκατέρου τις τῶν ἀντιδίκων ἴεν ἢ μὴ ῥηθὲν ἐπιποθῆ τινὰ τρόπον. Non video quomodo et τὸ ῥηθὲν ἐπιποθεῖν, possit, nisi ut iteretur, quod hic alienum est. Certe non significat, „quod ipsi non satisficiat.” Malim, ἢ μὴ ῥηθὲν ἐπιποθῆ.

156. A. Lege κρινεῖν. Ibid. C. Ante verba ἐνὶ δὲ λόγῳ aliud interciderit necesse est, quod ad liberos damnatorum atque abbat.

bid. E. κοινὸς δ' ἔτι τρίτος εἰς ἕξω λόγος νόμος. Iam de iure legis egit in 854. E. et de reipublicae eversoribus, 856. C. nec autem ad proditores, quod tertium genus est, convertitur, sicut supra indicaverat quidem, (B. τὸν δὲ κοινωνοῦντα) sed ille de iudicio eorum dixerat. Lege, κοινὸς δ' ἔτι τοῖς τρίτοις ἕξω νόμος περὶ δικαστῶν τε καὶ [ὁ τρόπος] τῶν δικῶν. r. é.

bid. D. τοῦ φιλοσοφεῖν ἐγγυὸς χρώμενον μὲν τοῖς λόγοις. Libri sunt. Suspicio olim scriptum fuisse χρωμενωμένον. Dele μέν. 158. A. Contrariae res sunt τὸ ἄριστον et τὸ ἀναγκαιότατον, ἀφ' ἑκαστοῦ φιλοσοφῶντων philosophorum, hoc artem aliquam exercentium. Cum igitur affirmat sibi μηδεμιᾶς ἀνάγκην εἶναι νομοθετεῖν, et τῷ νομοθετεῖν illud opponit ἐν σκέψει γενομένους περὶ πάσης πολιτείας ἴσθαι κατιδεῖν τὸ ἄριστον, necessario meram artem extudit. Igitur additum est καὶ τὸ ἀναγκαιότατον. Praeterea pro τῷ ἄριστον lege τῶν ἄριστον, cuius resolutio dittographiam peperit.

bid. C. Recte Astius: „ποιητῶν ἢ ἐπιποθεῖν sunt librorum scriptores” Transponere igitur debebat καὶ ὅσοι, ut esset ποιητῶν ὅσοι ἀνευ μέτρων καὶ μετὰ μέτρων. Quod cum Edd. habent, αὐτῶν εἰς μνήμην ἢ ἐπιποθεῖν ineptum est. Unde enim scribit auctor, ceteros scriptores id magis curare, quam qui scribendis incumbant? Sed omnium veterrimus liber et τὴν αὐτὴν. Scribendum τὴν αὐτῆς (sc. ξυμβουλῆς) εἰς μνήμην. Haec cum praecedat μέτρων capienda sunt.

159. A. Breviter indicabo quem ad modum haec mihi corrigenda videantur: — καταγέλασα. (Κλ. οὔτω. ΑΘ. οὐκοῦν καὶ θέτην μᾶλλον) οὔτω διανοώμεθα κ. τ. ε. Mox delendum compositum πόλεσιν quae vox a φαίνεσθαι regitur, et quoniam ridicula esset τὰ γεγραμμένα γράφοντά τι ἐν τοίχοις, τὰ γεγραμμένα et τὸν νομοθέτην dici intelligi.

Ibid. C. Quid? hiccine est praecipuus philosophandi finis τὸ διαφέρειν τῶν πλείων? Nolim credere; sed quod Plato dedit innocuum est: sc. ὁ δὴ, qua in re a multis differre studemus, ἐν τῷ μὴ διαφέρεισθαι ἡμῖν αὐτοῖς.

859. C. Omnes inde a Stephano editores verba σχεδὸν — λέγειν Atheniensi continuant, nihil Cliniae relinquentes praeter id quod Cliniae non est, οὐκοῦν ὀρθῶς. Tum rursus Ἰσως Ath. tribuunt. Quod maxima ex parte contra optimorum librorum auctoritatem factum est. Cur? Quia scilicet enuntiatio οὐδ' εἴ τις κ. τ. λ. alioquin manca esset. Sed nihil hoc remedio profecerunt. Vide quam male cohaereant οὐδ' εἴ τις διῖσχυρίζοιτο — οὐδεὶς ἂν δόξειε π. λ. Evidens est in his lacuna quam sic fere impleverim. ὡς' οὐδ' (ἐν ἂν ἄτοπον δόξειε λέγειν) οὐδ' εἴ τις διῖσχυρίζοιτο [εἶναι] τοὺς δικαίους ἀνθρώπους . . . κατ' αὐτὸ γε τὸ [δικαιοτάτον] ἦθος ταύτῃ (fort. πάντῃ) παγκάλους εἶναι. Κλ. Σχεδὸν οὐδεὶς κ. τ. ἔ.

860. A. Putidum est additamentum λεχθέντων τῶν δικαίων αἰσχιζῶν εἶναι. Falsarius superlationem a sequentibus mutatus est.

Ibid. Corrigo: πῶς αὐτὸ πρὸς αὐτὰ ταῦτα ἔχει τῆς ξυμφωνίας; Κλ. ποίας δὴ πρὸς ποῖα; τὰ αὐτὰ ταῦτα sunt τὰ δικαία καὶ τὰ δίκαια.

D. ἀκουσίως δὲ ἐκούσιον οὐκ ἔχει πράττεσθαι ποτε λόγον. Ratiocinatio huiusmodi est. ὁ κακὸς ἄκων κακός. ὁ δὲ ἄδικος εἰς τῶν κακῶν. Οὕτως ὁ ἄδικος ἄκων ἄδικος. Ὁ δὲ ἄκων ἐκούσιον οὐκ πράττει. Οὐκ ἄρα ἀδικεῖ ἐκόν. Sed pro ὁ δὲ ἄκων ἐκούσιον οὐκ πράττει maluit dicere ἐκούσιον δὲ ἐκούσιον πράττεσθαι οὐκ ἔχει λόγον.

861. A. Ἀναμνησθῶμεν ὡς [ἔμπροσθεν] νῦν δὴ. —

Ibid. B. Hiulcam esse orationem omnes confitentur; sed totam orationem contemplanti verisimilius videbitur ex initio quam quavis alia ex parte verbum excidisse. Coniicio: ἄρ' οὖν κερρίμεν τὴν τούτων ἀπορίαν κ. τ. ἔ. Mox ἀπαλλάσσεται non modo supervacuum est, sed cum cetera oratione pugnat. Nam certe ὁ νομοθέτης non abibit priusquam nos legem suam accipere coegerit.

D. Inserenda vox est, sine qua duale verbum non haberemus: διαφέρειτον ἐκότερον (ἐκατέρου.) —

Ibid. E. μή τις οἶηται pro οἰέσθω vel οἰηθῆ plane barbarum

. Nec θῆται nimis placet, nec quomodo locus corrigendus sit serio.

Supra in D pro ἄλλω τινὶ δήποτε Bekkerus „aut τίνι scribentem videri,” ait, „aut ᾧ τινι.” Sed ᾧ τινι ne Atticum quidem Lege, ἀλλ' ἄλλω τινί, καὶ τίνι δὴ ποτε.

862. A. Supple. πολλάκις δὲ (δι') ὠφέλειαν. Mox in ἤθει καὶ αἰὼφ τρόφω χρώμενος, non ita construenda sunt, tanquam ἤθει χρώμενος penderet, sed idem est atque διὰ τὸ ἦθος.

Ibid. B. Optimi libri exhibent καὶ τὸ μὲν ἀβλαβὲς ὑγιές, sed margine pro ἀβλαβὲς βλαβέν. Olim, ut opinor, scriptum erat καὶ τὸ μὲν βλαβέν pro ἀβλαβές optimo sensu. Ad hoc βλαβὲς adscripserat aliquis ὑγιές, quod posteaquam in ipsius cum venit, vera lectio in marginem relegata est. Deinde cutus est qui hoc ipsum vocabulum variam esse lectionem pro λαβέν putavit. Hinc illae turbæ! Lege, καὶ τὸ μὲν βλαβέν βλαβὲς τοῖς νόμοις εἰς τὸ δυνατόν ποιητέον τό τ' ἀπολύμενον ναρσώζοντα καὶ τὸ πεσὸν ὑπὸ τοῦ πάλιν ἐξορθοῦντα, καὶ (sc. ιητέον) τὸ θανατωθὲν ἢ τραθὲν ὑγιές τὸ δ' ἀποίνοις ἐξιλασθὲν, ἰς (δὲ) δρῶσι καὶ πάσχουσιν ἐκάστας τῶν βλάψεων ἐκ διαφορᾶς ε] Φιλίαν πειρατέον αἰεὶ καθιστάναι τοῖς νόμοις.

Ibid. D. ἢ καὶ τὸ παράπαν ἄμω τινὶ τρόφω — sic legendum.

Ibid. E. δίκην τούτοις καὶ νόμον θήσει τινά. Quoniam de ortis poena agitur vox requiritur quæ huius δίκης naturam primat, nisi forte scripsit δίκην τ. καὶ ἄμ' ἔρον θήσει τινά.

863. A. ἤδιον δ' ἂν ἔτι σαφέστερον ἀκούσαιμεν ταῦτα ῥηθέντα. nec Graeca non esse quivis videat; sed scribe, ταῦτα τὰ ῥηθέντα . . . ὡς ἐν τούτοις διαπεποικίλται, — „τὰ ῥηθέντα, ut ipse plicat, sunt de discrimine ἀδικίας et βλαβῆς cett. Ἐν τούτοις τ „in his quæ modo dixisti” — διαπεποικίλται, „varias foras sumunt.” Itaque omnis oratio huc redit. „In his iudiciis enisque, quas memorasti, discrimina illa, quæ sunt inter λαβὴν et ἀδικίαν ἀκούσιον et ἐκούσιον, sub variis formis apparentia, discere cupio.”

864. A. τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν ὅπῃπερ ἂν ἔσεσθαι τούτων ἠγώγωνται πόλις εἴτ' ἰδιῶται τινες κ. τ. ἐ. Lege, ὅπῃπερ ἔσεσθαι τούτῳ ἠγ. πόλις. —

Ibid. B. Ne Plato numerare non posse videatur legere malim ἰδὼν δὲ καὶ δόξης τῆς ἀμαθοῦς πρὸς τὰ ῥίσιον ἔφεσις, τρίτον.

Μέρους δ' αὖ τούτου τοῦ τρίτου διχῆ τμηθέντος πέντ' εἶδη γιγνοεν. Vide supra 863. C.

Ibid. C. Libri βιαίων καὶ ξυμφώνων. Veram lectionem reperit Astius ἐμφανῶν, cui infra opponitur μετὰ σκοτούς. Palseographiae peritis facillima videbitur haec correctio. Quid Turcenses? „ἀξυμφώνων nos: Conf. 863. C.” Vix est operae pretium; nam nihil ibi reperies simile, praeterquam quod dixit *μεγάλων καὶ ἀμούσων ἀμαρτημάτων*.

865. Dele alterum φόνου. Ibid. C. ἐὰν μὲν δοῦλον κτείνῃ νομίζων τὸν ἑαυτοῦ διειργάσθαι, τὸν τοῦ τελευτήσαντος δεσπότη ἀβλαβῆ παρεχέτω καὶ ἀζήμιον. Notabile est hoc documentum, quam levis error in densissimas tenebras homines possit deducere. Haec vulgo ita interpretantur: *si quis servum occidat et suum interficere putans* et quae sequuntur. Quid quod νομίζω pro οἰόμενος usurpari non solet, vel quod interficere non idem est quod interfecisse, vel denique quod hic de caede fortuita sermo est? Nihil curant, dummodo habeant quod aliis praecipiant. Interpunge post κτείνῃ, et tolle comma quod post διειργάσθαι positum, extemplo omnia fient planissima. „Si alienum servum occiderit vir bonus, haud minus ad se damnum pertinere putabit, quam si suum interfecerit, eoque incunctanter pretium mortui domino persolvat.” Quid prudentius aut aequius dici possit?

866. A. d. τε post συγγνώμην. Ibid. B. ἐὰν δ' ὁ προσήκων... τὴν πάθην. Locus manifeste lacunosus. Coniicio: ἐὰν δὲ ὁ προσήκων ἐγγύτατα μὴ ἐπεξίῃ, (προστιθέμενον δὲ περιδῆ) τῷ παθήματι τὸ μίασμα, ὡς εἰς αὐτὸν περιεληλυθότος τοῦ παθόντος προστρεπομένου τὴν πάθην ὁ βουλόμενος ἐπεξελθὼν κ. τ. ε. Quid est planius? Quicumque viderit mortuum a propinquo negligi, ad se hunc venisse putet, paratumque esse in se diras convertere; ergo eius causam suscipit.

867. A. Lege μεταξὺ δὲ τοῦ τε ἐκουσίου καὶ (τοῦ) ἀκουσίου, et mox pro ἀταμιεύτως ταῖς ὀργαῖς χρώμενος ἀπροβουλεύτως lege ἀταμιεύτοις et dele ἀπροβουλεύτως.

Ibid. E. Nemo haec intelligat, quae de reditu eorum praeeperit, qui ob civem per iram occisum exulant. Sed pro ἐπειδὴν δ' ὁ χρόνος ἔλθῃ τῆς φυγῆς lege ἐξέλθῃ. Scilicet indices qui per omne exilii tempus perspexerunt quemadmodum illi se

erere consueverint, nunc ad fines proficiscuntur ut de illorum erescuntia et continentia iudicium ferant: *περὶ αἰδοῦς καὶ κατ-
;ῆς*, non ut vulgo sine sensu scriptum est *καταδοχῆς*.

868. E. τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν καὶ ἀπενιαυτήσεων ὡσαύτως, καθάπερ εἴρηται τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἐγγόνιοις, εἰρήσθω δεῖν γίνεσθαι καὶ τούτοις ὧν ἀδελφούς τε ἀδελφῶν καὶ γονέας ἐσέρηκε παιδῶν, τούτοις δὲ ξυνέσιος αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω, μηδὲ κοινοὺς ἱερῶν. Frustra in his argutantur interpretes. Post ὧν inserte εἰ θυμὸς et lege τούτοις δὲ ξυνέσιος ἀσὸς μηδεὶς μηδέποτε γιγνέσθω, omnia plana facta esse senties.

869. C. „Qui patrem occiderit” inquit, πῶς τούτῳ δίκης γε ἄλλως προσήκον τυγχάνειν ἢν γίγνοιτο ἐν νόμῳ; Quis unquam sic locutus est sobrius? Quoniam γε aperte ad τούτῳ pertinet, ὅλλο importunum δίκης; quo sublato quisvis legendum esse videt: πῶς τούτῳ γε ἄλλως τῶν προσηκόν(των) τυγχάνειν ἢν γίγνοιτο. Ἐν νόμῳ δὲ κείσθω κ. τ. ἐ.

Ibid. E. Καὶ τὰ μὲν δὴ βίαιά τε καὶ ἀκούσια καὶ κατὰ τὸν θυμὸν γιγνόμενα περὶ φόνους μετρίως εἰρήσθω· τὰ δὲ περὶ τὰ ἐκούσια καὶ κατ’ ἀδικίαν πᾶσαν γιγνόμενα τούτων πέρι, καὶ ἐπιβουλῆς δι’ ἧττας ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φθόνων, ταῦτα μετ’ ἐκεῖνα ἡμῖν λεκτέον. Inepte κατὰ τὸν θυμὸν et κατ’ ἀδικίαν πᾶσαν *κατ’* se opponuntur. Vera antithesis est τὰ βίαια et τὰ κατ’ ἀδικίαν πᾶσαν. Facessat igitur inutile supplementum. Sed et altera oppositio τὰ περὶ φόνους, τὰ περὶ τὰ ἐκούσια scribis deditur. Haec sola Platoni tribuo: καὶ τὰ μὲν δὴ βίαιά τε καὶ ἀκούσια γιγνόμενα περὶ φόνους μετρίως εἰρήσθω· τὰ δὲ [περὶ τὰ] ἐκούσια καὶ κατ’ ἀδικίαν πᾶσαν γιγνόμενα [τούτων περὶ καὶ ἐπιβουλῆς] δι’ ἧττας ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φθόνων, ταῦτα μετ’ ἐκεῖνα ἡμῖν λεκτέον.

870. A. Lege οὗ πλεῖστός τε καὶ ἰσχυρότατος ἴμερος ὧν τυγχάνει, (ἢ) τοῖς πολλοῖς [τῶν χρημάτων] τῆς ἀπλήθους καὶ ἀπείρου πτήσεως ἔρατας μυρίους ἐντίκτουσα δύναμις κ. τ. ἐ. Mox dele quae *πρῶσι* quis ad verba τῆς δ’ ἀπαιδευσίας αἰτία adscripsit, nempe ἢ τοῦ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλούτου.

871. B. ὁ δὲ μὴ ἐπεξιῶν δέον ἢ μὴ προαγορεύων εἶργεσθαι τῶν ἡτῶς ἀνεψιότητος, πρὸς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προσήκων τῷ τελευτήσαντι, πρῶτον μὲν τὸ μίασμα εἰς αὐτὸν καὶ τὴν τῶν θεῶν χθραν δέχοιτο, ὡς ἢ τοῦ νόμου ἀρὰ τὴν Φήμην προτρέ-

πεται, τὸ δὲ δεύτερον ὑπόδικος τῷ ἐθέλοντι τιμωρεῖν ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος γιγνέσθω. Ad haec Astius. „Proprie: ut legi imprecatio opinionem, s. existimationem provocat.” Deinde suam explicationem explicat. Bene accidit ut optimus liber vestigium veritatis servaverit. Nam Codex A pro Φήμην Φημιν exhibet. Lege, ὡς ἡ τοῦ νόμου ἀρὰ τὴν ἐΦ' ἡμῖν προστρέπεται. Vides τὴν θεῶν ἔχθραν et τὴν ἐΦ' ἡμῖν (ἔχθραν) pariter de ira deorum dici; sed illa spretam religionem consequitur, haec, quae a civium voluntate pendet, a publica detestatione oritur.

Ibid. C. Recte Stephanus ἴτω ἀναγκάσων. Et tamen Turicenses ἀναγκάζων retinent. τὴν τῆς δίκης πρᾶξιν verte: id quod in eapigit.

Ibid. E. Misere turbatam orationem sic restituam: ὁ δὲ παρεχέτω οὗς ἂν ἀξιοχρεως ἢ περὶ ταῦτα [δικασῶν] ἀρχὴ κρίνη τρεῖς ἐγγυητὰς παρέξειν ἐγγυωμένους εἰς δίκην.

872. B. ταύτην δὲ καθάπερ εἴρηται τοὺς αὐτόχειρας κατεγγυᾶσθαι, τὸν [δὲ] προαγορεύοντα τὸν Φόνον ἅμα κατεγγυᾶν καὶ τούτους.

Perperam haec intellecta sunt. Res ita se habet; si quis civis αὐτόχειρ civem occiderit vades dato; sin ἐξ ἐπιβουλῆς, nullum vadimonium esto. Sed in inquilinis servisque nullum huiusmodi discrimen erit, ταύτην δὲ (sc. τὴν ἐγγύην) quemadmodum τοὺς αὐτόχειρας vadimonio obstringi oportere dictum est, ἅμα καὶ τούτους (sc. τοὺς ἐπιβουλεύσαντας) κατεγγυᾶν, jubet.

Ibid. C. εἰ δὲ τις δούλον κτείνῃ μηδὲν ἀδικοῦντα, φόβος μὴ μνηστῆς αἰσχρῶν ἔργων καὶ κακῶν αὐτοῦ γίγνηται, ἢ τινος ἕνεκα ἄλλου τοιούτου, καθάπερ ἂν εἰ πολίτην κτείνας ὑπεῖχῃ Φόνου δίκας, ὡσαύτως καὶ τοῦ τοιούτου δούλου κατὰ τὰ αἰεὶ ἀποθανόντος οὕτως ὑπεχέτω. Qui δούλου supplevit, ne intellexit quidem Φόνου post τοῦ τοιούτου subintelligi, nec vidit κατὰ ταῦτα ad ὑπεχέτω pertinere, itaque perquam inepte ἐπὶ θανόντος inseruit.

Ibid. E. εἰ πατέρα ἀπέκτεινέ τις αὐτὸν τοῦτο ὑπὸ τέκνων τολμῆσαι βίβη πάσχοντα. „Est vero τολμῆσαι idem ac ὑπομένειν, ἀνέχεσθαι.” Sic Editor Bipontinus, qui Astium secum traxit. Corrigendum censeo: αὐτὸν τοῦτον ὑπὸ τέκνων τελευτήσσει βίβη πάσχοντα ἐν τισι χρόνοις.

873. A. ταῦτα δὴ παρὰ θεῶν μὲν τινα φοβούμενον τὰς τι

μωρίας εἶργεσθαι χρὴ τὰς τοιαύτας. Nihil interest utrum ταῦτα dicas, an τὰς τιμωρίας τὰς τοιαύτας. Sed hoc illius esse glossema manifestum est. Nam nisi e margine illatum est, quid causae fuit cur distraheretur? Nimirum voces duobus in locis omissas esse scriba credidit, et pro ingenio unde excidissent divinavit. Idem factum vidimus in libro decimo 904. A. ubi annotatio ἀλλ' οὐκ αἰώνιον καθάπερ οἱ κατ' οὐδὸν ὄντες θεοὶ discerpta et corrupta in diversas orationis partes distributa est.

Ibid. B. Lege, περὶ (τοῦ) τῶν νομίμων εἶργεσθαι, et mox post Φόνου τοιούτου expelle molestam iterationem τούτων κτείνας τινὰ. Sed quae sequuntur plane novum carnificum genus nobis proferunt: οἱ τῶν δικασῶν ὑπηρεταὶ καὶ ἄρχοντες. Lege, κατὰρχοντες. Famuli hominem occidunt, deinde magistratus lapidationem dicis causa pro omni civitate perficiunt. Sed quid sibi vult ἐκβαλλόντων τῷ νόμῳ ἄταφον? Scribam suspicor aliud agentem eandem syllabam bis scripsisse: ἐκβαλλόντων των. Deinde qui illo apograpbo utebatur, quod litura corrigendum erat coniectura speciosius reddere maluit, et ex τῶν τῷ Ἰ effecit.

Ibid. C. ὅς ἂν ἑαυτὸν κτείνῃ . . . ἄργία δὲ καὶ ἀνανδρίας δειλία ἑαυτῷ δίκην ἄδικον ἐπιθῆ. Subtilitas Platonica interpretes fefellit. Qui mortem sibi consciscit, is se damnat. Cuius sceleris? Δειλίας, opinor. Sed qua re inductus iniustum de se iudicium pronuntiavit? Ἄργία καὶ ἀνανδρία. Quid apertius?

Ibid. D. εἶτα ἐν τοῖς τῶν δώδεκα ὀρίοισι μερῶν τῶν ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα θάπτειν ἀκλεεῖς αὐτούς κ. τ. εἰ. Qui de *finibus* somniavit luculentam orationem interpolando corruptit. Atque hic quidem de illis videtur cogitasse, qui ἔξω τῶν ὀρίων eiiciebantur; hi vero *sepeliri* iubentur ἐν τῇ χώρῃ. Qua igitur infamia horum sepulturam notari voluit? Nempe τάφους δ' εἶναι . . . ἐν τοῖς τῶν δώδεκα μερῶν ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα. Θάπτειν δ' ἀκλεεῖς αὐτούς κ. τ. εἰ.

874. A. προαγορεύειν δὲ τὸν Φόνον τῷ δράσαντι, καὶ ἐπιδικασάμενον ἐν ἀγορᾷ κηρῦξαι τῷ κτείναντι τὸν καὶ τὸν κ. τ. εἰ. Quoniam δὲ δράσας ignotus est, ἢ πρόρρησις neminem appellat, sed fit τῷ κτείναντι τὸν καὶ τὸν. Quorsum igitur τὸν Φόνον τῷ δράσαντι illatum est? Nisi me omnia fallunt, supplementum hoc est librarii lacunam ut poterat explentis. Quod autem intercederat, neque salva oratione abesse potest, longe diversum

sc. προαγορεύειν δὲ (τὸν ἐγγύτατα γένοι τῷ τελευτήσαντι).

876. A. τίς οὖν ὁ μετὰ τοῦτον λόγος et quae sequuntur omnia Atheniensi tribuit alter τοῦ πατριάρχου Codex. Rectissime. Quippe nec interrogationes illae nec interrogandi modus Climae conveniunt, nec nisi ipse sibi responderet Atheniensis sic loqueretur: τὰ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα ὀρθότατ' ἂν εἰπεῖν εἴη.

Ibid. B. Quid malum est ἐξ ἀνάγκης εἰλημμένον? Dele εἰλημμένον.

877. A. οὐδ' αἰδούμενον. Perperam Astius, „Veniam impetrantem”, Idem qui postea τὴν τύχην καὶ τὸν δαίμονα scitis σέβασθαι iubetur, hic ipsum αἰδεῖσθαι vetatur.

878. A. Dele comma post ἐπονομάζοντας. Ominis causa hunc adoptivum γεννήτορά τε αὐτοῖς καὶ ἐσιούχον καὶ θεραπευτὴν ἴσιον τε καὶ ἱερῶν nominant. Hinc patet γίνεσθαι alienum esse.

Ibid. B. ἀλλ' οἷς ἐσι μεθόριον, τοῦτο [ἐν μέσῳ] ὄρων πρότεροι ἐκατέρῳ προσβάλλον γίγνοιτ' ἂν ἀμφοῖν μεταξύ. H. e. „quod inter duo genera situm est utriusque particeps est.” Pro πρώτῳ lege ποτέρων, quod idem est atque ὀποτερωνοῦν. Mox recte Λ Ω pro ἐνεσῶτων habent ἐν ἔσω. L. τραυμάτων οὖν ἐν ἔσω τὶ ὄργῃ γενόμενον, (οὐ) ἐὰν ὄφλῃ τις κ. τ. ἐ.

879. C. L. διανοεῖσθαι τὸ πρεσβύτερον ὡς οὐ σμικρῶ τοῦ νεωτέρου [ἐστὶ] πρεσβεῦον. In Theaeteto ὡς πετόμενοι διανοοῦνται.

Ibid. E. ἐὰν ἄρα ἀδίκως δοκῇ ὁ ξένος τὸν ἐπιχώριον τύπτειν τῇ μάστιγι, τὸν ξένον, ὅσας ἂν αὐτὸς πατάξῃ, τοσαύτας δόντες τῆς θρασυξενίας παυόντων. Ergo si pugno vel fuste usus fuerit, impune abibit! Malim, ἐὰν ἄρα ἀδικεῖν δοκῇ, τῇ μάστιγι, ὅσαι αὐτὸς πατάξῃ, τοσαύτας δόντες κ. τ. ἐ.

881. A. θάνατος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἔσχατον, οἱ δ' ἐν Ἄιδου τόμοις λεγόμενοι πόνοι ἔτι τε τούτων εἰς μᾶλλον ἐν ἔσχαταις, καὶ ἀληθέστατα λέγοντες οὐδὲν ἀνύτουσι ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἀτροπήs. Ridiculum est πόνοι ἀληθέστατα λέγοντες. Coniicio δ' ἐν Ἄιδου τοῦτ' εἰς λεγόμενοι πόνοι. (h. e. ἔσχατον) οἱ δ' ἔτι τε τούτων εἰσὶν ἐν ἔσχαταις, καὶ ἀληθέστατα λέγονται κ. τ. ἐ.

Antequam ad librum undecimum transeo locum praeterire nolim qui in omnibus libris sic scriptus est: (871. C.) τίνες δ' εἰσὶν οἱ θεοὶ καὶ τίς ὁ τρόπος τῶν τοιούτων δικῶν τῆς εἰσαγωγῆς ὀρθότατα πρὸς τὸ θεῖον ἂν γιγνώμενος εἴη νομοφύλακας . . . νομοθετησάμενος δίκας εἰσαγόντων ταύτας. Qui τύπτεται et

τόμενός ἐστι perinde dici posse credunt, hoc exemplum laetipient. Sed non ex hac parte sola Graecitas laborat. Recte dem dicitur τίς ὁ τρόπος τῆς εἰσαγωγῆς; recte idem πῶς ἂν ἴτατα ἢ δίκη εἰσάγοιτο, sed luce clarius est in priore enuntiatione nullum locum adverbio esse. Nullus dubito quin scripserit noster: τίς ὁ τρόπος . . . τῆς εἰσαγωγῆς ὀρθότατα πρὸς τὸν γιγνομένης. ἂν εἴη omisi, quia et commodius est post εἰς δ' εἰσὶν subintelligi ἐστὶ, neque ulla sedes particulae ἂν venit nisi in ipso orationis initio, τίς δ' ἂν ὁ τρόπος. Hinc dicitur ἂν εἴη aliena manu illatum esse. Nunc raptim, nam intervalla negotiorum haec scribo, undecimum librum pergam.

13. Lege: τὸ δὲ μετὰ ταῦτ' ἐκ συμβολαίων ἂν πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν (ἢ) δ. π. τ. ἀπλοῦν ἐστὶ τό γε τοιοῦτον. Μοχ, ἐμὲ μὴ ἰθῶν, μηδαμῆ μηδαμῶς. — θησαυρὸν δ' ἐγὼ μὲν πρῶτον τοιοῦτον (sc. εὐξαίμην) — εἰς χρημάτων ὠφελιθεῖν ἂν ὀφείλων, ὅσον πρὸς ἀρετὴν — — d. κάλλιστον νόμων et καὶ τούτοιον (τοῖν) δυοῖν —.

14. τούτῳ δ' ἐπόμενον κ. τ. ἐ. Nulla est *redundantia*. „Proximè est ut doceamus hoc institutum et parvas et magnas res vitari oportere.” h. e. in parvis haud minus quam in magnis vitandum esse — pro καθιστάτω lege καθεσάτω.

17. L. πᾶς γὰρ ὁ τῶν κατ' ἀγορὰν κίβδηλεύων τι, et pone prima post ἐπόμνυσιν, nam ἐν τοῖς . . . φυλακτηρίοις ad sententia pertinet. Μοχ pro βραδίως ἔχοντα l. β. δέχονται ἂν οἱ πλεῖστοι. — κακὸς ἀναγορευέσθω.

18. [καὶ τί] τὸ διαβεβληκός —.

19. χειρωμένος. — d. ἀμαρτανόμενα.

20. διπλασιάζων (ἢ) τὸν ἔμπροσθεν χρόνον.

21. pro ὡς τούτοις αὐτῶν lege ὅς ἂν τούτοις sc. μὴ ἀποδιδῶ.

24. pro κατὰ ταῦτα lege κατ' αὐτά.

25. pro ἐνὶ γένει lege ἐν μέρει. — L. ἐστὶ δὲ πολλὰ πολλῶν ἴσῳ, καὶ ἀπορία γένοιτ' ἂν — θήλεια δὲ καὶ ἄρρη. — Lege εἰς αἰεὶ δὲ [καὶ ἄρρη] vide seqq.

26. Interpunge, ἢ τις ἐπίτροπος Φῆ, (sc. τὸναντίον τοῖς μὴ ὀνομαζομένοις γαμεῖν.) Φάναι est τότε χρὴ ἡμᾶς Φάναι. Miramentus est Astius.

27. Optime Desiderius Heraldus, sed praeterea legendum

δπου γὰρ. — μάλιςα τοῖς — εἰ μὴ δὲν παράδειγμα τροφῆς — εἶχεν ἄν τινα λόγον — ὡς ὄντα τὰ ἴδια, διαφέροντα πολὺ — οὐ πολὺ (τὸ) διαφέρων — τιμαῖς δὲ καὶ ἀτιμίαις (ἀμελείας ὄ) ἄμα καὶ ἐπιμελείας.

928. extr. pro τηλικαύτης lege τηλικαῦται.

929. Ὅν ἂν θυμὸς ἐπίη. — Immo ὃν ἂν θ. ἐφιῆ. — ὑπὲρ ἡμῖσι πλὴν πατρὸς διαψηφίζομένων — τοὺς μέσους non „neutrius partis studiosos”, sed nec πρεσβυτάτους nec νεωτάτους.

930. L. φωνῆσαι δὲ χρῆ . . . τοῖόνδε τι, προοίμιον ἂν γενόμενον εἰς τὰς τ. γ. κ. τ. ἐ. „Quod prooemium fiat” cett.

931. L. μὴ δὲν διανοηθῆτω ποτὲ ἄγαλμα — τιμωμένου, περιχαροῦς γενομένου.

932. Pro ἐπιτρέπων lege ἐπιτηρῶν. et pro ἧ ζῆ. — κατὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων εἶναι γένους.

933. Lege, ἔστι κατὰ φύσιν ἄλλη· ἄλλη δ' ἡ — ἐτέρους pro αὐτοῦς — ὑπὸ του τῶν — ἐτέρους δυσωπουμένους πρὸς ἀλλήλους — ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν (recte πείθειν del. Astius) διακελεύεσθαι. — ἢ τισιν ἐπὶ δαῖς ἢ τοιούτων φαρμακειῶν (κῆρα μιμήματα) ἢ ὠντινωοῦν.

934. ἔργῳ ἐπόμενον τῆ γραφῆ? — τὰς ζημίας ἐχομένας.

935. Lege ὅσον ὑπὸ παιδείας ἡμερώθη ποτὲ πάλιν ἐξαγριῶν τῆ ψυχῆς, τὸ τοσοῦτον θηρίου μέρος ἐ. δ. ζ. γίγνεται. (cf. infra μεγαλονοίας ἀπώλεσε μέρη πολλά.) — ἐταίρω κακῷ φιλοφρονούμενος — λοιδορῖαις συμπλεκόμεναις — οὐκ ἐατέον ἐς χρεῖσθαι. — καὶ μὴ. Α εἰ Ω καὶ μὴδὲ. L. καὶ μὴ δρᾶν.

937. L. διαβάλλει τις κακῆ καλὸν ὄνομα προσησαμένη τέχνη.

SIDNEY.

C. BADHAM.

PAUSANIAS.

I. 25. 3: τὸ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ — δούλους ἐποίησε τοὺς ἑπιβρόντας.

Imo vero: τοὺς ΠΡΟδόντας.

C. G. C.

AD CICERONIS PALIMPSESTOS.

(Continuatur ex pag. 386.)

In TULLIANA pauca sunt, quae utroque, Taurinensi et Ambrosiano, continentur: § 7 PECUNIAE PARET DOLO MALO usque ad 11 *armatos datum esset*, omnia eadem praeter res quasdam puellas, veluti *nt, et, -us, -re* (*videtur pro videretur* 9, sub f.) omissa, et pro *ex* (T. 10, init.), *atque* pro *et* (A. 8, med. ADRAPIENTIA prima manus, i. e. *adq. sapientia* solito compendio, Q. et s in unum R confusis), in utroque MS. aequae inventa. In reliquis orationis partibus difficile est dictu, uter praestet. Vitia sunt affinia et pari fere numero. Compendia rara: M non omititur nisi in fine versus, pro *que, bus* ubique Q, B, pro *non*, medio etiam versu, N. Reliqua sigla sunt in fine versus, ubi calligraphiae studio duas litteras in unam contraxerunt librarii. *Daret* et *daretur*, confusa sunt § 12: „cum iudicium ita *daret* (A: *daretur*) — neque illud adderet INIURIA, putavit”, rell., sed vitium non ex compendio scribendi sed prava correctione natum videtur.

Expectes fere in addenda aut detrahenda M in hoc genere codicum pro religione sua editores magna cautione uti; secus accidit § 28: „non satis habitum est quaeri, quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud, quid familiae dolo malo factum esset. Nam cum facit ipsa familia vi armatis coactisve hominibus”, ubi Halmius et Kayserus *vim*, sed formula legis VI ARMATIS COACTISVE servata, *facere* autem absolute positum est, ut paulo post: „familia ipsa non facit.” Cf. § 7 et alibi. Perverse

etiā nunc scribitur 54: „hoc sequitur, ut familia M. Tullii concidi oportuerit”; speciem aliquam haberet „familia concidatur oportet” sed ne tironi quidem condonari debet „familia concidi oportet”! Scribendum, quoniam ·M· in cod. est: „familiam M. Tullii.” Nam simul alterum illud, levius vitium *Tullii* cum codice tollendum est; constanter *substantiva* in -IUS -IUM in bonis codd., in inscriptionibus, in versibus poetarum usque ad aetatem Augusti habent in genetivo i¹). VI excidit § 31 post FAB; confusis litteris B et V, de quo supra dixi, scriptum erat FABIBI (non FABIBI) quo facto duae postremae litterae exciderunt. Ceterum similiter *vi* post *sibi* (SIVIVI) omissum est in Ambrosiano 21: „introitum ipsi sibi vi manūque patefaciunt.”

Proprium huic litteraturae (*capitalem* volo) est, ut *z* et *i* vi distinguantur; non operae est dicere, quoties Kellerus, qui post Peyronum Taurinensem contulit, dubium se haerere dixit, ut littera scripta esset; res pro se loquitur: obliqui ductus litterae *z* tam sunt minuti et exiles, ut facile oculorum aciem fugiant, unde sola residua litterae primariae quasi stirpe *i* nascitur. *Intellegere* et *neglegere* scripserunt vulgo veteres; semel in ha. oratione § 26 *intelligatis* extare dicitur, de quo dubito propter similitudinem illam. Contra *luci* § 47 ex codice pro *luce* recipiendum puto, ubi verba de XII tabulis recitantur: „ut furem noctu liceat occidere, et luci, si se telo defendat.” Plauti certe aequales *luci* dixerunt, quem „locativum adverbiascentem” in antiquiore XII tabularum sermone usurpatum esse consentaneum est. Non puto Ciceronem constanter *luci* dixisse, cum aliis locis in ipso T. sit *luce*, Vergilius habeat „lucē palam”, sed quod T. in eis, quae sequuntur *luce*, hoc autem loco, ubi de XII tabularum verbis agitur, *luci* habet, non potest casum factum esse.

In menda, quae ex incuria nascuntur, veluti exitus viciorum vocabulorum male assimilatos, repetitiones syllabarum, omissiones aut additamenta prava, nata ex eisdem syllabis ver-

1) Lachmanni de hac re accuratissimam disputationem norunt omnes, ad Lacr. p. 325 sqq. Sed inutile non erit videre omnia, quae a. 1831 in Bibl. Crit. Nova (V. 260) huic sententiae Bentleianae opposuit Lennepius, praeter unum Vergilii exemplum Aen. III 720 omnia norma recte definita evanescere; Peerkampius Bentleio adstipulatur, ad Hor. C. III 27. 43.

sive post exiguam intercapedinem iteratis, vocibus interpositis et omissis aut bis scriptis, inciderunt librarii illi vetustiores hilo minus quam recentiores. Ita *undede* pro *unde*, § 26 *erret liceret* pro *dicere* l., § 39 simm. „*Illa* bona atque honesta copia” pro *illi* scriptum videtur § 22: „Tullius stantem (disturbata villa) dimittit ad amicos, quorum ea vicinitate tum illa bona atque honesta copia praesto fuit”. „Ex vicinitate” Beierus, „ei vicinitate” Halm.; sed „ea vicinitate” :: cum tales vicinos haberet. Hoc ipsum *illi* vel *illico* Oratorius, posterius sine causa. Loco minime dubio § 31 ‚defendem’ scriptum est pro ‚defendere’, cum sequatur: „causam tuam”. Male repetita vocabula deprehenduntur § 34: „ego non in re sola, quod mihi satis est, neque in universa *re solum*, sed *ad mihi satis est*, sed (cod. *set*) singillatim (cod. *singulatim*) in omnibus dolum malum extare dico.” Verba notata mirifice ferunt et exulare debent. Porro pro *est* scribendum *esset*, a se confunduntur etiam § 42; qui *non* de una re sola verba ait, non potest dicere id sibi satis esse, sed futurum fuisse. *c solum* opus est, secus esset si sequeretur: „sed etiam.” aberravit librarii oculus ad superius *re sola*.

Idem factum esse § 29 indicat Kellerus, quem sequuntur Helmius et Kayserus: „plus (valet) Claudii (causa, si) interdicitur, unde dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, de a me vi deiectus esset. Nam in hoc posteriore, nisi ipse promeret deiecissem, vincerem sponsonem; in illo priore, ubi dolus malus additur, sive consilium inissem, sive *ipse* deiecissem, necesse erat [*te* omittendum] dolo malo meo vi deiectum licari.” Omnia plana: dolus malus etiam sine facto esse potest; si dolus malus punitur, poenam meretur tam qui fecit, quam qui consilium faciendi iniit sive alterum impulit ad faciendum; si dolus malus ex formula omittitur solum factum punitur. Sed *ipse* in hac loci forma minime necessarium est ad positionem inter „consilium inire” et „deicere.” Scilicet male lentur verba codicis *ut vi deiceretur* post *inissem* a Kellero missa. Parum probabile est, librarii oculos post „consilium inissem” *decem* in codice versibus aberrasse atque inde eum illa verba: *vi deiceretur* repetivisse. Imo recte opposita sunt „consilium inire” ut *deiciatur*”, nimirum ab alio, et „*ipse* deicio.” Codex habet:

MSIVEIPSEDEICISSEM
UTUIDEIIORRETURNECES

Litterae punctis notatae delendae sunt; voluit librarius, qui illa supra versum scripsit, etiam T (in *tur*) delere: „ut vi deicerem sive ipse deiecissem”, sed pravam illam correctionem non perfecit. Aliter iudicat Kellerus (cf. etiam Halm.) At si deleta voluit manus illa altera verba „ut vi deiceret”, sine dubio ea similiter atque *ur* delevisset. Legendum: „sive consilium inissem, ut vi deiceretur, sive ipse deiecissem.”

Sed manifesto oculorum errore alienum additamentum irrepat *non modo servos* § 53, quae verba bis leguntur, utroque loco post *esset*, sic ut priore ab Halmio iure omittantur.

Affine vitium assimilationi litterarum, de qua supra, est paulo ante § 29 sub f. ubi legendum puto: „si, *cum* ita interdictum est et sponsio facta, ego me ad iudicem *sic* defendam, vi me deiecissem confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat” Codex habet SIOUTITA. Pro *sic* MS: *si*.

Neglegentiae aut pravae emendationi debentur *quibus* pro *que* in his § 41: „neque enim is, qui hoc iudicium dedit, de ceteris damnis ab lege Aquilia recedit, in *qua* nihil agitur nisi *damnum*” et *oppugnasse* § 55. Fortasse, inquit Fabius, Tulli servi meam villam *oppugnaturi erant*, propterea equidem eos occupavi et aggressus sum; agitur de consilio, non de facto, quemadmodum nunc fit in hac lectione: „dubitari hoc potest, reciperatores, utri *oppugnasse* videantur; qui ad villam venerunt an qui in villa manserunt?” Non hoc agebatur, sed utros probabilius esset *consilium* agitasse de oppugnando. Requiro: *oppugnaturi fuisse*. Cf. paulo ante: „*oppugnatum venturi erant*.”

In uno folio orationis IN CLODIUM ET CURIONEM pro modico ambitu paulo plura menda sunt, quaedam lacunosa, et incerta. Maiorem partem tractavit Bootius, ad Att. I. 16. 44 post Halmium, Sitzungsber. der Bayer. Akad. 1862. Bd. II p. 1—44. Volo ea quae leguntur p. 65. a. infr. ap. Peyronum, in Kayseri editione B. XIII. 4 § 2 (vol. XI), alterius Orellianae IV. p. 948, ubi sic scribendum puto: „Primum homo durus ac priscus in-
vectus est in eos, qui mense Aprili apud Baias essent — .

erum tamen ceteris se dixit ignoscere, mihi vero, qui villam edificassem in illo loco, nullo modo. Quid homini, inquit, „Arpinati cum Baiis?” Locus sic exstat in codice: VERŪ | TAMEN-
 TERIS *** | SITIGNOSCERE ** VERO | ***** | INILLOCONULLO-
 MODO. Numerus asteriscorum apud Peyronum non respondet numero litterarum, ut putat Halmius; cf. p. Peyroni 52. b, 65. b, 21. b. Singuli versus habent litteras 16—23. Alia tentamina prioris lacunae explendae sunt: „ceteris possit ignoscere”, in quo licendi verbum male abest: non significatur, cuius ista sententia sit; „ceteris facile possis” dubitanter Halmius; magis illi placet „facile se ait”, contra lectionem traditam. SIT natum uto ex (DIX)SIT, aut (DIO)SIT, simili errore, quo subinde in inscr. *uxsor*; *dixit* in Pompeianis et antiquis libris, velut Vacano Philippicarum et codice Reipublicae invenitur; *conspescere*, *uacerit*, in codd. Lucani cf. Cortius ad VI. 575. Altera lacuna [almio ita videtur tollenda: „ei vero, qui praedium habeat in illo loco.” At praedium non est instrumentum luxuriae sed ditiarum documentum. Melius aliquatenus „villam habeat.” Sed sequentibus apparet, Clodium Ciceroni obiecisse quod *aedificasset* Baiis. — Non *ei*, sed *mih*i suppleo, ut manifesto Cicero significetur et transitus sit ad Arpinatis mentionem in proximis. Quae p. 65. b. Peyr. sub fin. leguntur sanavit Halm., a quo illem Kayserus recessisset. Halm: „is (praestat *ibi*) me dixit edificare, ubi nihil habeo, ibi fuisse quo *adire* nemini non *libet*. O inpotentem adversarium,” rell. De reliquis tutius erit dicare, si iterum folium inspectum sit; nam sunt in eo quae more huius librarii recedant compluscula.

Palimpsestus Taurinensis Pisonianae quoque partem continet, pita fere decem: VIII, 17 . . . *to enim illud consulem* usque X, 23 *consulatus aut te*, XIV, 33 . . . *rentur male precarentur* usque ad XV, 36 *esse visam*, XX, 47 . . . *niam in quam utum* usque ad XXI, 50 *omitto ille si non*, XXV, 61 . . . *terea que* ad XXVI, 63 *iam vides quo* . . . Ib. 64 *num etiam* usque XXVII, 67 *luxuriam autem notite*, XXXI, 75 *quorum quidem is enim* usque ad initium XXXII *ego C*, Ib. 79 . . . *vit non* *propter* usque ad XXXIII, 81 *ut si montes re* . . . Eiusdem

orationis § 32—74 habemus codicem praestantissimum Vaticanum saec. VIII, qui est ab homine imperito scriptus sed ex codice *omnium optimo*. Diligentius multo scriptus est Taurinensis, sed in locis difficilioribus et ubi rariora vocabula inveniuntur, praestat Vaticanus: melior est V. quamvis aliquot saeculis recentior. Argumenta in annotatione infra scripta sponte se offerent aut postea dabuntur.

18. Cum senatus dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset, Piso consul edicere est ausus „ut senatus contra quam ipse censuisset ad vestitum rediret.”

De eadem re Sest. 32 „cum subito edicunt consules, ut ad suum vestitum senatores redirent.” Unde huc arcessendum *erans*: „ad suum vestitum rediret”. Paulo post: „cur non meis inimicis, meis copiis” (c. 9 init.) primus, quantum video, Kayserus distinctionem recte sustulit (*inimicis* dativus, *copiis* abl. est).

21. — „complexus es funestum illud animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex *omnium* scelerum importunitate conceptum, atque *eodem in templo*, eodem loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti.”

Arbitria funeris sunt summa pecuniae data eis, quibus arbitrium de exsequiis permittitur, qui curare debent, ut funus sit honestum et splendidum eoque ab heredibus non sordidis lautam mercedem accipiunt. De eadem re de Domo 98 „videre praetextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris” e. q. s. Cum Sen. gratias egit 18 „nondum palam factum erat, occidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris solvabantur.” Accedebat ad exsequias illustres epulum. Hor. Sat. II. 3. 86:

Heredes Staberi summam incidere sepulcro;

Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum

Damnati populo atque epulum *arbitrio* Arri.

Vides proprium in exsequiis vocabulum *arbitrium*: epulum tam splendidum ut etiam Arrius sumptuosus exactor probaret. Id. II. 5. 104:

sepulcrum

Permissum *arbitrio* sine sordibus exstrue.

os arbitros a redemptoribus diversos esse moneo propter F. A. Tullium ad locum de Domo laud. p. 242, sq. Arbitros lucrum cepisse (velut hodieque testamenti „executores”) ipsa comparatio testat. Idem Wolfius ad p. Red. Sen. 18 (vid. supr.): „de puerilitate, qua auctor expressit sive exscripsit locum in Pis. § 21 licem constituo unumquemque, qui subtili iudicio valere sibi videbitur. Namque illic longior periodus vehementissimi spiritus et continuationem verborum gravissimorum sic concluditur: *tem in templo — abstulisti*” (vid. supra). „Huic ingeniosissimae orationi [?] manus erant iniiciendae, eaque vel per se videbatur paucorum verborum ambitum illuminate terminare posse, si quis ex nativo solo magnificum florem inter vile olus transferre velit, et sic areolam suam satis se exornaturum ret. Iam i, et hunc locum numera in iis, quibus suas ipsi tentias repetunt magni scriptores.” Serviebat Wolfius argumento, ut spuriam illam esse orationem probaret. Nam non minus futuros existimo, qui Wolfio hoc loco assentiantur. Eisdem antequam eius verba inspexi, quaedam dicturus eram Pisonianae loco, ut eum docerem a tumore verborum tam longum abesse, ut *vobis* suspicionem posset excitare. Mihi Wolfius non persuasit. Verba de Domo l. l. ipsa simplicitate et veritate graviora sunt. Contra in altero loco quaero, quid sit *tem in templo*” (nam de uno facto sermo est) et qui praeter se dixerit *eodem loci vestigio*; „e vestigio” satis notum, non minus; porro notum est *in eodem vestigio temporis* i. e. simul, et *vestigio temporis* pro: momento temporis (Caes. b. civ. II 26). Tempori, quod *progredi* saepe dicitur, vestigium recte adhibetur, sed locus non movetur, non ponit vestigia. At ostenditur illud pro: eo loco et tempore, quae vestigium mei temporis etiamque habebant accipi posse (etsi non facile mihi suadeo), illa certe *eodem in templo* ferri non possunt. Constat se cum Clodio Piso effecit, ut Ciceronis exilium a comitiis tributis confirmaretur, tum in senatu tulit, ut sibi provincia, quam vellet, concederetur. At illa duo non distincte commemorantur; nec fiunt eodem in loco. Redeant igitur verba *tem in templo* eo, unde pedem intulerunt. Ac nisi haec ab oratore prolata essent, quem novimus in calamitatibus suis describitis nimium, nec ad argumentum, quod saepe variandum et

pompa verborum illustrandum esset, pertinerent, nihil genuinum putarem; verba excusatione potius indigere quam laude existimo — „Ex *omni* scelerum importunitate” T. recte, ut puto. Paul post § 22, „in quo cum illum saltatorium versaret orbem” (a T. om., mendum est in var. lect. apud Halm.) e recentioribus ante *illum* addendum cum Kaysero.

33. „unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent”. Gravius aliquod vocabulum ab initio ponendum erat, non *unam* quod proprie accipi non potest (quasi opposita sint *plura* itinera sed auget tantum vim proximi *perpetuam*. Fortasse aliquot litterae addendae, ut legatur „*funestam* tibi illam” rell. Proverb fere speciem habet, quod est apud Nonium p. 483, fin. (sine *unam*) „Turpilius Thrasyleone: Age, age, egredere atque utinam istuc perpetuum iter sit tibi.”

34. „Me Kalendis Ianuariis — frequentissimus senatus, *concurso Italiae*, referente clarissimo ac fortissimo viro P. Lentulo consentiente atque una voce revocavit.”

Delenda concursu Italiae. Kalendis ex sc. convocabantur Italia qui Ciceronem salvum vellent, nondum convenerant nisi legati ex Italia; cf. Sest. 72 et 128. Insolens etiam ratio legendi. Eodem pertinent quae infra leguntur: „ad meam unius hominis salutem senatus auxilium omnium civium cuncta Italia — consulis voce et litteris implorandum putavit.” *Hominis* legitur in T. V., omittunt novicii codices. *Hominis* habet aliquam certe debilitatis significationem (pro me, uno homine surrexit omnis Italia), illo omisso sententia est: praeter nemini is honor habitus est. Non igitur omitti debet, sed collatis his (cum Senat. grat. 24): „ut cuncti ex omni Italia ad me unum, hominem fractum et prope dissipatum (desperatum?), restituendum venirent?” puto aliquid excidisse post *hominis* veluti: „fracti et debilitati” aut similia, quae unum verbum fere expleant.

35. „de collegae Q. Metelli sententia, quem mecum eade res publica, quae in tribunatu eius diiunxerat, in consula [virtute optimi ac iustissimi viri sapientiaque] coniunxit.”

Eius inutile est; noverant Metellum tribunum fuisse, non Ciceronem. Ad formam orationis cf. de prov. cons. 21, ubi *hinc* sic legit: „tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum omnibus suis inimicissimis in gratiam rediit? Quibus eum ad rem publicam reconciliavit, quae alienarat” (N. Jahrb. 1879 . 176). Vulgo *omnibus* post *quibus eum* legitur. *Virtute opt. a. v. sapientiaque* onerant sententiam.

47. „Dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? nam potestatem habuisti? quam legem? . . . Quid est aliud furere? Non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem? Cruentare corpus suum leve est, maior aec est vitae, famae, salutis suae vulneratio.”

Madvigius ad de Fin³ p. 658 sic scribit et explicat: „Quid est aliud furere (sc. nisi hoc quod tu fecisti)? Non cognoscere homines? Gravius est non cognoscere leges, non senatum, non civitatem. Cruentare corpus suum? Maior haec est vitae, famae, salutis suae vulneratio.” Quaerit Cicero in quo situs sit furor; ostendit graviora furoris indicia esse in iis, quae Piso fecerit, quam in iis, quae vulgo furorem arguere credantur.” Ii quoque *leve est* cum T. reliquisque praeter V. codd. omitunt. Halmius explicat: „Quid est aliud furere nisi hoc quod tu fecisti? ignoratio hominum, legum, senatus? nonne hoc certissimum furoris indicium est? Nam corpus suum vulnerare, hoc vulgo pro summo furore habetur, illud quidem leve est; maior haec est vitae suae vulneratio.” Omnes hae turbae imponi possunt mutata una distinctione post *furere*: „Quid est aliud furere, non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem?” i. e. quid aliud nisi hoc quod tu fecisti est furere, est non cognoscere homines, est non cognoscere leges, e. q. s.? sive: quae tu fecisti produnt furorem, produnt ignorationem hominum, rell. Ad „non cognoscere homines” cf. haec de eodem Pisone dicta cum Sen. grat. 13: „nam ille alter Caesoninus Calventius ab adolescentia versatus in foro, cum eum praeter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret, non vis consilii, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non *cognoscendorum hominum studium*, non liberalitas; quem praeteriens cum *incultum, horridum mae-*

stumque vidisses, (agnoscis *barbatum Epicureum*, ut legendum § 20) etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares." Infinitivi omnes (*furere, cognoscere*) eadem ratione (ut in talibus fieri oportet) cum sententia iuncti, habent vim praedicati, quemadmodum Phil. II 7: „quid est aliud (sc. nisi hoc quod tu facis, recitare amicorum epistolas) tollere ex vita vitae societatem, tollere amicorum colloquia absentium?" (palam recitare familiarium epistolas est tollere societatem, est tollere amicorum colloquia absentium). In postremis apparet Vaticanum praefendum esse Taurinensi; nam *leve est* non potest omitti. Sed sequi debebat *gravior non maior*, nec gradatio recte procedit; dicendum: „non leve est hoc, — gravius istud", „leve est hoc, levius aliud", „illud iam acerbum, hoc etiam acerbius", „grave hoc, gravius istud". Et sic: „non leve est (i. e. magnum est), maior est", aut: „cruciatum corpus suum leve est: haec est vitae, famae, salutis suae vulneratio", quo modo omisso *maior* legendum.

Utique in hoc loco praefenda est Vaticani auctoritas; sed § 48 V. pravum additamentum habet: *partim mutationes (rec. partim permutationes)* quo caret T., contra recte V. indicat lacunam ante *montem*, quae deest in T. Sic certe, si quid statuendum in loco dubio, iudicandum est. Verba haec sunt:

48. „Ecce tibi alter (Gabinus) effusa iam maxime praeda, quam ex fortunis publicanorum, quam ex agris urbibusque sociorum exhauserat, cum partim eius praedae profundae libidines devorassent, partim nova quaedam et inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit, emptiones [partim mutationes] ad hunc Tusculani . . . montem extruendum; cum iam egeret, cum illa eius intermissa intolerabilis aedificatio constitisset, se ipsum — regi Aegyptio vendidit."

Postremum hoc accidit a° 698, quo Gabinus cum exercitu Romano Ptolemaeum in regnum restituit: pro consule Syriam regebat inde ab a° 697, eodem quo Cicero rediit et orationem habuit de Domo. Tum (prid. Kal. Oct. 697) iam absoluta erat villa Tusculana, quam ornaverat Gabinus directo Ciceronis Tusculano; quod cum proscriptum esset statim post damnationem eius (a° 696), sequitur ut „praeda, e fortunis publicanorum et

onis sociorum" a Gabinio *praetore* alicubi sit congesta (cuius caeturae alibi nusquam memoria exstare videtur); nam legato ab Pompeio militanti nihil rei erat cum *publicanis*. Conf. de Domo 124: „cur ille gurges (Gabinus) helluatus tecum simul rei publicae sanguinem, ad caelum tamen (nim. quamvis roscriptis eius bonis) extruxit villam in Tusculano visceribus arari." Cum Sen. Grat. 18: „uno eodemque tempore domus tua diripiebatur, ardebat; bona ad vicinum consulem (ad Pisonem) de Palatio, de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur." Quodsi Cicero scribit *constituisse* aedificationem in Tusculano eo tempore, quo Gabinus in Aegyptum et Syria exercitum duxit (698), minus accurate loquitur. — Verba in locis ubi omnia diripuit" pertinent ad Tusculani Ciceronis aedificationem, cf. de Domo, 62. *Emptiones* ad villam magnifice aedificandam intelleguntur; „mutationes" aut „permutationes" a sententia alienae sunt, nam *permutationes* non sunt per se sumptuosae; si voluisset aedificandi consilia perpetuo mutata significare (*perpetuas mutationes*), tamen iis hoc loco interpositis immedivisset structuram; alia a sententia non aliena velut *subvectiones* aut *substructiones* non habent palaeographicam probabilitatem. Iud *partim mutationes* exstitit per dittographiam ex superiore *emptiones*", cuius postremas syllabas *ptiones* interpretabantur *partiones* s. *partiones* (nam *p* compendium etiam pro *par* usuratur). — „Tusculani montem exstruendum" nunc vulgo, prava compositione; mons *Tusculanus*, aut *in Tusculano*, aut *Tusculi*, non mons *Tusculani* dici potest, nisi unum Tusculanum est et una illa villa mons. Collis significatur in agro Tusculano, in quo molem aedificaverat Gabinus (cf. de Domo l. l.). Ergo iam si auctoritate careret, tamen se commendaret: *ad hunc Tusculano in* (hinc *Tusculani* exstitit) *monte montem exstruendum*. Sed non auctoritate destituimur; in Vaticano non tantum lacuna datur (ante *montem*) sed Erfurtensis cum aliis recentioribus aet huic lectioni, praebens: *tusculam in montem* (aut: *monte montem*; similia Pithoeanus (Franc. cum T. facit).

Multis partibus inferior est Erfurtensis, et reliqui rec. et veterumque impune neglegi possunt, suppeditant tamen, unde appareat ex alio eos fonte fluxisse quam Vaticanum, veluti Rec. 16 (Halm.) V.: *hoc dicebat Silanus*, Rec. *dicimus Silanus*

(pro: *D. Silanus*; Fr. totidem litteris: *Decimus Syllanus*); 1087. 5 V.: *tui quidem*, Recc. *tui. quid est (pudet me tui. Quid est)*; 1089. 26 V.: *sed haec non dubito nam*, Recc.: *sed de hoc non dubito [nam]*, recte, nec ex correctione, cuius ratio nulla apparet; 1091. 5 V.: *contra imperatorem populi Romani*, Recc.: *contra senatorem p. R.*, ubi *imperatorem* certe de adolescente Pisone (§ 68) non recte se habet, sed post *senatorem* omittendum P.R.; ibid. 9: „reprehendat eum licet *si qui volet, modo leviter*”, sic recc., sed Vat. male: *si qui modo vult*; ib. 25 „*quam qui profiletur (disciplinam)*” potest esse ex correctione, vera tamen, pro *confiletur* in Vat. Sed certissima est fontium diversitas 1090. 19 V.: *hac distracta fronte*, Recc.: *hac dis irata fronte*. Omitto iam ea discrimina, quae possunt ex correctione explicari, veluti *reputaretur, putaretur: furialibus, furiarum; videri, viderem*. Dubium est 1087. 5 (§ 58): *coronam illam lauream*, sic Recc., Vat. *auream*, nam aureae coronae non sunt ignotae in triumpho, Marquardt, Staatsverw. II p. 556, Gell. V. 6, porro ex *illam auream* potuit existere *lauream*; tamen veriorum puto recentiorum lectionem quoniam corona vilis significatur. Quod si conferre volueris p. 1079. 5 *accepta*, 1073. 12 *eam* [*Gabinio*] *collega*, p. 1093. 8 *stare [in] suo iudicio* (nota mihi sunt quae Halm. p. 1453 scripsit), ibid. 11 *contione (contentione)*, videbis contra T. quoque ex deterioribus subinde aliquid praesidii esse. Haec autem quamvis pauca sint et vulgares libri admodum corrupti (cf. etiam Halm. p. 1101), tamen non debito h. l. eos sequi propter lacunam in V. In reliquis mihi respectum *intermissa* propter abundantiam orationis et locum, quem occupat. Fortasse natum ex glossa *impermisa*.

Mentio molis Gabinii constructae ex ruina alienae villae in memoriam reducit Chrysogonum, qui contendebat ad Veientanam aedificationem se diruise villam S. Roscii patris. Locus est in schol. Gronoviano ad partem deperditam Roscianaep. 436, Or. ubi haec corrupte leguntur:

„*Maxime metu ut Sullam scilicet*] DERIBAT tamen. Et ait se, id est, suspicionem suam in alium deducit. Hoc enim dicebat Chrysogonus: non (quia) timui, ne mihi tollerentur bona Roscii, ideo eius praedia dissipavi. Sed quia aedificabam, in Veientanam ideo de his transtuli.”

In quibus dudum correctum: „maxime metui] Sullam scilicet.”
 ad ex proximis nihil in fragmenta receptum; legendum:

„derivat tamen, et ait se] id est suspicionem suam in alium
 ducit”. Cf. „derivare crimen, culpam” Mil. 29, Verr. II. 49
 Verr. I. 139: „alio responsonem suam derivavit”. In postre-
 is („non (quia) timui”, rell.) Tullianum esse videtur: *praedia*
inipare, cf. de l. agr. I. 2: „ut a maioribus nostris possessio-
 nis relictas disperdat ac dissipet”. Scholiasta de suo fingit quae
 cat Chrysogonus, sed in eo partim verbis Ciceronis uti cen-
 dendus est.

Ibidem in Pisoniana offendimus has ampullas, in quibus extra
 has fertur orator: „(Gabinius) se ipsum, fasces suos, exerci-
 m populi Romani, *numen interdictumque deorum immortalium,*
ponsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi Romani,
 men ac dignitatem imperii regi Aegyptio vendidit.” Usitatus
 disset, omisissis vocibus notatis; etiam verbum *vendidit* nimium
 , quasi ad servile ministerium se Gabinius mancipasset.
 commodavit *vendidit* illud zeugmate diversis obiectis, cum
 tim tradendi (*se exercitum*, rell.) partim negligendi (*responsa*,
 l.) significationem habeat. Sane invidiose. Ceterum parum
 vero sibi constat; nam si idem, quod Gabinius, Lentulus
 consul Ciliciae egisset, probaturus fuit. Lentulo enim sua-
 , ut, si possit sine exercitu, regem Ptolemaeum reducat,
 religionem, si fieri possit, observet, si minus, exercitum ad-
 eat, religionem missam faciat, specie tamen Sibyllae iussis
 imperet. Callidum enim hoc ei consilium suggerit, ad Fam.
 7. 4 „esse et tuae (Lentuli) et nostri imperii dignitatis, Pto-
 maide aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum classe
 que exercitu proficisci Alexandream, ut, eam cum pace
 aesiidiisque firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum; ita fore
 et per te restituatur, quem ad modum senatus initio cen-
 sit, et *sine multitudine reducatur*, quem ad modum homines
 ligiosi Sibyllae placere dixerunt.” Nimirum Sibylla cum
 s statua in Albano de caelo tacta esset (Dio XXXIX. 15),
 erat ut sine multitudine, sine vi armata Ptolemaeus resti-
 etur, itaque senatus consultum, quo Lentulo ante profectio-
 ea res erat mandata, sponte sublatum erat; censet tamen

Cicero, quoniam nominatim ea provincia Lentulo non erepta esset, salva senatus auctoritate acturum esse, si modo verba oraculi servaret. Interim dum Lentulus et Pompeius et „tres legati, homines privati”, et „tres cum imperio” praedae inhiant, et Romae contendunt, Gabinius, occasionem aucupatus Aegyptum intrat. Iamque secundum Ciceronem factum committit flagitiosissimum, spernit „numen interdictumque deorum” i. e. monitum Sibyllae, quod ipse scilicet Cicero pie observaturus erat, „responsa sacerdotum”, qui de eodem Sibyllae effato rogati sententiam exposuerant, „auctoritatem senatus, iussa populi Romani”, etsi populus nihil in hac re egerat, nisi quod per tribunos non intercesserat. Ceterum hoc intererat quod Gabinius speciem pietatis non praetexebat, et quod aperte enormem tententorum a rege summam accipiebat, dum reliqui clam faciebant, nam nemo erat abstinens erga regem, qui thesauros offerebat, propter quos aliquid deliquisse operae pretium esset. Sed cum pecunia illa potissimum invidiam excitasset in Gabinium, meliore verbo quam *vendere* uti non potuit Cicero, et omnino *ἀγκύθους* volebat, optime rem instituit.

53. „non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis *referrī* videtur.”

Scribendum *ecferri*; non mortuus urbem reliquerat, nunc mortuus in urbem *redibat*, sed sententia: non illud videbatur reditus imperatoris sed cadaveris *elatio* (exequiae). *Mortuus* substantivum est ut Mil. 75, ad Quintum fratrem I. 3. 1 „quandam effigiem spirantis mortui”, nec quidquam opus lectione Ursiniani *in funus*. *In funus refertur* cadaver ut honeste e domo ipsius mortui efferatur, ut factum olim in consule Cn. Cornelio Scipione, qui mortuus Romam adlatus funere magnifico elatus sepultusque est (Liv. XLI. 16. 4), sed id turbat nostrum locum.

54. „Mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus, atque eis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit, ad conservandam rem publicam *dignior*, mecum fuit tum, cum —.”

Hic locus, ut superior, in T. nunc deest, in V. et rell. est sine

aristate. Tamen friget comparativus *dignior* post superlativum; parum gravia haec de Flacco, cum alibi in praeconiis non sit Cicero moderatus et parcus. Sententia postulat fere: „con-
nectus fuit, ad conservandam rem publicam *devinctus*” vel „*ob-*
trictus.” Eo quod olim Ciceronis partes secutus erat, in perpe-
rum bonis favebat; communio illa consiliorum pignus erat
perpetuae eius voluntatis. De verbis magis ambigo quam de
sententia, paene crediderim non haerendum esse in litterarum
notibus, cum *dignior* ad locum laecerum explendum undeunde
im sit accessitum.

In diversa abire videntur V. et T. § 61: „rationes ad aera-
um continuo, sicut lex tua (Iulia) iubebat, *detuli* (Piso)” T.
habere cum reliquis codd. (praeter Franc.) *retuli* ex Peyroni
sententia efficitur. Paulo post: „ita enim sunt perscriptae (ratio-
es) scite et litterate, ut scriba ad aerarium qui eas *rettulit*,
perscriptis rationibus secum ipse, caput sinistra manu perfricans
murmuratus sit:

ratio quidem hercle apparet, argentum *οἴχεται*.”

Ex lege Iulia debebat magistratus provincia decedens apud
has civitates deponere rationes, easdemque totidem verbis domi
deferre ad aerarium.” Idem („*referre* rationes”) scribae est, qui
domo domino rationes conficit, Romae in aerario deponendas.
Scribae aerearii, qui consignat rationes in tabulis publi-
cis, aequae *referre* dicitur. De hoc cf. Liv. XXVI. 36: „aes in
publicum conferunt tanto certamine iniecto, ut prima aut inter-
im nomina sua vellent in publicis tabulis esse, ut nec
viri accipiundo *nec scribae referendo sufficerent*.” De illis
ad Fam. V. 20 passim, veluti: „si M. Tullius, scriba meus,
esset, a quo mihi exploratum est in rationibus dumtaxat
ferendis — nihil eum fecisse”, „si rationum *referendarum* ius
et mos antiquus maneret, me *relaturum* rationes — non
esset” „quoniam lege Iulia relinquere rationes in provincia
esset erat easdemque totidem verbis *referre ad aerarium*”, et
incipit eadem § „ne quid aliter referretur”, sub finem *deferre* de
Cicerone pro quo Wesenberg *referre* substituit; eo quidem
recte. Sed in verbis supra scriptis *detuli*, vocabulum lec-
tissimum, praefendum. Rationes, a magistratu *delatae* ad aerarium,

referuntur a scriba aerarii in tabulas publicas; is perlectis et descriptis eis ad finem, cum nihil obiici possit, commurmurat ista: ratio quidem hercle, rell. Vocabula *ad aerarium* significant noto usu (ut: ad forum, ad villam, ad omnia templa, ad inferos) *in* aerario, iungenda cum *scriba*. „Perascriptis rationibus” Schultzio et Dobreo auctoribus induxit Kayser, locum aliter interpretatus; sed scriba privatus magistratus (ut M. Tullius ill. erat Ciceronis) non potest dici „rationes *ad aerarium* referre,” id facit magistratus (deponere ad aerarium, *overleggen*), potest scriba „referre rationes”, i. e. in tabulas accepti et expensi ferre (*boeken*). — In proximis teste Peyrono T. omisso *iam* habet *escendentem* (non: „iam escendentem” ut Halm. refert) qua particula aegre careas. Supra quoque § 59, quo loco caret T., V. solus habet *iam*, ubi nihil sane offendit vocula, sed exiguum hoc est prae reliquis, quae emendatione ibi videntur egere: „quid est, Caesar, quod te supplicationes totiens iam decretae, tot dierum tanto opere delectent? in quibus homines errore ducuntur, quas di neglegunt, qui — neque propitii cuiquam esse solent neque irati.” Nisi me animus fallit, solet Cicero in illa anaphorica repetitione praeponere *tot*, ut composita aut derivata *toties*, *totidem*, item *tam*, *tantus* sequantur. Requiro: „supplicationes tot dierum, totiens iam decretae, tanto opere delectent! [in quibus homines errore ducuntur] quas di neglegunt”, rell. Certe debebat esse *in quo*.

62. „L. Crassus, homo sapientissimus nostrae civitatis, *spiculis* prope scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphum causam aliquam quaereret.”

Sic plerique codices. Ambigua est lectio V.: *peculis*, existitne ex *speculis* (a *specula*) an ex *spiculis*. Paulo longius abest *specillis*, quod Madvigius invenit, et aptissimum esset, si de iactura reparanda sermo esset. *Speculis* habet Erlangensis. Verum est *spiculis*. Percussa est Gallia, tamquam hostis; lancea scrutatur Crassus, equid alicubi vitae supersit, quod ad pugnam movere possit. *Scrutari* dicitur de corpore caesi spoliando, Tac. Hist. III 25. Ibidem *scrutari lanceis testudinem* est experiri, num forte quid hiet. — In fine huius paragraphi fortasse legendum: „quam M. Piso.” Nam cum ad L. Pisonem haec dicantur,

etustior ille praenomine distinguendus est, quae ratio in reliquis (*Cotta*, *Crassus*) non valet.

64. „Num etiam in hac quotidiana. *assidua*, urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, *consilium*, *auxilium*, *auctoritatem*, sententiam senatoriam nobis aut, ut verius dicam, cuiquam es infimo ac despiciatissimo antelaturus?”

Consilium datur iis, qui domi petunt, *auxilium* in foro, *auctoritas* senatus est; conveniunt ergo haec tribus illis: „celebritatem domesticam, operam forensem, sententiam senatoriam” ad quae interpretanda adscripta esse videntur. *Assidua* iam secludit Saiterus.

In loco corrupto § 66: „Convivium publicum non dignitatis causa inibit — nisi forte ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum *maioribus* suis cenet —, sed plane animi sui causa” tsi multa dubia, tamen unus V., contra T. et reliquos, recte habet *amatoribus*, modo reliqua emendentur; nam ut patres conscripti” omnino dicantur impuri, in ipso praesertim senatu, probari non potest. Nec tamen P. Clodio, quod ceterae editiones, male intellecto compendio P. C. pro *patribus conscriptis* habent, melius est („ut cum P. Clodio, hoc est cum *maioribus* suis” sic Manutius coni.), nam P. Clodium alibi quodam poterat convenire. *Patribus conscriptis* totidem litteris habet V. Manifesto *genus aliquod* patrum conscriptorum significari debet. Lego: „ut cum *paribus* sui *patribus* conscriptis, hoc est cum *amatoribus* suis, cenet.” Inibit convivium, non quod dignus est eo honore (non quod se dignos inveniet) — nisi forte t aliquot se dignos senatores libidinosos inveniat — sed oblectationis causa. Causa omissionis in promptu.

Ibidem quantum ex acervis verborum sententia effici potest, hoc voluit Cicero: si forte putatis hunc improbum quidem, sed eundem abstinentem et durum, contra scitote esse iam luxuriosum et libidinosum. Verba sunt: „nam quod bis iste tantum modo improbus, crudelis, olim furunculus, nec vero etiam rapax, quod sordidus, quod contumax, quod

superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse videtur (Madv. pro *videatur*, malo *videbatur*), nihil (fort. add. *hoc*) scitote esse luxuriosus, nihil libidinosus, nihil protervius, nihil nequius." Duo postrema verba turbant oppositionem, quae est inter duram robustamque improbitatem (*improbus* — *audax*) et delicatam vitam (*lux.*, *libid.*); non est tantum, inquit, improbus et audax sed etiam luxuriosus et libidinosus. Pro *protervius* omnes codd., etiam T., ut ex silentio Peyroni apparet, *posterius*, de quo vid. Halm. ad Prov. Cons. 8. Homo non dici potest *posterus*. Cur tentemus *praeposterius*, qui comparativus nusquam invenitur, nihil est, cum V. bonam nec dubiam lectionem (*proterbivus* = *protervius*) habeat, si modo haec verba genuina sint, de quo dubito. Utique V. praestat Taurinens.

§ 69. Censeo ita legendum esse: „itaque admissarius iste, simul audivit voluptatem a philosopho *tanto* tantopere laudari, nihil expiscatus est; sic suos sensus voluptarios omnis incitavit, sic ad illius haec orationem adhinnivit, ut non magistrum virtutis sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitrari *videretur*. Graecus primo distinguere et dividere illa quem ad modum dicerentur; iste claudus, quem ad modum aiunt, *pilam*; retinere quod acceperat; testificari, tabulas obsignare velle, Epicurum *diserte id* dicere; *etenim* dicit, ut opinor (Epicurus)" rell.

Partim haec ex Madvigii emendatione; *tanto* addidi; *arbitrari videretur* pro *arbitraretur* dedi, sententia requisitum, additis aliquot litteris, quae inter similes exciderunt; post *pilam* distinctionem Halmii restitui; proverbium est: *claudus pilam*, omisso verbo, ut saepe in proverbiiis; sententia: firmiter retinet, *meta* ne vix partum rursus amittat; haeret Piso in verbo *voluptatis* et nullam explicationem admittit Philodemi, quo eius significatio leniatur. Obtestatur et clamat Piso, totidem litteris *voluptatem* dixisse Epicurum secundum Philodemum. Madvigius „desertum dicere", explicans: „Epicurum clamabat ab iis desertum esse, qui dogma de corporis voluptate non tenerent." Sed non convenit tale iudicium (quinam descivissent a magistro) in eum, qui vixdum Epicurum noverat, et tamquam in novum inventum in doctrinam de voluptate inciderat. Libri rec. habent

diserte aut *disertum* (*dissertum*) *decernere*, Vat. *disertum dicere*, unde si antiquissimam formam litterae υ cogites, duplicata D (DISERTŪDDICERE) ad DISERTE ID D. vix ulla mutatio est. *Etenim* Madv. pro *et tamen* (*est tamen* V.), mutatio in illa litteratura antiqua, quae ignorat compendia scribendi ($\cdot\pi\cdot$, $t\bar{\pi}$), non ita exigua, sed necessaria.

Famosi versus Ciceroniani „cedant arma” hanc esse formam genuinam „cedant arma togae, concedat laurea laudi” (non: *linguae*) apparet ex § 74, et contra Beierum hodie recte de Off. I 77 sic scribitur, sed initio proximi fuisse „linguaeque eloquio” aut simile quid puto; ceteroqui non intellegitur, unde factum sit ut totiens laudetur: *linguae* velut a Plinio N. H. VII. 117, Plutarcho, comp. Dem. et Cic. 2 ($\kappa\lambda\iota\ \tau\eta\ \gamma\lambda\omega\tau\tau\eta\ \tau\eta\ \nu\ \theta\rho\iota\alpha\mu\beta\iota\epsilon\eta\ \nu\ \pi\epsilon\lambda\kappa\epsilon\iota\nu\ \delta\acute{\alpha}\phi\upsilon\gamma\eta$), Declam. Pseudo-Sallust. 6 (*linguae* etiam Franc.). Quint. XI. 1. 24 boni codd. *linguae*.

Paulo post 75 non mihi persuadeo integrum locum esse: „*complecti* vis amplissimos viros ad tuum et Gabini scelus” i. e. consociare sive culpae vestrae affines facere, implicare c. v. Sed id sic non recte dicitur; puto excidisse aliquid; „*socios complecti* vis amplissimos viros ad tuum et Gabini scelus”, adiungere vis Pompeium ad tuum scelus. Nemo intelligeret, quid Cicero vellet ex verbis ipsis, sed facile ex sequentibus divinarur fere quid voluerit, et sic acquiescunt lectores facile in vitiosa lectione.

76. „Vestrae fraudes, vestrum scelus, vestrae criminationes provinciarum mearum, illius periculorum, nefarie fictae, simul horum, qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu vestro collocarant, at ego excluderer, omnesque qui me, qui illius gloriam, qui rem publicam salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur: — quibus rebus est perfectum, ut illi plane stare [in] suo iudicio non liceret.”

Post *collocarant* deteriores codd. addunt: „vestrae cupiditates provinciarum effecerunt” omissa in T. Sententia haec sic cohaeret cum superioribus: „Cn. Pompeius me semper sua amicitia

dignum putavit, si quando a me recessit, non erat sui iudicii, sed vos per eum odia exercebatis." Haec necessaria oppositio continetur postremis verbis: „quibus rebus est perfectum", rell. Una complexione igitur haec omnia comprehendenda sunt; verba illa interposita inferunt oppositionem minus iustam; non enim Ciceronem exclusum esse erat dicendum, sed eo exclusum, quod Pompeius sui ipse oblitus esset, alii per eum agerent. Accedit quod cupiditates provinciarum longius repetitae sunt, neque enim Cicero a Pompeio provinciam petebat. Non magis adsciscendum ex illo additamento est unum effecerunt. Etenim parum probabile est, verba illa in deterioribus partim vera esse, partim interpolata. Verborum flumine abreptus orator, dum largius dolos Pisonis et Gabinii exponit et simul conplecti vult, quid inde consecutum sit, excidit constructione instituta, unde factum, ut apodosis desideretur, et illud quod apodosis continere debebat, protasi adhaereat. Post sermone excidit eius.

Paulo post § 77 ineptum est: „qui omnes ad eum multique mortales oratum in Albanum obsecratumque venerant" quia reliqui non sint mortales. Addendum undique: „multique undique m."

Ib. „se contra armatum tribunum plebis sine publico consilio decertare nolle, sed consulibus ex senatus consulto rem publicam defendentibus se arma sumpturum."

Olim fuisse (et paulo quidem rectius) hunc ordinem sine consilio publico efficio ex T. lectione INPUBLICOCONSILIO, ubi initialis littera v. consilii sequitur post IN. Sed in nullo cod. est, in T. se natum ex proximo; coniunctione non opus est. „Ex SC. rem p. defendere" de ultimo SC. dicitur; cf. Phil. VIII. 14: „quod L. Opimius consul verba fecit de re publica, de ea re ita censuerunt, uti L. Opimius consul rem publicam defenderet," et ib. 15: „senatus rem publicam defendendam dedit —, omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scaevolae, Crassi arma sumpserunt."

Mira fortasse videatur § 79 compositio verborum: „me ille (Caesar) sui totius consulatus eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit,

rogavit. At nihil mutandum. Recte dicitur *detulit me*; nam *deferre aliquem* est nomen alicuius, qui electus est, ad aerarium deferre, ubi publice proponatur. Sic fiebat in reis quoque, notissimo usu, porro in praefectis et aliis. Inde explicandum: nomen alicuius s. aliquem in beneficiis deferre ad aerarium, Fam. V. 20. 7, pro Arch. 11. Sic Cicero legatus erat ad aerarium delatus, sed honorem deprecatus erat. Cf. ad Att. V. 7 „sed tamen ut mandatum scias me curasse, quot ante, ait se Pompeius, quinos (nempe utriusque Hispaniae) praefectos delaturum” (sec. Madv.; num fuit: *quo de ante?* libri *quod ante*, sic recte sequuntur: „novos vacationis iudiciariae causa” cum quibus Madv. confert 11. 6). Pro Balbo 63: in praetura, in consulari praefectum fabrum detulit. Suet. Domit. 9: „reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, universos discrimine liberavit.” Madv. Rev. de Philol. et Litt. 1878, Juill. p. 185. De re cf. Prov. Cons. 41: „consul ille (Caesar) egit eas res, quarum me participem esse voluit, — mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit.” Ib. 42: „postea (post Clodium ad plebem traductum, ante Ciceronis exilium) me ut sibi essem legatus non solum suavit, sed etiam rogavit.”

80. Exigua est varietas in verbis „senatus sententiam praestaret”, pro quo codices praeter T. (V desinit inde a 74) habent „*senatus* sententiam pr.” quod, cum olim etiam scriberetur *senatu* (cf. Neue I p. 357), propemodum nihil differt. Prius (*senatus*) sic explicatur ut *praestare* sit: periculum recipere (Pompeius recepit in se omnes labores et omnia pericula, quae senatus consultum consequi possent). Obscure dictum, cum praesertim Pompeius id proprie non egisset. Pompeius non amplius, ut olim, publico consilio defuerat sed praesens in senatu fortem sententiam dixerat, cf. § 35 „de me senatus ita decrevit Cn. Pompeio auctore et eius sententiae principe, ut si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur.” Effecerat ut quisque libere sententiam dicere in senatu auderet, *securitatem*, fiduciam senatui praestiterat; hoc qui exprimit verbis *senatus sententiam praestitit*, aenigmata loquitur et vix latine; salva enim latinitate *senatus sententiam praestare* significat periculo suo

affirmare sententiam senatus eam futuram esse. Praefero alteram lectionem *senatu sententiam; Italiae* pro Cicerone fidem imploravit Pompeius, *consuli* P. Lentulo frequens aderat, *Senatus* sententiam suam impertiebat, non ut antea, occultabat. Fortasse *suam* addendum post *sententiam*.

81. „Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti, ut viros fortes species eius et pulchritudo etiam in hoste posita delectet.”

Non est latinum „in hoste *posita*” pro ante oculos posita. Nec *exposita*, nec *proposita* aptum est, sed *conspecta* (*c̄specta*).

Ex supra scriptis quanta sit in Pisoniana Vaticani bonitas apparebit collatis § 47 (*leve est*, om. a T.), 48 (lacuna recte notata), 61 (*detulit; iam escendentem*), 59 (*iam*), 66 (*amatoribus*, T. *maioribus; proterbius*, T. *posterius*); addas his § 62 *lutum*, ubi T. rursus male *lutum*, § 36 *accepta*, male T. *recepta*. Soli postremi quatuor loci litem dirimunt: Vaticanus a librario minus intellegente scriptus est et quavis pagina continet vitia ex male divisio vocabulis similibusque nata, sed ubi rariora sunt vocabula et constructiones, maiorem habet fidem. Paucis T. praestat ut § 62 *praecipuit* (V. *peremit*), 48 (dubium additamentum om. T.), 62 (*spiculis* T.), 65 *sed de hoc non dubito: non* T.; *sed haec non dubito: nam non* V.; ibi raro in V. exemplo *nam* interpolatum est, legendumque: „sed hoc non dubito: non —.” Sed stultus sim, si plura colligam, nisi forte ut aridam suscite natura demonstrationem suavitate locorum exhilarem; at erit post quoque flores Tullianos carpendi inter salebras librariorum satis ampla opportunitas, siquidem in hoc genere scriptiois larga exspatiandi venia concedi solet.

(Continuabitur.)

C. M. FRANCKEN.

HERODOTEA.

(continuantur ex XI. pag. 167.)



HERODOTI HISTORIAE. recensuit
HENRICUS STEIN.
Berolini 1869—1871.

AD LIBRUM QUARTUM.

IV. 1: μετὰ δὲ τὴν Βαβυλῶνος αἴρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας
ΑΤΤΟΤ Δαρείου ἔλασις.

Manifesto mendosum est αὐτοῦ. Sententia est: ὁ Δαρεῖος (non αὐτὸς ὁ Δαρεῖος) τὴν Βαβυλῶνα ἐλὼν ἐπὶ τοὺς Σκύθας ἤλασε. Reponendum est igitur ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας ΤΟΤ Δαρείου ἔλασις, ut post pauca: ἐπεθύμησε Ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας. IV. 87: Ὁ δὲ Δαρεῖος ἐβείβησεν τὸν Πόντον, et passim.

IV. 1: ἐπεθύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας ὅτι ἐκεῖνοι [πρότεροι] ἐσβαλόντες ἐς τὴν Μηδικὴν — ὑπῆρξαν ἀδικίης.

In AB est: ἐκεῖνοι πρῶτον, in R. ἐκεῖνοι πρότεροι. Unde haec varietas in re tam simplici et usu dicendi tam pervulgato? Nempe Herodotus neque hoc neque illud dixerat sed: ἐκεῖνοι ἐσβαλόντες — ὑπῆρξαν ἀδικίης, id est πρότεροι ἠδίκησαν, cf. IV. 119: οὔτε τι τότε ἠδίκησαμεν τοὺς ἄνδρας τούτους οὐδὲν οὔτε νῦν πρότεροι πειρησόμεθα ἀδικεῖν.

IV. 1: ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους. τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι γάντας τυφλοῦσι.

In Codice R pro τούς δὲ δούλους scriptum est οὗς. Nemp̄ exciderant propter ὁμοιοτέλευτον verba [τούς δὲ δούλους], deinde corrector inserto οὗς damnum utcumque sarcivit.

IV. 3: ἐκ τούτων δὴ ὧν σφι τῶν δούλων καὶ τῶν γυναϊκῶν Ἐτράφη νεότης.

Unice vera est Codicis R scriptura ἘΠετράφη, nisi quod scriba dormitans ἐπεστράφη supposuit. Dixi de ea re supra.

IV. 2: Φυσῶσι [τοῖσι σώμασι].

Omissum est: τοῖσι σώμασι in R. recte, ut opinor: non enim aliter poterant. In Aristophanis *Lysistrata* ad vs. 294. φῦ, φῆ, Scholiasta annotat Φυσῶ τῷ σώματι, sic tum loquebantur.

Continuo sequitur: ἄλλοι δὲ [ἄλλων] Φυσῶντων ἀμέλγασιν. Interpolatum est ἄλλων ab eo qui haerebat in Φυσῶντων absolute posito.

Ridiculum est ἄλλων additum, quasi fieri potuisset ut iidem essent οἱ Φυσῶντες et οἱ ἀμέλγοντες. Simul flare et sorbere, ut aiunt, difficile est.

IV. 4: μάχης τε ἐπελάβοντο καὶ ἔφευγον.

Sensus est: *rugnae immetores in fugam se DEDEBUNT*, NON DABANT. Itaque emendandum καὶ ἔφευγον.

IV. 5: ἐπὶ δὲ τούτων ἀρχόντων.

Stein ἀρχόντων deletum voluit, quid causae habuerit non exputo. Dictum est ut I. 134: ἐπὶ δὲ Μήδων ἀρχόντων. Eos Scythiae imperitasse declarat locus cap. 5: τούς πρεσβυτέρους ἀδικηφούς — τὴν βασιλιγῆν πᾶσαν παραδοῦναι τῷ νεωτάτῳ. Itaque nil movendum.

IV. 5: τρίτῳ δὲ τῷ νεωτάτῳ ἐπελθόντι καταστῆναι.

Sic est scriptum in libris antiquis AB sine sensu. Egregiam lectionem R affert κατασβῆναι, id est κατασβεσθῆναι. Utraque enim forma Veteribus in usu fuit, sed antiquior est ἀπέσβην, κατέσβην, ἀπέσβηκα, κατέσβηκα. Ἀπισβεῖς est apud Hippocratem.

Herodotus qui h. l. dicit κατασβῆναι, in libro I. 87. dixerat:

ατασβεσθῆναι τὴν πυρὴν, quod perinde est. Aristophanes in *Ἰγνιστρ.* vs. 294:

μή μ' ἀποσβεσθὲν λάβῃ πρὸς τῇ τελευτῇ τῆς ὁδοῦ.

IV. 7: τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην [λέγουσι] ἄνεμον — οὐκ εἶναι — διεξιέναι.

Non poterat λέγουσι incommodiore loco interponi quam inter πρὸς βορέην — ἄνεμον. In R est πρὸς βορέην ἄνεμον λέγουσι, sed λέγουσι, quod incerta sede vagatur, prorsus est supervacaneum et removendum.

IV. 8: Σκύθαι μὲν ὩΔΘ ὑπὲρ σφέων τε αὐτῶν καὶ τῆς χώρας τῆς κατύπερθε λέγουσι, Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες ὤδε.

Corrigendum est Σκύθαι μὲν ΟΥΤΩ pro ὤδε. Semper enim sine ulla exceptione οὕτω ad praecedentia refertur et ὤδε ad ea quae sequuntur. Οὕτω est igitur *ut dixi* et ὤδε *ut dicam*. Non possunt haec confundi. cf. IV. 62: τοῖσι μὲν δὴ ἄλλοισι τῶν θεῶν οὕτω θύουσι, — τῷ δὲ Ἄρει ὤδε. Sed exemplorum plena sunt omnia.

IV. 8: Γηρυόνα δὲ οἰκέειν ἔξω τοῦ Πόντου κατοικημένον τὴν Ἑλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον τὴν πρὸς Γαδείροις τοῖσι ἔξω Ἡρακλέων σηλέων ἐπὶ τῷ Ὤκεανῷ.

Quod supra (*Mnem.* XI. pag. 1 sqq.) demonstrare institi Herodotaei Milesii libros, qui in eruditorum manibus ferebantur, esse suppositos et ψευδεπιγράφους, novo argumento confirmare conabor. Arrianus scribit *de exped. Alexandri* II. 16: Γηρυόνην δὲ, ἐφ' ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐτάλη πρὸς Εὐρυσθέως, τὰς βούς ἀπελάσαι τὰς Γηρυόνου καὶ ἀγαγεῖν ἐς Μυκῆνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῆ τῶν Ἰβήρων Ἐκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει, οὐδὲ ἐπὶ νῆσον τινα Ἐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σαλῆναι Ἡρακλέα ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βούς οὐδὲ τοῦτον Φαῦλον ἄθλον τιθέμενος. Nempe si haec Herodotus apud antiquiorem historicum legisset, non omisisset hanc quoque famam commemorare etiamsi minus probabilem iudicasset, ut III. 9: οὗτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρηται· δεῖ δὲ καὶ τὸν ἡσσον πιθανόν, ἐπεὶ γε δὴ λέ-

γεται, βηθῆναι, et similia his passim scribit etiam in leviori dissensu.

Quam Herodotus famam commemorat vetus erat et constans. Apollodorus in *Biblioth.* II. 5. 10: δέκατον δὲ ἐπετάγη ἄλλα τὰς Γηρυόου βόας ἐξ Ἐρυθείας κομίζειν. Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὀμηροῦ πλησίον κειμένη νῆσος, ἣ νῦν Γάδεια καλεῖται. Pseudo-Hecataeus manifesto cum hac vetere fabula pugnat et eius oratio est contra dicentis et alterius sententiam refutantis: οὐδὲν τι προσήκειν — λέγει οὐδὲ ἐπὶ νῆσον τινα σαλῆναι Ἡρακλέα ἀλλὰ τῆς ἡπείρου κτέ.

Scriptor ille, quisquis est, narrationem Herodoti aperte rearguit et ex fabulae involucris veri aliquid et certi exsculpere satagit quod cum rerum hominumque natura congruat, sed haec nova sapientia vivo Herodoto nondum erat nata. Suaviter haec σοφίσματα ridet Plato in *Phaedro* pag. 229. c. sed multum iis tribuit Arrianus l. 1.: ἐς Εὐρυσθέα τῶν μὲν ἐξ Ἠπείρου βεῖν κλέος ἀφίχθαι καὶ τοῦ βασιλέως τῆς Ἠπείρου τὸ ὄνομα τὸν Γηρυόου οὐκ ἐξω τοῦ εἰκότος τίθεμαι, τῶν δὲ ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης Ἰβήρων οὐτ' ἂν τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα γινώσκων Εὐρυσθέα αἴτι εἰ βούς καλὰ ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ νέμονται. Sunt haec omnia pravi acuminis et ab Herodoti simplicitate toto caelo diversa.

In fine loci ex Codice Romano recipiendum Γηδεῖροισι προ Γαδεῖροισι.

IV. 8: ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυλίη χῶρην καλεομένην [καὶ] καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμὸν, ἐπειρυσάμενον τὴν λεοντέην κατυπνῶσαι.

In R est ὡς ἀπικέσθαι. Ante καταλαβεῖν male Heroldus inseruit. Recta oratio haec est: ὁ Ἡρακλῆς ὡς ἀπίκετο — καλεομένην· κατέλαβε γὰρ αὐτὸν χειμῶν τε καὶ κρυμὸς, ἐπειρυσάμενος τὴν λεοντέην κατύπνωσε. Itaque Herodotus scripserat: τὸν Ἡρακλέα ὩC ἀπικέσθαι — καλεομένην· καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμὸν, ἐπειρυσάμενον τὴν λεοντέην κατυπνῶσαι, planissime ut in R scriptum est.

IV. 9: τὴν δὲ Φάνας — οὐκ ἀποδώσειν ἐκείνῳ πρὶν ἢ εἰ μὴ θῆναι.

In AB est πρὶν οἱ μιχθῆναι, in R πρὶν ἢ οἱ μιχθῆναι et sic

erodotus solet πρὶν ἢ cum coniunctivo componere. I. 19: οὐκ
 λη χρήσειν πρὶν ἢ τὸν νηὸν ἀνορθώσωσι et sic passim. VI. 133:
 ἀς — οὐκ ἀπονοσῆσειν τὴν στρατιὴν πρὶν ἢ ἐξέλη σφέας. ubi in
 λ. est: οὐ πανασῆσειν, in quo latet: οὐκ Ἀπανασῆσειν. Optime
 correctum est IX. 93: πρὶν ἢ δίκας ΔΩCI (δῶσι) τῶν ἐποίησαν,
 ubi ABR fideli concordia exhibent δῶσEIN.

IV. 9: ἵππους μὲν δὴ ταύτας ἀπικομένας ἐνθάδε ἔσωσά τοι
 γῶ, σῶσρα TΘ σὺ παρέσχες. ἐγὼ γὰρ ἐκ σεῦ τρεῖς παῖδας ἔχω.
 Recte scriptum est in R: σῶσρα ΔΘ σὺ παρέσχες. ἔXΩ γὰρ
 κ σέο (σεῦ) παῖδας τρεῖς. Namque sine sensu in AB ἐγὼ repe-
 ritum est.

IV. 9: τὴν μὲν δὴ ταῦτα ἐπειρωτᾶν, τὸν δὲ [λεγουσι] πρὸς
 αὔτα εἰπεῖν.

Tolle inutile fulcrum a sciolo suppositum. Arguit fraudem
 iam incommoda sedes.

IV. 9: τὸν μὲν ἂν ὄραξ — τῷ ζωσῆρι τῷδε καταζωννύμενον.
 Vera lectio est in R: τῷ ζωσῆρι τῷδε κατὰ TΔΔE ζωννύμενον.
 κατὰ τὰδε, ut paullo ante τόδε τὸ τόξον ὧδε διατεινόμενον, est
 monstrantis quo modo accingi et arcum tendere debeat. κατὰ
 ἄδε dicitur, ut grammatici loquuntur, δεικτικῶς, SIC ut me fa-
 cientem vides.

IV. 10: τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τῶν τόξων τὸ ἕτερον — καὶ TON
 κσηΡΑ προδέξαντα παραδοῦναι.

In AB legitur τὸν ζωσῆρα πρὸς δειξαντα, in R vera lectio est:
 κὶ TΩI ζωσῆPI ΠΡΟδέξαντα, nisi quod scriba socors Atticum
 κὸδειξαντα supposuit.

IV. 11: in libris est AB μὴ δὲ προπολλοῦ δέδμενα κινδυνεύειν,
 R μὴ δὲ πρὸς πολλοὺς δέδμενον κινδυνεύειν.

Quae sit loci sententia perspicuum est, sed nihil ex δέδμενα
 et δέδμενον extundas quod ad rem faciat. Sententia manifesto
 recta est: populi erat sententia non esse sibi in tanta suorum pau-
 cite cum tanta hostium multitudine dimicandum. Itaque sine
 religio finibus suis excesserunt ἀμαχητὶ τὴν χώρην παραδόντες

τοῖσι ἐπιούσι. Quod in R legitur πρὸς πολλούς sine controversia verum est, ut I. 176: Λύκιοι δὲ — μαχόμενοι ὀλίγοι πρὸς πολλούς ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο, sed quibus verbis id h. l. Herodotus enunciaverit mihi quidem non liquet.

IV. 11: ὡς δὲ δόξαι σφι ταῦτα διασάντας καὶ ἀριθμὸν ἴσως γενομένους μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους. καὶ τοὺς μὲν ἀποθανόντας πάντας ὑπ' ἐωυτῶν θάψαι τὸν δῆμον — παρὰ ποταμὸν Τύρην.

Video hunc locum ab interpretibus male esse intellectum: *divisis agminibus numero utrimque paribus inter se mutuo pugnam civisse; et hos quidem, qui a regum partibus stetissent, a popularibus suis interfectos esse cunctos.* Nihil huiusmodi est in Graecis. Nemo de populo ab regum partibus stetit et nemo est a popularibus interfectus. ὡς δὲ δόξαι σφι ταῦτα est ὡς δὲ δέξαι ταῦτα τοῖς βασιλεῦσι. *Reges, inquit, bipartito divisi et numero pariter inter se ad mortem usque depugnauerunt et sic omnes mutuis vulnerebus confecti ceciderunt et quo loco ceciderant a populo sunt sepulti.*

IV. 11: οὕτω τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρας ποιέεσθαι.

Mendose in R scriptum est τὴν Διέξοδον. Mirum est quam saepe in libris δι — εξ — διεξ — inter se confundantur. cf. *Vs. Lectt.* pag. 68.

IV. 11: τοῖσι δὲ βασιλεῦσι δόξαι ἐν τῇ ἐωυτῶν κέεσθαι ἀποθνύοντας μηδὲ συμφεύγειν τῷ δήμῳ λογισαμένΟΙC ὅσα τε ἀγαθὰ πεπόνθασι καὶ ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνειν.

Requiritur λογισαμένΟΙC. Peperit errorem fallax quaedam similitudo locorum, quales sunt Aristophanis *Vesp.* vs. 270:

ἀλλὰ μοι δοκεῖ CTANTAC ἐνθάδ', ὦνδρες,

ΑΙΔΟΝΤΑC αὐτὸν ἐκκαλεῖν.

et in *Equitt.* vs. 1308:

καθῆσθαι μοι δοκεῖ

ἐς τὸ Θησεῖον ΠΛΕΟΤCΑC ἢ 'πὶ τῶν σεμνῶν θεῶν,

et in hoc ipso Herodoti loco: τοῖσι δὲ βασιλεῦσι δόξαι ἐν τῇ ἐωυτῶν κέεσθαι 'ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑC. Sed diversa compositionis forma declarat τοῖσι δὲ βασιλεῦσι λογισαμένΟΙC δόξαι coniunctis fuisse.

V. 12: τὴν Χερσόνησον κτίσαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπῃ πόλις
 λὰς οἰκίζεται.

Non *condita est*, sed *sita est*. Itaque ex Codice R οἰκίζεται
 scribendum. cf. I 193: ἐς τὸν Τίγρην, παρ' ὃν Νίνος πόλις
 ἴσται.

V, 14: ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης ὁ ταῦτα εἶπας εἴρηκα.

ὅτο εἶπας in AB legitur ποιήσας, quae sine controversia est
 a lectio. Ποιέειν saepius apud Herodotum est in *carmine di-*
 :. Hinc arguitur vitium III. 38: ὀρθῶς μοι δοκεῖ Πίνδαρος
 ἤσασαι νόμον πάντων βασιλέα [Φήσας] εἶναι.

gata significat *recte fecit quod dixit*, quod est ab loci sen-
 tia alienum. At tu expunge Φήσας, quod in margine olim
 scriptum est ad ποιήσας.

V. 15: καὶ τὸν εἰπόντα ταῦτα ἀφανισθῆναι. σφέας δὲ [Με-
 οντῖνοι λέγουσι] ἐς Δελφοὺς πέμψαντας τὸν θεὸν ἐπειρωτᾶν κτέ.
 rectissime R καὶ τὸν ΜΕΝ εἶπαντα, quo recepto ipsa com-
 itio verborum: τὸν μὲν, σφέας ΔΕ arguit ineptum addita-
 tum Μεταποντῖνοι λέγουσι. Pendent omnia a verbis, quae
 cedunt: Μεταποντῖνοι φασι.

V. 16: ὄρμηται λέγεσθαι.

B ὄρμηται, id est ὄρμηται. recte, namque ea forma Hero-
 s constanter utitur, ut fidelis optimorum librorum concordia
 arat.

raeterea λέγεσθαι delendum censeo. cf. VII. 189: ὡς φά-
 ται. III. 56: ὡς ὁ ματαιότερος λόγος ὄρμηται [λέγεται or-
 delevit Stein]. VI. 86: τοῦ δὲ εἵνεκα ὁ λόγος ὄδε ὄρμηθη
 σθαι, reponere ὄρμηθη et λέγεσθαι exime.

V. 16: οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης — οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἴσση-
 ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἔπεσι κτέ.

regia est lectio ΟΤΔΕ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, quam Romano
 si debemus. Mendose AB οὐδενὸς γάρ. Deinde quid sibi vult
 σι additum in ipsis versibus, in ipso *carmine*? Scribendum:
 ἴσται ἔπεσι ποιέων.

IV. 16: ἀλλὰ τὰ κατύπερθε ἔλεγε ἀκοῆ — ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἶοί τε ἐγενόμεθα [ἀκοῆ] ἐξικέσθαι τῶν εἰρήσεται.

Ostendimus supra Herodotum hanc compositionem amare pro *ν μὴ παύσησθε*. Nemo igitur mirabitur in aliis libris esse οὐκων παύσεσθε, in aliis οὐκων ἢν μὴ παύσησθε, ubi non est dubitatio. In libro V Codex Romanus nos deficit sed quid in eo legit scriptum et aliunde et ex Sancerftiano libro cognoscimus, a quo h. l. legitur: οὐκων παύσεσθε ἀλλὰ πειρήσεσθε, verissime.

V. 93: Λακεδαιμονίοισι τε ἐπεμαρτυροῦντο μὴ ποιεῖν μηδὲν πᾶν περὶ πόλιν Ἑλλάδα.

Incongruum est ἐπεμαρτυροῦντο pro ἐπεμαρτύροντο, quod optime reponerat Reiske. Sine mendo scriptum est cap. 42: ἐπεμαρτυροῦμεθα — μὴ κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλεις. Pro Ἑλλάδα in R erat Ἑλληνίδα, quod multo est usitatius.

V. 94: Ἴππίνην — ἐδίδου Ἀμύντης δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς Ἀνεμόντα.

In Sancerftiano (Archia) legitur δὲ Μακεδῶν pro δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς. Sic solet Herodotus scribere de *regibus* δὲ Τύριος, δὲ Σιδόνιος, δὲ Ἀράβιος et contemtim de rege Persarum δὲ Μῆδος, et δὲ Πέρσης, δὲ Βάρβαρος. Etiamnunc de tenui et exiguo Macedoniae regno loquens δὲ Μακεδῶν dixerat.

V. 97: αὐται δὲ αἱ νέες ἌΡΧΗ ΚΑΚΩΝ ἐγένοντο Ἑλλησι τε καὶ βαρβάροισι.

In Archia et alia est ἀρχαὶ κακῶν. Scripserat Herodotus Ἰ 'Ομηρικώτατος ἌΡΧΕΚΑΚΟΙ ἐγένοντα imitatus locum Homeri:

ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτῆνατο νῆας εἴσας

ἌΡΧΕΚΑΚΟΤΣ, αἱ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γέγοντο.

Servata est Herodoti manus a Plutarcho *de παλιῆν. Herodoti* pag. 861 a: ὃς Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἰωσι τιμωροὺς ἀποστῆ βασιλέως ἌΡΧΕΚΑΚΟΤΣ τολμήσας προσεπειν. In Codd. quibusdam ἌΡΧΕΚΑΚΟΙ de more in ἌΡΧΑΙΚΑΚΟΙ abierat, quo facto ἀρχαὶ retinuerunt et ΚΑΚΟΙ in κακῶν converterunt.

V. 104: Γόργος μὲν δὴ σερηθεὶς τῆς πόλιος ἔΦΕΤγε ἐς Μήλου, Ὀνήσιλος δὲ ἤρχε Σαλαμῖνος.

Corrigendum ἔΦΤγε. Imposuit scribis sequens imperfectum ἤρχε, cuius diversa ratio est.

V. 105: Δαρεῖφ ὡς ἐξαγγέλθη Σάρδις ἀλεύσας ἐμπρησθῆναι.

Unice vera est lectio veterum librorum AB ἐμπεκρῆσθαι, ut in re recenti et primo nuntio, veluti ἐαλώσαντι ταὶ Ἀσᾶναι, ἐτέθνηκε Φίλιππος et Ἀλέξανδρος τέθνηκε et in Dionysii versiculo:

Δαρὶς τέθνηκεν ἢ Διονυσίου γυνή.

Eadem de] causa cap. 106: τοῦτους ἀναγνώσας ἅμα ἐκείνοι ἐπεσθαι Σαρδίων με ἀπεσέρησε, ex Archia recipiendum ἀπεσέρησε.

V. 106: θεοὺς ἐπόμενυμι τοὺς βασιλεῖους μὴ μὲν πρότερον ἐδύσασθαι τὸν ἔχων κιθῶνα καταβήσομαι ἐς Ἴωνίην πρὶν ἐν τῇ Σαρδῶ νῆσον τὴν μεγίστην δασμοφόρον ποιήσω.

Stein ad ἐκδύσασθαι annotavit: „ἐκδύσεσθαι Naber.” quasi esset incerta suspicio. Sed ne dicam ἐπόμενυμι in tali re futurum necessario postulare, forma ipsa ἐκδύσασθαι veteribus est inaudita et barbara. Ut φύομαι habet aoristum ἔφυν et ἀσβεέννυμαι ἀπέσβην et ἀποσκέλλομαι, κατασπέλλομαι ἀπέσκλην, κατέσκλην, sic et δύομαι cum compositis non alium aoristum habet quam ἔδυν, κατέδυν, ἀπέδυν, ἐνέδυν, ἐξέδυν cet. sed forma proba et antiqua δύναι apud sero natos Graeculos plane in consuetudinem abiit, qui — δύσασθαι, ἐνδύσασθαι, ἐκδύσασθαι δι-

καὶ οὐκ ἐσπεύοντο. Passim vitiosa forma apud Iudaeos et Christianos legitur ut in Euang. Marci VI. 9: *μη ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας.* et apud Paulum ad Ephesios VI. 11: *ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ.* In Bekkeri *Amecanis* pag. 427, 26. editur:

Ἀποδῦσαι:

μᾶλλον δ' ἀπόδυθι ταχέως . . . Παμφίλη

ἡμέτερος ὁ πλοῦς.

ut tu emenda: Ἀπόδυσαι, μᾶλλον δ' ἀπόδυθι *** (excidit nomen Comici et εμπορῆδαι)

Ἀπόδυθι ταχέως, Παμφίλ', ἡμέτερος ὁ πλοῦς.

Itaque ἐκδύσασθαι apud Herodotum turpis est macula.

V. 109: αἴρεσιν ὑμῖν δίδωμεν — ἄκοτέρῃσι βούλεσθε προσφέρεισθαι ἢ Πέρσῃσι ἢ Φοίνιξι].

Languidum et iners emblemata rectissime Archias omittit. Ne compositio quidem verborum ἀκοτέρῃσι — ἢ — ἢ habet Graecam colorem.

VI. 119: ἐβουλευόντο — ἄκοτέρα [ἢ] παραδόντες σφέας αὐτοῦς Πέρσῃσι ἢ ἐκλιπόντες τὸ παράπαν τὴν Ἀσίην ἄμεινον πρήξουσι.

Insiticium est prius ἢ et loci compositionem vitiat. Delibabant *utrum* se suaque omnia Persis dederent an omnino ex Asia discederent.

Qui volet periculum facere quam emendate liber quintus in Codicibus scriptus sit, is mihi quam fieri possit diligentissime legat et relegat ultimam partem cap. 109—126. Videbit nihil esse neque in verbis neque in sententiis quod etiam molestissimo summum exactori vel levissimam fraudis et erroris suspicionem movere possit. Omnia sana sunt, integra et legitima et habent Herodoteum colorem.

Permimum est per tot saecula, post tot discrimina rerum, post tot pericula et a scribarum socordia et a sciorum levitate, integri scriptoris librum salvum et incolumem ad nos pervenire potuisse.

Haec omnia suadent ut credam librum quintum non ex eodem fonte manasse unde ceteros, sed ex Codice aliquanto antiquiore

et emendatiore esse descriptum: cuius rei hoc quoque indicium est quod in exitu libri quinti in A B servata est vetus *σιχομετρία* in A sic:

XXHH
ΗΡΟΔΟΤΟΤ Ε̄.

in B:

ΗΡΘΔΟΤΟΤ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Ε̄.
XXHH.

Similiter in fine libri quarti in A B legitur:

ΗΡΟΔΟΤΟΤ Δ̄.
XXXHH [Δ] III

et in exitu libri octavi scriptum est in A B:

ΗΡΟΔΟΤΟΤ Η̄
XXHHHΔΔII.

nihil horum in ceteris libris comparet, sed satis certum est antiquitus omnibus libris *σιχομετρίαν* subscriptam fuisse, ut confirmatur suspicio de diversa origine librorum, in quibus *σιχομετρία* omissa est.

C. G. COBET.

OLYMPIODORUS

ad Platonis *Alcibiadem* pag. 50:

κατὰ τὸν Κωμικόν:

κἂν ταῦτα ἀνύση τετταράκοντα βούλεται.

vide quam sit vetus mendum pro: κἂν ταῦτ' ἀνύσηΤΑΙ Τετταράκοντα βούλεται, ex Aristophanis *Pluto* vs. 196.

PAUSANIAS.

I. 14. 5: (Aeschylus) Ἐγραψε ὡς τῆς ἀνδρείας μάρτυρας ἔχοντες τὸ Μαραθῶνι ἄλλος καὶ Μήδων τοὺς εἰς αὐτὸ ἀποβάοντας. Legitur Μαραθῶνιον ἄλλος, ex noto epigrammate:

ἀλλήν δ' εὐδόκιμον Μαραθῶνιον ἄλλος ἂν εἴποι.

C. G. C.

AD LIBRUM SEXTUM.

VI. 2: ὑποδεξάμενος κατεργάσθαι.

Unice verum est κατεργάσθαι. Sexcenties in libris recte legitur id quod usus et ratio postulant, ut VI. 11: καὶ ὑμῖν ἔγω — ὑποδέκομαι ἢ οὐ συμμίξειν τοὺς πολεμίους ἢ συμμίξοντας πολλὸν ἐλασσώσεσθαι. Sed ubi una *literula* discrimen facit passim praeter rei naturam — ἔσθαι in — ἄσθαι post verba ἔμυμι, ὑπισχνοῦμαι, ὑποδέκομαι, ἐλπίζω converti solet.

VI. 2: μαθόντες μέντοι οἱ Χῖοι τὸν πάντα λόγον [ὡς πολέμιος εἰη βασιλεῖ] ἔλυσαν αὐτόν.

Puerile additamentum reseca. Aliquanto plus est in μαθόντες τὸν πάντα λόγον προείquam tem omnes resciverunt, quam in ὡς πολέμιος εἰη βασιλεῖ.

VI. 6: Κύπριοι — καὶ Κίλικες [τε] καὶ Αἰγύπτιοι.

Recte A B omittunt τε, cui in hac verborum compositione locus non est.

VI. 8: πάντων δὲ τούτων ὁ σύμπας ἀριθμὸς — τριηκόσιαι τριήρες.

Recte scriptum est in R: πασέων δὲ τουτέων (nempe aut νεῶν καὶ τριήρων).

VI. 9: οἱ ὑπ' Ἀρισαγόρῳ μὲν τοῦ Μιλησίου καταλυθέντες τῶν ἰσχυρῶν ἔφεγγον ἐς Μήδους, ἐτύγχανον δὲ τότε συστρατευόμενοι ἐπὶ τὴν Μίλητον.

Optime habet imperfectum ἐτύχανον συσρατευόμενοι, sed quia *semel* fugerant corrigendum est ἔφυγον.

Sitne legendum Φυγεῖν an Φεύγειν, βαλεῖν an βάλλειν, λιπεῖν an λείπειν, ἀγαγεῖν an ἄγειν nostri est ubique iudicii, namque in omnibus libris perpetuo illa omnia inter se confunduntur.

VI. 9: οὐδέ σφι οὔτε τὰ ἱρὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπέπρησται.

Mendosum est quod in aliis libris est ἐμπρήσεται. Est enim ἐπίμπρασθαι in eorum verborum numero, quorum futurum perfecti pro solita futuri forma in usu est, ut δεδέσθαι δεδήσομαι, non δεθήσομαι, et imprimis πεπρᾶσθαι πεπράσομαι, non πρηθήσομαι. Eadem ratio est in εἰρήσθαι et εἰρήσεται.

VI. 9: οἱ μὲν δὴ ἔλεγον τὰδε.

Imo vero: ἔλεγον ταῦτα, ut diserte in Codice Romano scriptum est.

VI. 11: εἰ δὲ μαλακῆ τε καὶ ἀταξίῃ διαχρήσθε.

Soloece haec oratio est. Requiritur διαχρήσθε, quod in Cod. R. servatum est. Utrouque modo recte et eodem sensu dicitur ἦν διαχρήσθητε et εἰ διαχρήσεσθε, sed εἰ cum coniunctivo coniunctum vitiosum est.

VI. 11: ἀλλ' ἐμοὶ τε πίθεσθε καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέψατε.

Repone aoristum πίθεσθε, ut ἐπιτρέψατε. Deinde restitue breviorē formam ἐλασσώσθαι pro ἐλασσώσεσθαι. In R est ἐλασσώσθαι manifesto errore pro ἐλασσώσεσθαι.

Longiores formae et auri molestae in — ωθήσομαι et —ήσομαι veluti ζημιωθήσομαι, ὠφελήσομαι, τιμηθήσομαι et similibus scribis debentur.

VI. 13: μαθόντες δὲ ταῦτα [τὰ] γινόμενα ἐκ τῶν Ἴωνων ἑσρατηγῶν τῶν Σαμίων ἐνθαῦτα δὴ παρ' Αἰάκειος τοῦ Συλοσίου κείνου τοὺς πρότερον ἔπεμπε λόγους ὁ Αἰάκης κελευόντων τῶν Περσῶν δεδμένους σφῶν ἐκλιπεῖν τῶν Ἴωνων συμμαχίην· οἱ Σάμιοι ὧν ὄρεόντες ἐοῦσαν ἅμα μὲν (Codex R ἅμα μὲν ἐοῦσαν) ἀταξίην πολλήν ἐκ τῶν Ἴωνων [ἐδέκοντο τοὺς λόγους], ἅμα δ'

φαίνεται σφι εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλέος πρήγματα ὑπερβα-
αι κτέ.

rimum expunge molestum τὰ. Perinde est dicere μαθόντες
τα γινόμενα ἐκ τῶν Ἴωνων et μαθόντες τοὺς Ἴωνας ταῦτα
οντας. Namque ut Latine *facere et fieri*, sic Graecae ποιεῖν
ἴγνεσθαι sibi inter se respondent, ut supra ostendimus.

1 sqq. mirifica est confusio et perturbatio. Verba ἐδέκοντο
λόγους alienissima sede collocata sunt inter ἅμα μὲν et
δέ. Suspicio ea verba sic in pristinam sedem reduci oportet,
ut scribatur: — ἐνθαῦτα δὴ παρ' Αἰάκειος τοῦ Συλοσῶντος
οντο τοὺς λόγους) κείνους τοὺς πρότερον ἔπεμπε (λόγους del.)
ιάκης κελεύοντων τῶν Περσέων.

I. 13: ἐπεὶ τε τάχιςα εἶδον τοὺς Ἴωνας οὐ βουλομένους εἶναι
τούς.

in Romano Codice pro οὐ βουλομένους legitur ἀρνευμένους,
sine controversia est vera scriptura. Quis tandem morta-
1 pro οὐ βουλομένους de suo substituisset ἀρνευμένους? Contra
ἤμῃ εἶναι χρησῆς pro ἔθελοκακῶ non est protritum et Grae-
s inauditum. Itaque superscripsit nescio quis οὐ βουλομένους
actum est quod assolet.

I. 14: οὐκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι οἵτινες τῶν Ἴωνων ἐγί-
ο ἄνδρες κακοὶ [ἢ ἀγαθοὶ] ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ.

Herineptum emblema simul loci sententiam et verborum com-
tionem vitiat. Si hoc voluisset Herodotus dixisset καὶ οἵτινες
θοί. Sed loquitur de iis tantum qui in proelio parum strenui
sent: addit enim: ἀλλήλους γὰρ κατὰ τιτῶνται ἰγναβιαε *culpram*
in alios conferebant. Probe sciebat Herodotus et diserte
avit quorum opera in illo proelio fortis ac strenua fuisset,
quorum ignavia res male gesta sit id se pro certo dicere
se negat.

I. 14: Λέσβιοι — τωὐτὸ ἐποίησαν τοῖσι Σαμίοισι· ὡς δὲ καὶ οἱ
ἄλλοι τῶν Ἴωνων ἐποίησαν [τὰ αὐτὰ ταῦτα].

insulsissime sic bis idem dicitur.

Post pauca cap. 16 quod legitur καταφυγγάνουσι Codex R

servavit. In A B est *καταφεύγουσι*. Quis credat audacem Criticum de suo supposuisse formam antiquam et tragicam *καταφυγγάνουσι*?

VI. 16: *ἐπειδὴ δὲ ἐσέβαλον*.

R *ἐπει* δὲ quod praestat.

VI. 19:

νηῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

Male abest praepositio: itaque legendum: *ἡμετέρου ἢ Διδύμοι.*

Post pauca: *ἶρδν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι [καί] δ νηὸς τε καὶ τὸ χρησῆριον συληθέντα ἐνεπίμπρατο.*

Rectissime R importunum *καί* omittit, quo retento in sqq. *τε καί* vitiose dictum erit.

VI. 20: *Τίγρης ποταμὸς — ἐς θάλασσαν ἐξίει.*

Scribendum *ἐξίει*. Similiter VI. 37: *βλασδὸν οὐδένα μετῆι pro μετίει*, et ad eandem normam corrigendi sunt loci ceteri ubi opus est praesenti tempore. Nempe *ἐξίει*, *μετίει* et sim. imperfecta sunt.

VI. 23: *πεῖθομένων δὲ τῶν Σαμίων καὶ σχόντων τὴν Ζάγλην*,
Imo vero *πίθομένων*.

VI. 22: *ἐν ᾧ τοιόνδε [δὴ] τι συνήνεικε γενέσθαι.*

Recte Vaticanus liber *δὴ* omittit.

VI. 25: *Φοίνικες κελευσάντων Περσέων κατῆγον ἐς Σάμα Λιάκκα.*

Emenda *κατῆγαγον*, nam nullo labore, nullo periculo, nullo repugnante hominem in patriam reduxerunt. Imperfectum recte ponitur si quem exulem vi et armis incerto eventu in patriam reducere conarentur. VI. 5: *Ἰσιαῖον Χῖοι κατῆγον ἐς Μίλητον*, ubi in R *κατῆγαγον* scriptum est, sed perperam, namque ea res frustra fuit et tyrannus, quem reducere in patriam conabantur, a Milesiis repulsus est, *ἀπωσδὸς τῆς ἐσωτοῦ γίνεται*.

VI. 28: in libris est: *ἐκ Λέσβου δὲ Δεῖμαινούσης οἱ τῆς τρι-
τιῆς πέρην διαβαίνει — ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον.*

feliciſſima emendatione pro δειμαινούσης reposuerunt Λιμαι-
νης Reiske et Heringa *Observat. Critic.* p. 277, qui adſcribit
im VII. 25: ἵνα μὴ λιμήνεια ἢ στρατιή. Ob vocalem produc-
ta ſcribebatur ΛΕΙμός et ΛΕΙμαίνειν et ΛΕΙμώττειν, unde
le error naſci potuit.

VI. 29: Περσίδα γλῶσσαν ΜΕΤΓΙC καταμηνύει ἑαυτὸν ὡς εἶη
αἶος.

Risum movet aoristus μετείς. Solus Codex R ſervavit verum
μείς, id est περιζών τῇ Φωνῇ.

Continuo ſequitur: εἰ μὲν νυν — Ἄχθῃ ἀγόμενος παρὰ βασι-
τι Δαρειον, at tu corrige ἌΝάχθῃ. Conſtanter enim dicitur
μὰ βρασιλέα ἀναβαίνειν et ἀνοδος et ἀνάγειν, ut in eodem capite:
ιπιησάμενος — ὅτι μιν οὐ ζῶντα ἀνήγαγον ἐς ὕψιν τὴν ἑαυτοῦ.

VI. 31: ὅπως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἐκάστην αἰρέοντες
βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους.

Expuncta una ſyllaba ſcribendum: ὡς ἐκάστην αἶρῶΝ, ut
ἡμερῶν *corrupt.* cf. I. 29: ἀπικνέονται ἐς Σάρδις — οἱ ἐκ τῆς
λάδος σοφισαί — ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο.

VI. 32: ἐποίησεν ἀντὶ εἶναι ἐνδραχίας εὐνούχους.

ἔρπνιtur Valckenarii emendatio ἀντὶ τοῦ εἶναι, quaſi ἀντὶ
ei eſſet Graecum.

VI. 35: ξεινησθέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐξέφαινον πᾶν τὸ μαντήιον.

Recipe ex R et B correcto: πᾶν οἱ τὸ μαντήιον.

VI. 35: ἐπειρησόμενος τὸ χρησθήριον εἰ ποιοίη τάπερ αὐτοῦ οἱ
λογοὶ προσεδέοντο.

Atticum ποιοίη ab Herodoti dialecto alienum est. In R est
αἶ, at tu ſcribe ποίεοι. Utroque modo recte dicitur ἐπειρησόμε-
νος εἰ ποίεοι et εἰ ποιέη. cf. I. 53: ἐνετέλλετο δὲ Κροῖσος ἐπει-
ᾶν τὰ χρησθήρια εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας καὶ εἴ τινα
τῶν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον.

VI. 36: in A B est: Ὀλύμπια ἀνηρηκώς, in R ἀναιρηκώς, n

quo male latet genuina forma ἀναραιοηκώς. Recte legitur in A. B. V. 102: *σεφανηφόρους ἀγῶνας ἀναραιοηκώτα*. Δίρειν ἀπὸ Herodotum non aliam habet perfecti formam quam ἀραίρηαι et ἀραίρημαι cum compositis.

VI. 36: *καὶ μιν οἱ ἐπαγαγόμενοι τύραννον κατασῆσαντο*.

Dicitur τύραννον *σῆσασθαι* et *κατασῆσαι*. Aristophanes *Δῖπνα* vs. 1672:

*κατασῆσας σ' ἐγὼ
τύραννον ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.*

et sic Herodotus constanter nisi quod V. 92. scribit: *αὐτὸ πρῶτοι τύραννον κατασῆσάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι οὔτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζησθε κατισάσαι*, diserte distinguens *κατασῆσασθαι εἰδικῶς* *ἰρῶσι* et *κατισάσαι αἰτίαι*.

Rectissime igitur in B solo legitur *κατέσῆσαν*.

VI. 37: *ὁ Κροῖσος — προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μετὶ Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μή, σφέας πίτυος τρόπον [ἀπέειλε] ἐκτρίψω*.

Multo melius aberit *ἀπέειλε*, ut sit perelegans *ζεύγμα*. Croesus ipse dixerat: *μετίετε τὸν Μιλτιάδεα, εἰ δὲ μή, πίτυος τρόπον ὑμέας ἐκτρίψω*.

Mirum est vix unum ex senioribus Lampsaci eam rem cognitam habuisse, quum tanta esset circa urbem pinuum copia, ut Croeso vivo urbs *Πιτυόεσσα* appellaretur et cives *Πιτυοισσηνοί*.

VI. 37: *πίτυς — ἐκκοπεῖσα — πανώλεθρος ἐξαπόλλυται*.

In omnibus libris mendose scribitur *πανωλέθρος* praeterquam in B. Itaque adverbium *πανωλέθρως* obiter e Lexicis eximendum est.

VI. 38: *τὰ χρήματα παραδούς Στησαγόρη τῷ Κίμωνος ἀδελφοῦ [παιδὶ] ὁμομητρίου*.

Poteratne fatuum emblemata ineptiore loco quam sic interpretari?

VI. 38: — *ἀγῶνα ἰππικὸν — ἐν τῷ Λαμψακηῶν οὐδενὶ ἔστιν νεται ἀγωνίζεσθαι*.

Vera lectio est *ἔκγίνεται*, quod ferme idem est atque *ἐστὶν*. In B correcto diserte *ἐκγίνεται* scriptum est.

VI. 39: ὡς οὐ συνειδότες δῆθεν τοῦ πατρὸς [Κίμωνος] αὐτοῦ
ν θάνατον.

Potestne evidentius esse additamentum? Tandem Stein dalevit.

VI. 39: Μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος εἰς τὴν Χερσόνησον εἶχε κατ'
τους τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ΕΠΙΤΙΜΕῖων. οἱ δὲ Χερ-
νησίται — ἀπικόμενοι ὡς συλλυπηθῆσόμενοι ἐδέθησαν ὑπ' αὐτοῦ.
Mendosum est ἐπιτιμέων. Neque enim ἐπιτιμῶν pro τιμῶν
mi potest et ἐπιτιμῶν semper significat *torquere, inculpate*.
stendit δηλαδὴ simulato aliquid agi et veniunt συλλυπηθῆσόμενοι
am sic scribendum). Hinc emergit vera lectio τὸν ἀδελφεὸν
ΕΝΘΕῶν. Abdidit se domi quasi crudeliter occisum fratrem
igeret.

VI. 40: κατελάμβανε δὲ μιν ἐλθόντα ἄλλα τῶν καταλαβόντων
πρηγμάτων χαλεπότερα.

Fatum est coniungere κατελάμβανε — τῶν καταλαβόντων.
Veram scripturam R dedit τῶν κατεχόντων, id est παρόντων,
t in fine capituli: τῶν τότε μιν κατεχόντων.

Post pauca: τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτει [πρὸ] τούτων.

Sine causa Stein πρό inseruit de suo. cf. cap. 46: δευτέρῳ δὲ
τεί τούτων, et sic saepius alibi.

VI. 40: καὶ ἐκείνοι Δόλογοι κατήγαγον ὀπίσω.

Potior est Codicis Romani lectio: καὶ μιν οἱ Δόλογοι.

VI. 41: ὥσπερ Ὀρμήθη ἐκ Καρδίας πόλιος.

Recte A B Ὀρμήθη, nam solet constanter in eo verbo aug-
mentum omitti, ὄρμηται, ὄρμητο, ὄρμέαται, ὄρμέατο et sim.

VI. 41: Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν τοῖσι Ἴωσι πείθεσθαι
κελεύων] τοῖσι Σκύθησι.

Ecce iterum Crispinus. Otiosum enim et plane supervacuum
est κελεύων et incommoda sede collocatum. *Censuit Carthaginiensium*
pendam esse Graece dicitur: ἀπεδέξατο (vel ἀπεφύνατο) γνώμην
ἐν Καρχηδόνα κατασκάπτειν.

VI. 42: συνθήκας σφίσι αὐτοῖσι τοὺς Ἴωνας ἠνάγκασε τιθεῖν
ἵνα δ' Ὀσίδικοι εἶεν.

Certa ac perpetua analogia declarat δ' Ὀσίδικοι scribi oportere.
Sic ex προδιδόναι τοὺς ἑταίρους nascitur προδωσέταιρος, ut in
nobili scolio apud Athenaeum pag. 695. e:

αἰαῖ Λιψύδριον προδωσέταιρον,
οἷους ἄνδρας ἀπώλεσας μάχεσθαι
ἀγαθούς τε καὶ εὐπατρίδας
οἱ τότε' ἔδειξαν οἶων πατέρων ἔσαν.

Etiam in unico Athenaei Codice scriptum est προδωσέταιρος.
Sic λυσίμαχος, Φυσιζοος et similia omnia primam vocalem
habent productam.

VI. 47: ἤτις νῦν ἼΑΠΟ τοῦ Θάσου τούτου τοῦ Φοίνικος τὸ ὄνομα ἔσχε.

Quod Herodotus in tali re scribere solet ἼΑΠΙ τοῦ Θάσου ἔσχε in R scriptum est.

VI. 52: τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν Φάσαι διαγινώσκειν εἰδυῖαν μὲν καὶ
τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, βουλομένην δὲ εἰκώς ἀμφοτέροι γενεῖσσι
βασιλέες.

Manifesto excidit negatio et sic scribendum: ΟΤ βουλομένη
δέ, nempe λέγειν. cf. IX. 42: τῶν δὲ εἰδόντων μὲν, ἐν ἀδείῃ δὲ
οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν.

VI. 52: τὴν δὲ Πυθίην κελεύειν σφέας ἀμφοτέρα τὰ παῖδια
ἠγήσασθαι βασιλέας.

Abhorret a loci sententia ἠγήσασθαι, at tu emenda: ἠγῆ-
σασθαι.

VI. 52: τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γεραίτερον.

Sic R. In A B est πρεσβύτερον, manifestum glossema.

Post pauca: ἰσχυρότερον τῶν παιδῶν πρότερον λούει. recipere
R: ἰσχυρότερον τῶν παιδῶν.

VI. 53: οὐκ ἔπεσι ἐπωνυμίη Περσέϊ οὐδεμίᾳ πατρὸς ἠπεί-
ωσπερ Ἡρακλείϊ Ἄμφιτρυῶν.

Imo vero Ἄμφιτρυῶνος.

I. 55: τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο τούτων μνήμην ποιή-
ν.

egendum κατέλαβον τούτων. τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατέλαβον
ricuum est de Hecataeo Milesio dici.

I. 56: προβάτοισι τε χρᾶσθαι ἐν τῆσι ἐξοδηICI ὀκόσοισι ἄν
ἔθλωσι.

ihili vocabulum est ἐξοδή et ἐξοδεία, ἐξοδεύειν sunt sequio-
etatis. Restituendum igitur ἐν τῆσι ἐξοδοICI. Nihil inter-
nter ἐξοδος et στρατεία.

erpte additum ὧν recte omittit R.

. 57: — διπλήσια νέμοντας ἑκατέρῳ τὰ πάντα ἢ τοῖσι ἄλ-
δαιτυμόνCCI.

R. in AB est δαιτυμόνCCCI, sed neque haec forma apud
lotum locum habet, neque illa.

mendandum δαιτυμόCI.

. 57: δικάζειν δὲ μόνους τοὺς βασιλέας τσαῖδε μοῦνα, ΠΛ-
ΓΧΟΤ τε παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἰκνέεται ἔχειν, ἣν μήπερ ὁ
αὐτὴν ἐγγυήσῃ.

n est dubium quin πατρούχου labem ac vitium conceperit.
rdum est enim πατροῦχον appellare puellam, cui pater sit
tius. cf. κληροῦχος, κλειδοῦχος, πολιοῦχος alia. Sententia
festo requirit ἐπικλήρου παρθένου πέρι, itaque nondum me-
tet veteris sententiae παμούχου restitui oportere. Ἐπικληρος
latur Dorice αὐτοπάμων et ἐπιπαματίς. Eadem dialecto ὁ
μένος dicitur πάμωχος, unde verbum nascitur παμωχιῶ,
a tabula Heracleensi I. 120. est: τὰ Φιντίας ὁ Κρατίνω
ρχεῖ, id est πέπαται sive κέκτηται. Ionica igitur forma
ῦχος optime cum sententia congruit. Mendum esse perve-
m declarat annotatio grammatici in Timaei λέξεισι Πλατω-
; pag. 174: Πατρούχου παρθένου: τῆς δρΦανῆς καὶ
ήρου, ἣ προσήκει τὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν. Satis callide sic
altatem eludunt, sed fieri non potest ut πατροῦχος sit τὰ
πατρὸς ἔχουσα, sed πατέρα ἔχουσα. Concinnunt reliqui Gram-
i, Photius, Suidas, Scholiasta Aristophanis, Scholiasta
nis eandem omnes cantilenam cantantes, ut solent in ma-

nifestis erroribus fideliter inter se consentire. Quis enim eorum non affirmavit *ἠεροδοκεῖν* esse *δῶρα δίδοναι*, et *ψοφῶ τὴν τιμῆν*? Esto mendum esse perantiquum, sed vera lectio est aliquanto antiquior.

VI. 57: scribit Herodotus: ἦν δὲ μὴ ἔλθωσι (reges Spartanorum in curiam) τοὺς μάλιστα σφί τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχοντα τὰ τῶν βασιλείων γέρεα δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ τῶν ἑαυτῶν.

Duriter ob haec verba Thucydides Herodotum increpat L. 20: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔτι καὶ νῦν ἄντα — καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληες οὐκ ὀρθῶς οἶονται ὥσπερ τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μὴ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον ἀλλὰ δυοῖν. Etiam alibi sic tecte et sine nomine Herodotum reprehendit Thucydides. vid. Valckenarium ad V. 3. sed nunc quidem virum gravissimum fugit ratio et (quamquam permirum dictu est) Herodoti verba male intellexit. Nempe ex senatorum numero unus et idem, qui proxima cognatione utrumque regem contingebat ferebat in curia suffragia duo duorum regum absentium quibus suum tertium addebat. Fallere potuit Thucydidem pluralis numerus τῶν μάλιστα προσήκοντας, sed eo numero usus est Herodotus, qui modo hic modo ille ex proximis cognatis duorum regum absentium vicem explebat muneribusque fungebatur. Ceteram tantillam rem tam asperere insectari, ne dicam dolo, est *σημῖον μικροψυχίας*.

VI. 58: Spartanorum rege mortuo ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἐκάστης ἐλευθέρους δύο καταμιαίνεισθαι ἄνδρα τε καὶ γυναικα, μὴ ποιῆσαι δὲ τοῦτο ζημίαι μεγάλαι ἐπιπέσσει.

Absurdum est καταμιαίνεισθαι. Quis credat ut mortuo regi honor habeatur binos ingenuos virum et mulierem ex quaque domo cogi ut se *polluerent* vel *inquiescerent* nescio quo piaculo aut scelere. Nugae hae sunt. Fuisse tamen grave ac molestum id quod iis iniungeretur declarat *ζημίαι μεγάλαι ἐπιπέσσει*. Suspicio Herodotum scripsisse κατατΑΜνεσθαι. Cogebantur sub gravi poena ferro aut unguibus sibi genas, os, frontem, pectus aut brachia lacerare. Euripides *Electr.* vs. 146:

κατὰ μὲν Φίλων δυοχι πεμμόματα δέραν.

Quod homines in ingenti luctu ultro faciebant idem Lacedaemonii faciebant coacti.

VI. 61: ἐπιφανείσαν δὲ ἐπείρεσθαι (leg. ἐπειρέσθαι) μιν ὅ, τι φέροι ἐν τῇ ἀγκάλῃ, καὶ τὴν φράσαι ὡς παιδίον [φορέει].

In R est ὡς παιδίον φέροι. sed utrumque φορέει et φέροι in-
ititium est et delendum.

VI. 65: φάσας αὐτὸς τὴν Πέρκαλον ἀρπάσας.

Attica forma est ἔφθασα, φθάσας. Herodotus aoristo secundo
utbatur ἔφθην, φθῆναι, φθάς. Itaque et hic φθάς reponendum

ut. VII. 161: φθάς δὲ ὁ Ἀθηναίων ἄγγελος τὸν Λακεδαιμονίων,
pro φθάσας. Recte legitur III. 71: οὐκ ἄλλος φθάς ἐμὲ κατή-
γερος ἔσαι. et IX. 46: τάπερ ὑμεῖς φθάντες προφέρετε.

VI. 65: ὁ Λευτυχίδης κατόμνυται Δημαρῆτι.

Κατόμνυσθαι suapte natura cum genitivo componitur ut κα-
ταψεύδεσθαι et similia omnia. Recte igitur R exhibet Δημαρῆτι.

VI. 60: ἀπικομένη δὲ τῇ μητρὶ ἔσθεις ἐς τὰς χεῖρας [οἱ] τῶν
σπλάγχχνων κατικέτευσ.

Vitiose abundat pronomen οἱ. Dici poterat ἀπικομένης δὲ
τῆς μητρος ἔσθεις ἐς τὰς χεῖρας οἱ τῶν σπλάγχχνων, sed ubi
lativus praecedit οἱ addi non potest.

VI. 68: ἐγὼ σε ὦν μετέρχομαι.

Melius R ἐγὼ ὦν σε.

VI. 69: τοὺς σεφάνους τοὺς εἶχε ἐμοὶ περιετίθεθ.

Proba forma est περιετίθει.

VI. 69: Φαμένη αὐτὸν οὐ καλῶς ποιεῖν ἀπαρνεύμενον.

In R scriptum est ἀπαρνεύμενον, in quo latet ἀπαρνεύμενος.

VI. 69: οὕτω, ὦ παῖ, ἔχεις πᾶν ὅσον τι καὶ βούλεαι πυθέσθαι.

Recipienda erat ex R verissima lectio ἐβούλεο pro βούλεαι
namque qui scit omnia non amplius βούλεται πυθέσθαι.

VI. 69: αἰδρεῖν τῶν τοιούτων.

Ex αἰδρις nascitur αἰδρεῖν, non αἰδρεῖν. Repone igitur αἰδρῆ.

VI. 69: ἐκ δὲ ὀνοφόρβων αὐτῷ τε Λευτυχίδῃ καὶ τοῖσι ταῖς λέγουσι τίκτοιν αἱ γυναῖκες [παῖδας].

Puerile emblemata vides; quid aliud parere poterant quam παῖδας? cf. cap. 68: τεκεῖν γὰρ ἂν οἱ καὶ τὰς προτέρας γυναῖκας.

III. 65: γῆ τε καὶ ποιῆσαι τίκτοιν. VI. 139: οὔτε γῆ καρπὸν ἔφερε οὔτε γυναῖκας τε καὶ ποιῆσαι ὁμοίως ἔτικτον καὶ πρὸ τῶν. IX. 93: οὔτε πρόβατά σφι ἔτικτε, οὔτε γῆ ἔφερε καρπόν.

VI. 70: ὁ δὲ — ἐπόδια λαβὼν ἐπορεύετο εἰς Ἕλιν, τῷ λόγῳ φῶς ὡς εἰς Δελφούς χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ πορεύεται.

In R est πορεύεσθαι. Verum videtur delere ὡς et ita scribere: φῶς εἰς Δελφούς — πορεύεσθαι.

VI. 70: αὐτοῦ τε ἄπτοντο καὶ τοὺς θεράποντας αὐτοῦ ἐπέρχονται.

Recte Codex R ἄπτονται.

VI. 71: γαμέει — Εὐρυδάμην τὴν ἐοῦσαν Μενίου ἀδελφῆν Διακτορίδῃ ΔΕ θυγατέρα.

Recte R Μενίου ΜΕΝ ἀδελφεήν.

VI. 72: χειρῖδι πλέη ἀργυρίου.

Scrib. χειρῖδι, ut apud Homerum:

χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκα.

VI. 75: μαθόντες δὲ Κλεομένεα Λακεδαιμόνιοι ταῦτα πρῆσσαντα κατήγον αὐτὸν δέισαντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι [εἰς Σπάρτην] τοῖσι καὶ πρότερον ἤρχε.

Emenda κατήγον et expunge inepte additum εἰς Σπάρτην importunissimo loco insertum.

Continuo sequitur: κατελθόντα δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπέλαβε μενίην νόσος.

In libris melioribus est μανίη νόσος, in quo latet MANIAC νόσος, ut apud Euripidem Orest. 227:

ὅταν ἀνῆ νόσος μανιάς.

Orson pro *μανιάς*. et in Sophoclis *Aiace* vs. 59:

Φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις.

ar. *Lectt.* pag. 605 sq.

Mod erat in libris antiquis MANIACNOCOC, rati *μανιάς* genitivum formam Ionicam inepti invexerunt.

L. 75. Cleomenes in vincula coniectus petit a custode cul-
 1, οὐ βουλομένου δὲ τὰ πρῶτα τοῦ φυλάκου δίδοναι ἀπέλλει
 μιν αὐτίς ποιήσει.

το αὐτίς omnes libri αὐθίς exhibent, in B secunda manus
 sicut λυθείς. quod unice verum est. Δεθείς et λυθείς inter se
 nuntur. Quantillum interest inter ΛΤΘΕΙC et ΛΤΘΙC
 certum quum EI et I perpetuo inter se confundantur.

ΛΤΘΕΙC — ΛΤΘΙC — ΛΤΘΙC — ΑΤΤΙC.

irifice haec omnia in Codd. Mss. inter se confunduntur a
 iis aut indoctis et nihil intelligentibus aut dormitantibus
 ias res agentibus. Est tamen aliquid inter λυθείς et αὐθίς
 2) sed nihilo minus inepte haec confusa videbis. Editur
 15: ὁ δὲ δεθείς τὸν Φύλακον — αἰτέει μάχαιραν· οὐ βουλο-
 δὲ τὰ πρῶτα τοῦ φυλάκου δίδοναι ἀπέλλει τὰ μιν αὐτίς
 ει. Ineptum est, ut vides, iterum, et praecedens δεθείς
 m non clamat λυθείς unice esse verum. Cleomenes custodi
 tur malum se daturum ubi primum *vinculis solutus* esset.
 oent Codices ABR αὐθίς, CPz inepte αὐτίς, in B secunda
 s reposuit λυθείς, quae est ipsa manus Herodoti sive ex
 riore libro recepta sive felici coniectura reperta.

niliter erratum IV. 105: καὶ αὐτίς ὀπίσω, ubi S apud
 el. καὶ λυθείς ὀπίσω, R apud Stein καὶ λιθείς ὀπίσω exhibet.
 um αὐτίς saepe corrumpitur veluti I. 54: πέμψας αὐτίς ἐς
 . libri omnes αὐθίς. I. 56: ἐνθεῦτεν δὲ αὐτίς ἐς τὴν Δρυο-
 μετέβη. c. αὐθίς. I. 67: ἔπεμπον αὐτίς. ἢ αὐθίς. I. 90:
 3αινε αὐτίς παραιτημένος ABC αὐθίς. II. 9: τὸ δ' ἐνθεῦτεν
 1ς εὐρέα Αἴγυπτός ἐσι. B αὐθίς, similiterque et ἄlibi.
 io genere erroris αὐτίς in αὐτόν corruptum est II. 162.
 vide.

L. 75: in libris est; ὁ δὲ δεθείς τὸν Φύλακον — αἰτέει μά-

χαιραν· οὐ βουλομένου δὲ τὰ πρῶτα τοῦ Φυλάκου δίδοναι αἰ
τά μιν αὖθις (pro λυθείς) ποιήσῃε.

Rectissime Schweighaeuser emendavit: τὰ μιν ποιήσῃ
VIII. 106: δεύτερα δὲ οἱ ὑπισχνεύμενος ἀντὶ τούτων ὄσα
ἀγαθὰ ποιήσῃε, ubi in AB mendose scriptum est ποιήσῃ
solus R verum servavit. cf. I. 71: μάθε ὄσα ἀγαθὰ ἀποβα
Aristoph. Av. 1101:

τοῖς κριταῖς εἰπεῖν τι βουλόμεσθα τῆς νίκης περί,
ὄσ' ἀγάθ' ἦν κρινῶσιν ἡμᾶς πᾶσιν αὐτοῖς δῶσομεν.

VI. 75: ἐς Ἐλευσίνα ἐσβαλὼν ἔκειρε τὸ τέμενος τῶν θεῶν.

Attici constanter dicebant τὸ θεῶ, νῆ τὸ θεῶ, τοῖν θεοῖν,
numquam Herodotus duali utitur.

VI. 76: τὴν λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσιν·
φαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ.

Mirabile est ingentem et vastum specum oculis cerni
posse, sed Herodotus ἀφανὲς scripserat, ut Empedocles a
Sextum Empiricum p. 213, 23 Bekk.

ταὶ θεὲ θυρέτρων
χάσμ' ἌΧΑΝΕC ποιήσαν.

VI. 77: ὡς δὲ ἀγχοῦ μὲν ἐγίνοντο τῆς Τίρυνθος, χῶρῳ δὲ
τούτῳ τῷ κέεται Ἡσίπεια.

Deleto pronomine legendum χῶρῳ δὲ ἐν τῷ κέεται.

Post pauca in oraculo:

ὡς ποτὲ τις ἐρέει καὶ ἐπεσσομένων ἀνθρώπων.
scribendum divisim καὶ ἘΠ' Ἐσσομένων ἀνθρώπων. Nam
qui postea aliis erunt in anpis appellantur ἐσσομένοι, ut in
cantato:

καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.
non ἐπεσσομένοι, quod nihil est.

VI. 80: τῶν δὲ πεῖθομένων ἐνέπρησε τὸ ἄλσος.

Imo vero πῖθομένων. In R est πτθομένων.

VI. 81: βουλόμενον δὲ αὐτὸν θύειν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ὃ ἱεὺς ἐπὶ
γόρευε.

'Απαγορεύειν cum accusativo componi non potest. Omnes istanter dicebant: ἀπαγορεύω σοι τοῦτο μὴ ποιεῖν. Malo meberis scribendo: βουλόμενον αὐτὸν θύειν — ὁ ἱρεὺς ἀπειργε, εἴργε, προκίθεθαί. In sqq. repone: τὸν ἱεῖα ἐκέλευε τοὺς Εἵτας ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἀπαγαγόντας (pro ἀπάγοντας) μασιγῶσαι.

VI. 82: καὶ διέφυγε πολλὸν τοὺς διώκοντας.

Qui iudicum sententiis sunt absoluti dicuntur aut ἀποφυγεῖν et ἐκφυγεῖν, ut in *Vespris*:

ἐκπέφυγας, ὦ Λάβης.

Itaque a Codice R grati accipimus Ἀπέφυγε. Πολλὸν ἀποφυγεῖν est magno sententiarum numero absolutum esse.

VI. 83: ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες.

In omnibus libris est absurda lectio ἐπέβησαν. Correxit prius omnium Graecus lector nescio quis in Codice Vindobonensi.

VI. 84: Lacedaemonii narrant Scythas πέμφαντας ἐς Σπάρτην συμμαχίην τε ποιέεσθαι καὶ συντίθεσθαι ὡς χρεὼν εἴη αὐτοῦς. Ἐν τοῖς Σκύθαις παρὰ Φᾶσιν ποταμὸν πειρᾶν ἐς τὴν Μηδικὴν βάλλειν, σφέας δὲ τοὺς Σπαρτιήτας [κελεύειν] ἐξ Ἐφέσου μεομένους ἀναβαίνειν.

De coelo delapsum κελεύειν compositionem verborum prorsus irrumpit: σφέας δὲ ἀναβαίνειν pendet ex συντίθεσθαι ὡς χρεὼν ἢ ut αὐτοῦς ἐσβάλλειν, idque particulæ μὲν — δὲ declarant.

Praeterea duo emblemata eiicienda sunt: αὐτοῦς μὲν [τοὺς κύθαις] et σφέας δὲ [τοὺς Σπαρτιήτας].

VI. 84: ἐπεῖτε σφι Δαρεῖον Ἐμβαλεῖν ἐς τὴν χώραν.

Herodotus, ut solet, Ἐσβαλεῖν dixerat, ut statim: πειρᾶν ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσβάλλειν, et sic passim.

VI. 85: εἰπέ σφι Θεασίδης ὁ Λεωπρέπεος.

Non est Graecum nomen Θεασίδης, sed Θέαρως, Θεαρίδας, Θεαρίδης, ut in Attica Θέαρως.

ὦ πόλις καὶ Θεώρου θεοισεχθρία.

Itaque ex Cod. B^s restituendum Θεαρίδης.

VI. 86: ὡς δὲ Λεωτυχίδης — ἀπαίτεε τὴν παραθήκην οἱ (Δ)
Ἰθνηαῖοι προφάσις εἶλον.

Importunum δ' expellendum est sine mora.

VI. 86 γ: ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τὸν θεὸν παραιτέτο αὐτῷ
ἴσχειν τῶν ῥηθέντων.

Recte R αὐτῷ σχεῖν, ut omnes solent συγγνώμην ἔχειν dicere,
non ἴσχειν.

Male repetitum I hoc mendum peperit.

Melius etiam est praesens tempus restituere συγγνώμην ἔχειν,
quod passim apud omnes legitur.

Menander Fragm. Com. IV. pag. 502:

παραιτοῦμαι σε συγγνώμην ἔχειν.

VI. 86. δ: ὁ λόγος ὅδε — ὠρμήθη λέγεσθαι.

Libri veteres AB ὀρμήθη, quod verum est.

VI. 89: δωρεὴν γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι.

Exquisitam veterem lectionem solus servavit R δωτήν γὰρ.
Adscriptum est Atticum δωρεάν, id est προῖκα, gratis, quod
male receptum formam Ionicam induit. cf. I. 69: Κροῖσος δὲ
σφι ἄνεομένοισι ἔδωκε δωτήν. cf. et VI. 62.

VI. 90: τοῖσι Ἰθνηαῖοι Σούνιον οἰκῆσαι ἔδοσαν.

Quia non dicitur Σούνιον οἰκεῖν, sed ἐν Σουνίῳ, restituendum
est Σούνιον Ἐνοικῆσαι. Saepissime in talibus Ἐν negligenter
omittitur, ut infra ostendemus. Gemellum est quod legitur II.
178: τοῖσι ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν Ἐνοικῆσαι.

VI. 91: αἱ χεῖρες δὲ ἐκεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἦσαν τοῖσι ἐπιστά-
στοις.

B³ et R servant genuinam scripturam ἐπισπαστήρσι, ut
paullo ante: τῶν ἐπισπαστήρων εἶχετο. Minus antiquum nomen
est ἐπισπασρον.

VI. 92: διὰ δὲ [ᾧ σφι] ταῦτα — οὐδεὶς ἔτι ἐβοήθει.

Rectissime R importunum ᾧ σφι omittit.

VI. 93: καί σφρων νέας τέσσερας αὐτοῖσι [τοῖσι] ἀνδράσι εἶλον.
 Expunge male repetitum τοῖσι. Fert consuetudo ut in talibus
 iculus non addatur: αὐτοῖς ἀνδράσιν, αὐτοῖσιν ἵπποις, αὐτῶ
 ἴφει, et alia sexcenta praesertim in calamitatis mentione.
 Recte in R scriptum est αὐτοῖσι ἀνδράσι εἶλον.

VI. 94: ἐντειλάμενος — ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἑρέ-
 AN Ἀνάγειν ἐωυτῶ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα.
 Tolle syllabam male repetitam et lege: — Ἑρέτριαν ἄγειν
 ἰτῶ ἐς ὄψιν.

VI. 97: νῦν ὧν ΚΑΙ ἄΠΙΤΕ ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν καὶ τὴν
 ὄν νέμεσθε.
 Corrigendum est νῦν ὧν ΚΑΤΙΤΕ, ut κατιέναι dicuntur om-
 nes qui ab exilio in patriam revertuntur, et Delii tum exules
 curia carebant.

VI. 98: ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι — τὰ μὲν Ἀπὸ τῶν
 ἐσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ Ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων περι-
 ἄρχῃς πολεμούντων.
 Leg. Ἐπὸ τῶν Περσέων et Ἐπ' αὐτῶν.

VI. 99. inepte legitur in libris: ὡς ἀπήειραν ἐκ τῆς ΝΗCOT
 ἰσῖσχον πρὸς τὰς νήσους.
 Veram lectionem servavit R ἐκ τῆς ΔΗΛΟΤ.

VI. 99: οὔτε ἔφασαν ἐπὶ πόλιος ἀσυγείτονας στρατεύεσθαι.
 Receptam oportuit Dobraei emendationem στρατεύεσθαι, res
 in ipsa requirit futurum et saepius ostendimus in libris om-
 nibus — εὖειν et — εὖσειν, — εὖεσθαι et — εὖσεσθαι inter se
 citare locum.

VI. 100: τῶν δὲ Ἑρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιές βούλευμα.
 Mallem βούλευμα abesset. Sententia est: *Eretrienses male
 e, fraudulenter et evdole agebant*; idque Graece dicitur: τῶν
 ερετριέων ἦν οὐδὲν ὑγιές. Aristophanes *Pluto* vs. 372:
 ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐσιν οὐδενός.

VI. 101: κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρας κατὰ Τ6-
MENOС.

Verum esse κατὰ Ταμύνας Valckenaer et Wesseling satis ostenderunt. Adde locum Plutarchi in *Phocione* cap. 12: (Phocion) τινὰ λόφον χαράδρα βαθεῖα τῶν περὶ τὰς Ταμύνας ἐπίπεδον ἀποκρυπτόμενον καταλαβῶν συνεῖχεν ἐν τούτῳ — τὸ μαχιμώτερον τῆς δυνάμεως.

Hoc loco pugната est nobilis illa ἢ ἐν Ταμύναις μάχη, et ad hanc planitiem (τὰ περὶ τὰς Ταμύνας ἐπίπεδα) Persae naves affulerunt.

VI. 103: κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήϊον νηκτὴ ὑπέϊσαντες ἄνδρας.

Legendum ὑπέϊσαντες a verbo ὑπίζειν in *insidiis collocare*, ut ὑποκαθῆσθαι dicuntur qui in insidiis latitant. Calamitosum verbum est ἴζω, καθίζω, παρίζω, ὑφίζω et raro ex librariorum manibus integrum elabitur.

VI. 103: ἴπποι τεθάφεται.

Vera forma legitur in R τετάφεται.

VI. 104: τὸ ἐνθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ ὑποδεξάμενοι ὑπὸ δικαστήριον [αὐτῶν] ἀγαγόντες ἐδίωξαν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ.

Inepte additum αὐτόν recte R omittit.

VI. 105: Φειδιππίδην Ἀθηναῖον — ἡμεροδρόμην.

Non est Graecum vocabulum ἡμεροδρόμης sed ἡμεροδρόμος, ut δολιχοδρόμος. Itaque ἡμεροδρόμον reponendum.

Sine mendo legitur IX. 12: τῶν ἡμεροδρόμων τὸν ἄριστον, ποταμὸν ἡμεροδρομέων.

VI. 106: ἦν γὰρ ἰσαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη, εἰνάτη δὲ οὐκ ἐξελεύσεται ἔφασαν μὴ οὐ πλήρους ἐόντος τοῦ κύκλου.

Absurda manifesto haec sententia est, quasi eodem die qui esset ἰσαμένου μηνὸς εἰνάτη fieri posset ὁ κύκλος πλήρης sive ἡ πανσέληνος. Plutarchus *de Herodoti malign.* pag. 862 haec describens omittit εἰνάτη. Omnis erit sublata difficultas ubi repereris: ἦν γὰρ ἰσαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη. (ΟΙ) δὲ οὐκ ἐξελεύ-

θαι ἔφασαν, et est haec Herodoto dilecta verborum compositio:
δὲ οὐκ — ἔφασαν.

VI. 107: πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνΩC *H *ΩC ἐώθεε.

Recte R μέζον ἢ ὡς: dicitur enim μέγα πταρεῖν et μέγα ξαι. Natum est scribendi vitium ex sqq. ΗΩC.

VI. 108: ἐδεδώκεσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλα-
ιέες καὶ πόρους ὑπὲρ αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο.
Vitiosum est imperfectum ἀναιρέοντο εὐσεκρίεθαπῆ, nam requi-
ur εὐσεκρεγαπῆ. Fert opem Codex R exhibens ἀναιρέατο, unde
ta emendatione Bekker restituit ἀνΑΡαιρέατο, sed spernitur.

VI. 108: ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐ κατὰ [τὴν]
οίην τῶν Πλαταιέων.

Recte Codex R importunum articulum omittit, ut loquendi
is postulat.

VI. 109: — μνημόσυνα λιπέσθαι ἐς τὸν ἄπαντα ἀνθρώπων βίον
οὐδὲ Ἀρμυδίδος τε καὶ Ἀριστογείτων [λείπουσι].

Optime Stein ineptum emblemata deleuit. Sciolus sic male
ipsin explevit quum ἐλίποντο dare deberet.

In sqq. recte Reiske δέδεκται restituit pro δέδεΟκται.

VI. 109: τῶν μὲν κελευόντων τῶν δὲ οὐ συμβάλλειν. In R est
μὲν κελευόντων συμβάλλειν, unde sic locus emendandus esse
etur: τῶν μὲν κελευόντων συμβάλλειν, τῶν δὲ οὐ. Exciderat
uria συμβάλλειν quod in margine adscriptum in alienam
em irrepsit.

VI. 109: ταῦτα ὧν πάντα — ἐκ σέο ἤρτηται.

ὲ servat formam Herodoteam ἤρτηται.

n sqq. scribe ἐςΑΙ τοι πατρὶς ἐλευθέρη pro ἐςΙ.

VI. 109: ἦν γὰρ σὺ γνώμη τῇ ἐμῇ προσθῆ — , ἦν δὲ τῶν
σπευδόντων τὴν συμβολὴν ἔλη, ὑπάρξει τοι κτέ.

locus impeditus sic optime expeditur si rescripseris: ἦν δὲ
I τῶν ἀσπευδόντων τὴν συμβολὴν, expuncto ἔλη.

n principio loci legendum: ἦν ΜΕΝ γὰρ σὺ.

VI. 111: ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμύοντο αἱ Φυλαὶ ἐχόμεναι ἀλλήλαισιν.
 Excidit una literula ΑΙΙΦΤΛΑΙ, id est αἱ ΔΕΚΑ Φυλαί.

VI. 112: πρῶτοι δὲ ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὄροντες καὶ
 [τούς] ἄνδρας ταύτην ἡσθημένους.

Articulo locus non est ut neque in ἐσθῆτα Μηδικήν.

VI. 112: ὄροντες αὐτοὺς ὀλίγους καὶ τούτους δρόμῳ ἐκατη-
 μένους.

Vere B ὄροντες αὐτοὺς ἜΟΝΤΑC ὀλίγους.

VI. 116: Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ποδῶν εἶχον [τάχιςα] ἐβοήθησεν ἰ-
 τὸ ἄςυ.

Redeat τάχιςα in marginem, unde male pedem intulit. Cf.
 IX. 59: ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἑκατοὶ εἶχον. Plato in Gorgia pag.
 507 a: ἀκολασίαν δὲ Φευκτέον ὡς ἔχει ποδῶν ἑκατος ἡμῶν. Grae-
 culi dicebant ἢ ἔχει ποδῶν. Alciphron III. 22: Φευξόμεθα ἢ τε-
 δῶν ἔχομεν, ubi vide Berglerum.

VI. 117: ἀπέθανον — Ἀθηναίων ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα καὶ δύο.
 Erat in libris vetustis:

H|Δ|ΔΔΔΔΙΙ

et erat legendum δύο καὶ ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν, quae est vete-
 rum consuetudo a minore numero ad maiorem progrediendi.

VI. 119: καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἄλας καὶ ἔλαιον Ἀρύσσονται
 ἐξ αὐτοῦ.

Haurire Graece dicitur apud veteres ἀρύεσθαι, apud sequio-
 res ἀρύεσθαι, sed ἀρύσσομαι nihil est. Emendandum esse censuo
 Ὀρύσσονται effodiunt.

VI. 117: ἐν ταύτῃ τῇ [ἐν Μαραθῶνι] μάχῃ ἀπέθανον κτῆ.

Tolle stolidum additamentum: quasi vero non una pugna ad
 Marathonem commissa esset.

VI. 119: lacuna est in verbis: καὶ ἡ μὲν ἄσφαλτος καὶ ἰ
 ἄλας πῆγνυνται παραυτίκα τὸ δὲ ἔλαιον * * * * (ἔλαιον) οἱ Περ-
 σαι καλέουσι κτῆ.

Repetitum in vicinia ἔλαιον, ut solet, lacunam peperit.

VI. 124: οὐδὲ λόγος αἰρέει ἀναδεχθῆναι ἕκ γε ἄΝ τούτων
πίδα ἐπὶ τοιούτῳ λόγῳ.

Leg. ἕκ γε ΔΗ. Passim ΔΗ et AN inter se confunduntur.

VI. 128: καὶ τό γε μέγιστον ἐν τῇ συνεστῆΙΗΙ διεπειράτο.

Unus omnium liber Vaticanus servavit Herodoti manum: ἐν
συνεστοῖ συνεστοί.

Diximus de ea re iam antea.

VI. 129: πείθομένου δὲ τοῦ ἀύλητέω ὀρχήσατο.

Legendum πῖθομένου et ex optimorum Codicum consensu
ρχήσατο, similiterque in sqq. ὀρχέετο — ὀρχήσατο — ἀπορ-
ίσαο.

VI. 129: ἀποσυγέων γαμβρὸν [ἄν] οἱ ἔτι γενέσθαι Ἰπποκλείδεα.
Quid sibi vult ἄν in tali loco? Recte duo veteres libri mo-
stam voculam omittunt.

VI. 132: λέγων τοιαῦτα αἴτεε τὰς νέας. Ἀθηναῖοι δὲ τούτοις
αερθέντες ΠΑΡέδοσαν. ΠΑΡΑλαβὼν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατὴν κτέ.
Emenda: ἐπαερθέντες ἕΔοσαν. Praepositio male adhaesit ex
cino ΠΑΡΑλαβὼν.

Respondent sibi inter se αἰτεῖν et δίδναι, non παραδίδναι.

VI. 133: αἴτεε ἑκατὸν τάλαντα Φάας, ἣν μὲν οὐ δῶσι, οὐκ
ΠΟΝΟCτήσειν τὴν στρατὴν πρὶν ἢ ἐξέλη σφέας.

Pro ἣν μὲν οὐ δῶσι ex Codice R repono: ἣν μὴ οἱ δῶσι. Non
in his particulæ μὲν locus, cui nihil respondet. Vitium est
in ἀπονοστήσειν, sed e scriptura Codicis R Παναγήσειν facili
negotio verum reperitur: οὐκ Ἀπαναγήσειν τὴν στρατὴν. Gemel-
lus plane locus est IX. 86: ἣν δὲ μὴ ἐκδιδῶσι, μὴ ἀκάνισασθαι
ἐπὶ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι.

VI. 133: οἱ δὲ Πάριοι ὅπως μὲν τι δώσουσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίΟΤ
ἔΔΕΝ διανοεῦντο.

A B ἀργύριΟΝ οὐΔΕ διανοεῦντο, recte utrumque ne cogitant
idem.

VI. 136: τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης καὶ ἐπιμενημένοι καὶ [τὴν Λήμνου αἴρεσιν] ὡς ἔλῶν Λῆμνον — τὸν ῥέδωκε Ἀθηναίοισι.

Manifestum emblemata prorsus inutile et compositionem verborum vitians resecandum.

VI. 136: Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα σφακελίσαντος [τε] τοῦ μηροῦ [καὶ σαπέντος] τελευτᾷ.

Codex R τε omittit, optime, nam sic arguitur emblemata καὶ σαπέντος. Idem est σφακελίσαντος et σαπέντος. cf. ad III. 66.

VI. 137: ἐπεὶ τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώραν — τὰν τὴν ὡς ἰδεῖν [τοὺς Ἀθηναίους] — καὶ οὕτω ἐξελαύνειν αὐτοὺς ἠδεμίαν ἄλλην πρόφασιν προῖσχομένους [τοὺς Ἀθηναίους].

Aufer bis pueriliter repetitum τοὺς Ἀθηναίους.

VI. 139: ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Ἀθηναίοισι δίκας δίδωσθαι ταύτας τὰς ἂν αὐτοὶ Ἀθηναῖοι δικάσωσι.

Alienum a loci sententia et natura rei est δικάσωσι, non enim in iudicio ea res agebatur. Emenda una literula mutata δικάσι, δικάσι. cf. IX. 93: οὐ πρότερον παύσεσθαι τιμωρῆσαι ἐκείνῳ πρὶν ἢ δίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν ταύτας τὰς ἂν αὐτῶν [ἔληται καὶ] δικάσι. Non est verbosus Herodotus neque bis idem dicit. Itaque ἔληται καὶ spurium est.

VI. 140: Ἡφαιζιῆες μὲν νυν ἐπέθοντο, Μυρναῖοι δὲ — ἐπολιορκέοντο.

Legendum ἐπέθοντο, ut in Codice R scriptum est. Imperfectum scribis sequens imperfectum ἐπολιορκέοντο, sed non est utriusque verbi eadem ratio. Illi enim statim deditionem fecerunt, ἐπέθοντο, hi aliquamdiu obsidionem tolerarunt, ἐπολιορκέοντο.

(Continuabitur.)

C. G. COBET.

PLATONIS DE LEGIBUS LIBER XII.

In libro duodecimo haud minus quam in superioribus multa sunt, quae primo aspectu tam misere corrupta iudicabis, ut iis immorari vix operae pretium esse videatur. Sed simul atque cum duobus scribis et duplici incuria tibi rem esse senseris, nihil emendandi via repente aperietur. Cuius rei tale exemplum offeram, in quo nullus controversiae locus esse possit. In 954 E. haec leguntur: τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὅσα τροφὴν μήτηρ σα ἢ γῆ πρὸς ταῦτα πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν ἴτε τις ἀποθανῶν στέρειτω τὸν ζῶνθ' ἡμῶν. Corrige πρὸς τροφὴν π. β. φέρειν, ταῦτα μήτε ζῶν κ. τ. ε. Scilicet τροφὴν ταῦτα, inter scribendum omissa, in margine posita erant. Iam qui illum codicem describebat, voces omissas ita restituit, malum auferet.

Alterum exemplum suppeditant quae in 967 a. β. hodie sic leguntur. θαῦματα μὲν οὖν καὶ τότε ὑπεδύετο περὶ αὐτά, καὶ γωπτεύετο τὸ νῦν ὄντως δεδογμένον, ὅσοι τῆς ἀκριβείας αὐτῶν ἤπτοντο, ὅπως, μὴ ποτ' ἂν ἀψύχα ὄντα, οὕτως εἰς ἀκριβείαν θαυμαστοῖς λογισμοῖς ἂν ἐχρῆτο, νοῦν μὴ κεκτημένα· καὶ νες ἐτόλμων τοῦτό γε αὐτὸ παρακινδυνεύειν κ. τ. ε. Ante pronomen relativum ὅσοις subaudiendum esset τούτοις, sed hoc fieri lingua Graecitate non potest. Adde quod ὅπως nec ad ὑπωπτεύετο recte omnino ad praecedentia referri licet. Quod si legas, θαῦματα ὑπεδύετο — ὅσοι τῆς ἀκριβείας αὐτῶν ἤπτοντο, ὅπως ποτ' ἀψύχα — λογισμοῖς ἂν ἐχρῆτο, et accusativus ante ὅσοι αὐτῶν recte subauditur, et ὅπως post θαῦματα recte positum est. Recte etiam illa καὶ ὑπ. τ. ν. δ. δεδογμένον post κεκτημένα po-

sita procedunt. Primum θαυμάζουσι, deinde ὑποπτεύουσι, postremo τολμῶσι.

Tertium exemplum praebeat p. 968. C. οὐκέτι νόμους περὶ τῶν τοιούτων δυνατόν ἐστὶ νομοθετεῖν, πρὶν ἂν κατακοσμηθῇ. Τότε δὲ κυρίους ὧν αὐτοὺς δεῖ γίνεσθαι, νομοθετεῖν. Ἄλλα ἤδη τὸ τὰ τοιαῦτα κατασκευάζον διδασχὴ μετὰ ξυνουσίας πολλῆς γίγνεται ἢ εἰ γίγνεται ὀρθῶς. Concilium nocturnum sublimiore doctrina imbui vult. Cliniae vero sciscitanti, quam ratione id fieri iubeat, respondet: leges non iam ad respectandum, neque quidem ferri posse, πρὶν ἂν κατακοσμηθῇ τὸ τὰ ταῦτα κατασκευάζον, (h. e. ipsum concilium), τότε δὲ κυρίους αὐτοὺς γίνεσθαι ὧν δεῖ νομοθετεῖν. Tum addit ἀλλ' ἢδ' ἡ διδασχὴ μετὰ ξυνουσίας πολλῆς γίγνεται ἢ κ. τ. ἐ.

Quae alterum exemplum statim sequuntur seorsim tractam malui, quia praeter hunc, de quo nunc agimus, errorem, alia summae incuriae indicia produunt.

967. C. οἱ δ' αὐτοὶ (Anaxagoras et huius similes) ἀμαρτάνουτες ψυχῆς φύσεως ὅτι πρεσβύτερον εἶη σωμάτων, διανοηθέντες ὡς νεώτερον (ὄν), ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν ἔπος (l. ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἀπρεψαν πάλιν, ἐκυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον. τὰ (l. τῶν) γὰρ πρὸ τῶν ὀμμάτων πάντα αὐτοῖς ἐφάνη (dele comma) τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα μεστὰ εἶναι, λίθων κ. τ. ἐ. ταῦτ' ἦν τὰ τότε ἐξεργασμένα πολλὰς ἀθεότητος καὶ δυσχερείας τῶν τοιούτων ἀπειρημένοι (dele punctum) καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις γε ἐπήλθον (l. ἐπελήθη) ποιηταῖς τοὺς φιλοσοφοῦντας κυσὶ ματαιαῖς ἀπεικάζοντας χωρῆσαισι ὑλακαῖς (l. κυσὶν ἀπ' μ. χ. ὑλακαῖς) ἄλλα ταῦτ' (l. ἄλλα τ' ἄττα) ἀνόητα εἰπεῖν. Mox sic pergit: Οὐκ ἔστι ποτὲ γενέσθαι βεβαίως θεοσεβῆ θνητῶν ἀνθρώπων (ἄρχοντα?) οὐδένα δὲ ἂν μὴ τὰ λεγόμενα ταῦτα νῦν δύο (imo σύνδυο) λάβῃ, ψυχῇ (l. ψυχῆ) ὡς ἔστι πρεσβύτατον ἀπάντων ὅσα γονῆς μετείληφεν, ἀθάνατον πᾶρχει τε δὴ σωμάτων πάντων (l. ἄρξει τε δὴ ἀθανάτων σωμάτων πάντων) (intellige τῶν ἄστρον) ἐπὶ δὲ τούτοις δὴ τὸ νῦν εἰρημένον πολλάκις τὸν τε εἰρημένον (l. ἐπὶ δὲ τούτοις ἴδῃ τὸ νῦν τελέκις τ' εἰρημένον) ἐν τοῖς ἄστροις νῦν τῶν ὄντων (l. νῦν τὰ ὄντα) τὰ τε πρὸ τούτων ἀναγκαῖα μαθήματα (astronomiam) λάβῃ, τὰ τε κατὰ τὴν Μοῦσαν τούτοις τῆς κοινωνίας συνθεασάμενος χηρσεται (l. τὰ τε τῆς κατὰ τὴν Μοῦσαν κοινωνίας (h. e. harmoniam scientiam) συνθεασάμενος, τούτοις χηρσεται) πρὸς τὰ τῶν ἡδῶν

ατα καὶ νόμιμα συναρμοττόντως (l. συναρμόττων, ὅπως)
 l. γε) λόγον ἔχει τούτων δύνατος ἢ δοῦναι τὸν λόγον. —
 concludit: ὄρᾶν δὴ χρεῶν νῦν, ὧ Κλεινία τε καὶ Μέγιλλα,
 νῦν ἢ δὴ)· πρὸς τοῖς εἰρημένοις νόμοις ἅπασιν, οὓς διε-
 ν, εἰ καὶ τοῦτον προσῖσομεν ὡς Φυλακὴν ἐσόμενον κατὰ
 ριν σωτηρίας (l. εἰ καὶ νόμον χάριν σωτηρίας τοῦτον προσ-
 ὡς Φυλακὴν ἐσόμενον) τὸν τῶν ἀρχόντων νυκτερινὸν σύλλο-
 είας — — κοινῶν γενόμενον.

irari desinimus, si hic et illic ordo adeo turbatus est,
 i nauseam moveat, nonnumquam etiam de sensu incer-
 nquat, velut κλίνας παρ' ἀλλήλας λιθίνας κειμένας,
 — ἀλλ' ἀθρόον ἀεὶ [καὶ ἅμα] καὶ κοινὸν ὅτι μάλιστα
 ἰ ἅμα) πάντων γίνεσθαι, (942 C.). Sed multo gravius,
 or, turbatum est in 672, B, ubi legendum suspicor,
 ἴς τὴν λάβην τιμωρούμενος.

librum ab initio percurram.

A. παραπρεσβεύηται, malim παραπρεσβεύῃ τι. — ὡς
 αὶ Διδὸς ἀγγελίας καὶ ἐπιτάξεις παρὰ νόμον ἀσεβη-
 . Lacunam hic esse ratus est librarius, quam inepte
 Nemo enim unquam dixit ἀσεβεῖν τὴν θεῶν ἐπίταξιν.
 εραβάντων.

pro πλημμελῶν lege πλημμελεῖν. — optime Astius ἐνε-
 ὄμφ pro μαχέσθω νόμφ.

Λ. μηδὲ τινος ἔθει ψυχὴν εἰθίσθαι — αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τι
 ὄνας] δρᾶν, — τι omittunt A et Ω, malim μηδὲ τινος
 αὶ ψυχὴν (μηδὲν) μήτε σπουδάζοντα μήτ' ἐν παιδιαῖς
 ἑαυτοῦ δρᾶν, C. διδάξαι τὴν ψυχὴν ἔθεισι — dele διδάξαι
 oplevit aliquis postquam εἰθίσαι in ἔθεισι corruptum est.

Λ. ἔπαινον μὲν δὴ τοῦτον ἀκούειν τὸν νέον χρῆν δοκεῖν
 ἰ [περὶ] βίου. Expelle περὶ, quod meliores libri non
 t, et pro χρῆ ΔΟΚεῖν lege χρῆ ἌΚΚεῖν. Non semel
 lue haec audiendo bonus miles fiet.

κρίνεσθαι ἐν τοῖς αὐτῶν ἔθνεσι. Librorum lectio est
 d qui Cornarii coniecturam receperunt nullam rationem
 t vocis αὐτῶν, quae cum singulari τὸν βουλούμενον non

Legendum arbitror, ἐν τοῖς αὐτῶν (h. e. ἀριστείων)
 : Thuc. II, 44.

ρβένος γὰρ αἰδοῖν ἢ Δίκη λέγεται τε καὶ ὄντως εἴρηται.

Haec ultima sensu vacua sunt. Si scriptum esset, καὶ ἴσως ἔστι, intelligerem. An excidit ἔστιν οἷα?

944. B. Ex duobus casibus nescio cuius incuria tres effecit. Corrigendum videtur pro ἡ χειμώνων ἐν τόποις — ἐκ χειμώνων, ἐν τοῖς πλοῖς. Mare certe non satis excusationis praebet, nisi additis tempestatibus.

944. C. Dele glossema, ριφθέντων. Auctor ipse saltem ριφθέντων scripsisset. Ibid. τῆς δὲ εἰρημένης ἔμπροσθεν ὁ δικάζων εἰ ἀμελείτω σκοπεῖν. Lege, τῆς δ' ἔμπροσθεν εἰρημένης ὁ δικάζων ἢ μὴ ἀμελείτω [σκοπεῖν]. — D. ζημία δὲ τῶ τὴν τοιαύτην ἀμυνηρίαν ὄπλων εἰς τὸναντίον ἀφέντι δύναμιν τίς ἄρα γίγνται ἐπὶ πρόσφορος; Haec ita vertunt quasi ἀμυνηρία δύναμις ὄπλων pro simplici τὰ ὄπλα positum esset. Sed quid sibi volunt illa εἰς τὸναντίον ἀφείναι, vel ut Cornarius vertit — „in contrarium proiicere”? Nihil prorsus. Mihi quidem videtur Plato ἀμυνηρίαν scripsisse, quam ad normam vocis σωτηρία pro substantivo haberi voluerit. Pro εἰς τὸναντίον δ. scribendum conicio εἰς τὴν τὸναντίου δύναμιν „in potestatem adversarii”. In iis quas sequuntur parum placet γέनेσις εἰς γυναῖκα μεταβαλοῦσα, nam ipsa γέनेσις est μεταβολή. Neque γέनेσις τιμωρία γενομένη Platoni sapit. Scribendum censeo: ἦν γὰρ (ἄν) ἀνδρὶ ριψάσπιδι τῆσθε τινὰ πρέπουσα πασῶν μάλιστα ἢ ἐκείνῃ τῇ γενέσει ἐναντία [γένεσις] εἰς γυναῖκα ἐξ ἀνδρὸς μεταβάλλουσα τιμωρία [τοῦτ' ἔστι γένεσις]. Mox pro ζῆ δὲ ὡς πλείστον χρόνον ὦν κακὸς ὄνειδος ξυνεχόμενος, lege κακὸς ὦν κακῶς. Qui ὄνειδει ξυνεχόμενος ζῆ. κακῶς ζῆ. Atque hoc ipsum κακῶς pro κακὸς in optimis libris habetur.

945. B. ἄν τις τί πη σκολιδὸν αὐτῶν καμφθεῖς ὑπὸ βάρους μὴ πράξῃ, τῆς δ' αὐτοῦ δυνάμεως ἐνδείξῃ πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς ἀξίαν. — τί πη pro τι εἶπερ Baitero debetur, qui et ἡ πράξῃ pro αὐτῶν a Stephano ex Cornarii coniectura invectum sustulit. Sed ne sic quidem locus persanatus est. Nam nec μὲν suam sedem tenet, nec quale sit illud βάρους satis indicatur. Malim καμφθεῖς μὲν ὑπὸ βάρους πράξῃ τῆς δυνάμεως, τῇ δ' αὐτοῦ ἐνδείξῃ πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς ἀξίαν.

D. ἄν μὲν γὰρ οἱ τοὺς ἄρχοντας ἐξευθύνοντες βελτίους ὡς ἐκείνων καὶ τοῦτ' ἐν δίκῃ ἀμέμπτω τε καὶ ἀμέμπτως ἢ [ἢ] πᾶσα οὕτω θάλλει τε καὶ εὐδαιμονεῖ χώρα καὶ πόλις. Lege

οὕτ' ἐν δίκῃ μεμπτῶ τε καὶ ἀμέμπτῳ ἤ — quod idem est dixisset οὐχ ἤττον ἐν μεμπτῶ ἢ ἐν ἀμέμπτῳ δίκη: „sive ui causam perdiderunt querentes sive contenti abeant.” legendum suspicor (ἄμα) ταύτη πᾶσα ἀρχὴ διεσπάσθη — l cum illo τῶν εὐθύνων reliqui omnes magistratus.”

i. B. Orello assentior λειφθῶσιν pro ληφθῶσιν revocanti. mox sequuntur Μαγνήτων ἢ κατὰ θεὸν πάλιν τυχοῦσα ἄς πόλις procul dubio depravata sunt, sed nullam probabilem turam repperi. C. ἀποφήνασα αὐτῆς [Ἠλίφ] ἄνδρας τοὺς υς τρεῖς — ἀκροθίνιον Ἀπόλλωνι — ἀνατίθησι κοινὸν καὶ Ἠλίφ. ium solem ebriosis scribae intulerunt. Causam erroris hanc suspicor. Quoniam Ἀπόλλων et Ἥλιος eodem compendio cantur, haud mirum si pro Ἀπόλλωνι varia lectio in ne enotata est Ἠλίφ, quam nescio quis pro voce omissa i, et in orationem temere infersit.

n delere. Audi modo regem quid suaserit, postquam navis
ixum conversa est; vs. est 180:

πομπῆς μὲν παύεσθε βροτῶν, ὅτε κέν τις ἴκηται

ἡμέτερον προτὶ ἄστ· Ποσειδάωνι δὲ ταύρους

δώδεκα κεκριμένους ἱερευσέμεν, αἳ κ' ἐλέησῃ

μηδ' ἡμῖν περίμηκες ὄρος πόλει ἀμφικαλύψῃ.

ie sic placata dei ira est, cum praesertim videret Phaeacas
ῆς βροτῶν παύεσθαι. Ferraro interpolationes tanta evidentia
zui possunt, neque ea res ipsum Aristarchum potuisset
e, si, quod saepe dixi, tanta fuisset industria versatus in
sea recensenda, quantam in Iliade merito admiramur.

14:

τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑσάτιον καταλέξω;

to malim:

τί πρῶτον, τί ἔπειτα, τί ὑσάτιον καταλέξω;

enim particula δὲ hic significare poterit?

97:

ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι

λωτῶν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόσου τε λαθέσθαι.

: λάθοντο. Cf. Qu. Hom. p. 93.

rgbar forma καταῖσχεται etiam hodie legitur: 122:

οὐτ' ἄρα ποίμνησιν καταῖσχεται οὐτ' ἀρτόισιν.

amen satis facilis correctio: οὐτοι γὰρ ποίμνησι κατῖ-
ται.

ι 366:

Οὐτιν ξμοιγ' ὄνομα· Οὐτιν δέ με κικλήσκουσι.

Legge: ὄνομ' ἔς· Οὐτιν. Cf. Qu. Hom. p. 136.

ι 512:

ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω
χειρῶν ἔξ Ὀδυσῆος ἀμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς.

Legge: ἀμερθήσεσθαι. Cf. Mnem. IV 212 et Qu. Hom. p. 137.

Semel omnino factum est apud Homerum quod toties factum est apud alios, ut negatio perperam insereretur. Postquam perventum est ad Circes insulam, verba sunt Ulyssis ad socios x 193:

ἀλλὰ φραζώμεθα θᾶσσον

εἴ τις ἔτ' ἔσαι μῆτις· ἐγὼ δ' οὐκ οἶομαι εἶναι.

Nauckio displicuit, uti arbitror, forma οἶομαι, unde periclitatus est coniecturam: ἐγὼ δ' οὐκ ἔμμεν δῖω. Unum igitur vidit, alterum non vidit, nempe Ulysses neque alias nec nunc inopem esse consilii. Semper et ubique δολόμητις est: nemo exemplum requirit et praeterea res apparet ex iis quae statim sequuntur. Quid igitur? Me si audies, scribes: ἐγὼ δέ γ' οἶομαι εἶναι.

Mercurii verba sunt ad Ulysses de Circe x 301:

μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείῃ

eiusdemque ad deam ipsam vs. 341:

ὄφρα με γυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείης.

Non assequor cur maior fuerit deae in Ulysses potestas, si prius vestem deposuisset. Contuli:

Z 265: μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεός τ' ἀλκῆς τε λάθωμαι

et Θ 402: γυιώσω μὲν σφωιν ὑφ' ἄρμασιν ἀκέας Ἴππους,

unde suspicari coepi praestare ἀπογυιωθέντα et altero loco γυιωθέντα.

x 393:

τῶν δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσεν

Φάρμακον οὐλόμενον, τὸ σφιν πῶρε πότνια Κίρκη.

Mirum ni Homerus ἔφυσαν scripsit et sequens versus interpolatus est.

Nemo non agnovit vitium κ 493:

ψυχῆ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο

μάντιος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοι εἰσιν.

quod coniecit Nauckius, reponendum esse veterem genetivi formam ἀλαδο, est hoc sane aliquid, sed nequaquam sufficit, cum prima syllaba sine exemplo praeter ullam necessitatem produatur. Magis etiam me movet, quod Tiresias apud Homerum non coecitate laborat. Videt enim Ulyssem cum districto gladio

. 95:

ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ Φάσγανον δξύ.

Quid igitur latet? Opinor, μάντιος ἀγλαδο, quae forma genetivi, si cui forte minus placebit, quamquam mihi non displicet, ad multorum aliorum vocabulorum analogiam scribere poterit ἀγλαιού.

κ 565:

ἄλλην δ' ἤμιν ὀδὸν τεκμήρατο Κίρκη

εἰς Ἄϊδαο δόμους καὶ ἐκαινῆς Περσεφονείης

ψυχῆ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο.

Legge: χρησομένοις. Cf. Qu. Hom. p. 90.

λ 102:

οὐ γὰρ δῖω

λήσειν Ἐννοσίγαιον ὃ τοι κότον ἔνθετο θυμῷ.

Legge: λήσειν σ' Ἐννοσίγαιον. Cf. Qu. Hom. p. 136.

Parum modulate editur λ 421:

οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς.

praestat, nisi fallor, οἰκτροτάτην δ' ὄπ' ἄκουσα Φίλης Πρ. θυγ.

λ 484:

πρὶν μὲν γὰρ σε ζῶνδ' ἐτίμεν ἴσα θεοῖσιν

Ἄργεῖοι.

legge: ἔτιον.

μ 43:

τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα

οἴκαδε νοσήσαντι παρίσταται οὐδὲ γάνυνται.

Nonne melius est: *παρίσαντ' οὐδὲ γάνυνται?*

μ 114:

*εἰ δ' ἄγε δὴ μοι τοῦτο, θεά, νημερτές ἐνίσπες,
εἴ πως τὴν ὅλοην μὲν ὑπεκπροφύγοιμι Χάρυβδιν,
τὴν δέ κ' ἀμυναίμην, ὃ τε μοι σίνοιτό γ' ἑταίρους.*

Homericæ syntaxis postulare videtur:

τὴν δ' ἀπαμυναίμην, ὃ τε μοι σίνηται ἑταίρους.

μ 222:

ὡς ἐφάμην· οἱ δ' ὄκα ἐμοῖς ἐπέεσσι πίθοντο.

Leges: οἱ δ' ὄκα ἔπεσιν ἐμοῖσι πίθοντο. Paulo durior est Nauckii coniectura.

μ 250:

*ἐμὲ δὲ Φθέγγοντο καλεῦντες
ἔξονομακλήδην, τότε γ' ὕσατον, ἀχνύμενοι κῆρ.*

Ridicule propemodum additur illud *ἀχνύμενοι κῆρ*, de miseris militibus, quos Scylla rapuerat. Magis ad rem est *ἀχνύμενον*.

Quam est mire dictum μ 264:

δὴ τότε ἔγῶν ἔτι πόντῳ ἔῶν ἐν νηὶ μελαίνῃ.

quam facile est rescribere *ποντοπορῶν*.

ν 14:

*ἡμεῖς δ' αὐτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον
τισθμεθ' ἀργαλέον γὰρ ἔνα προικὸς χαρίσασθαι.*

Nonne hoc melius dicitur αὐτ' *ἐπαγειρόμενοι*, quomodo recte scriptum est A 126?

ν 72:

*αἴψα τὰ γ' ἐν νηὶ γλαφυρῇ πομπῆες ἀγαυοὶ
δεξάμενοι κατέθεντο, πόσιν καὶ βρῶσιν ἄπασαν.*

Ἄπασαν non intelligo; facilius est ἄπασιν.

Quod legitur ν 94:

ἔρχεται ἀγγέλλων Φάος ἦδος ἠριγενείης,

malo futurum *ἀγγελέων* eademque correctione opus est π 459.

ν 192:

μή μιν πρὶν ἄλοχος γνοίη ἄσοι τε φίλοι τε
πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτίσαι.

Et hi versus spurii sint, ostendi *Mnem.* IV p. 205 et Qu. om. p. 139. Nunc quoque videbis in Aristophanis editione aceram scripturam servatam fuisse.

Ostendit Cobetus *Mnem.* XIV 273 grammaticos saepius pro minativo perperam reposuisse vocativum casum et post Cobetum alios locos qui eodem pertinent, correxi in Qu. Hom. p. 15. Collatis Scholiis ad Σ 385 et 424, dixerim Aristarchi errorem nos ludificari, quem de eo usu adversus Zenodotum asputasse video Schol. Γ 277. Sed constat certe ν 389 scribendum esse γλαυκῶπις et α 60: Ὀλύμπιος. Cf. Nauckius ad 341.

ξ 398:

εἰ δέ κε μὴ ἔλθῃσι ἄναξ τεός ὡς ἀγορεύω,
cui hiatus displicet, scribere poterit εἰ δέ κεν οὐκ ἔλθῃσι.
Cobetus in *Mnem.* XIV 372.

Non video quomodo tueri possim ridiculos versus ξ 479:

ἔνθ' ἄλλοι πάντες χλαίνας ἔχον ἠδὲ χιτῶνας,
εὖδον δ' εὐκῆλοι, σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους.

mis certe stultum est dormire milites in insidiis collocatos.

Inepte legitur ξ 476:

νύξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ Βορέας πεσόντος
πηγυλῆς· αὐτὰρ ὑπερθε χιῶν γένητ' ἠὔτε πᾶχνη
ψυχρὴ καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρύσαλλος.

age: λάχνη ψεδνή. Cf. *Mnem.* IV. p. 213 et Qu. Hom. 139.

ο 21:

κείνου βούλεται οἶκον ὀφελλέμεν ὅς κεν ὀπυίη.
age: κείνου οἶκον βούλετ' ὀφελλέμεν.

Exquisita doctrina inest in Cobeti disputatione *Mnem.* XIII 163,

ubi ostendit quam perverso iudicio multa apud Homerum grammaticis Alexandrinis visa sint indecora et ἀπρεπῆ. Unum est quod Cobetus mihi minime persuasit, nempe de ο 373:

τῶν ἔφαγόν τ' ἐπίδν τε καὶ αἰδολοισιν ἔδωκα.

„Ne mulierculae”, inquit, „offenderentur commentum sunt grammatici aliquid, quod difficile est sine risu audire. Nempe αἰδολοισιν ἔδωκα esse ἰκέταις καὶ αἰδοῦς ἀξίους ἔδωκα. Poterat Eumaeus πτωχοῖς τισι καὶ ἀλήταις aliquid dedisse, et ἰκέται αἰδοῦσι usitate dicebantur, sed non αἰδοῖσι per se *supplices* significabat. Sed honos erat habendus auribus matronarum.” Concedo αἰδοῖσι per se non *supplices* significare, nec praeterea supplex subulcum adire solet, nec tamen magis adducar ut *pudenda* intelligam neque Sallustii noto loco abutendum est ut haec explicatio confirmetur. Hic operae pretium est Naekium conferre de Choerilo p. 225 et 255. Propemodum absurdum ei videtur pudenda intelligere: „Nempe etsi de Homeri sententia, et quid ibi αἰδολοισιν significaret, vix aliquis Homero familiarior serio dubitare potuerit: multos tamen fuisse credibile est, qui ambiguum Homeri dictionem in obscenam sententiam detorquerent per iocum.” Quid igitur faciemus? neque enim haec, neque illa explicatio satis probabilis videtur. Restat nisi fallor tertia via. Qui scripserunt αἰδολοισιν, memores fuisse dixeris Sardanapali, cuius notum epitaphium hic describere nihil opus est. Multi utrumque locum iam inter se contulerunt et Naekius copiose et summa cum industria omnia de hoc argumento comportavit. Sequitur αἰδολοισιν non veram esse Homeri manum, cui praeterea in Odyssea pudenda non αἰδοῖα dicuntur, sed μίδρα, de quo vocabulo Naekium vide *Bulletin* XXII p. 11. Sardanapali instar videbatur Eumaeus etiam aliquando μετ' ἑρως τερπνόν τι παθεῖν, etiamsi in Odyssea neque uxorem habet neque concubinam. Quis tamen crediderit Eumaeum in ea morum simplicitate dedecorum pretiosum fuisse emtorem; amabat, opinor, parabilem Venerem et inguina si forte tumerent, praesto erat ancilla, in quam impetus fieret. Quid igitur Homerus scripsit, cum αἰδολοισιν scribere non potuerit? Mendicos Eumaeus hospitio excipere solebat, sicuti Ulyssem excepit. Hoc obtinebimus sic:

τῶν ἔφαγόν τ' ἐπίδν τε καὶ αἰτιζουσιν ἔδωκα.

Nequam homines fuerunt qui scripserunt *αἰδοίοισιν*, sicuti itidem nequam fuerunt, qui putarunt Achillem Patroclum venereo amore dilexisse. Idem homunciones putarunt *αἰοῖδον* eunuchum esse, quod *αἰδοῖα* non haberet, cf. Schol. γ 267. Nihil egerim, nisi haec omnia ipsi Cobeto persuasero. Vide praeterea Nauckium *Bulletin* IX (1866) p. 400.

o 444:

μή τις ποτὶ δῶμα γέροντι
 ἐλθὼν ἐξείπη, ὃ δ' ὀϊσάμενος καταδήμη
 δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ, ὑμῖν δ' ἐπιφράσσειτ' ὄλεθρον.

Quod in Ἄφροδίτη prima syllaba corripitur, id in nomine proprio facilem excusationem habet, sed ἐπιφράσσεται Ionice necessario dochmius est. Scribendum videtur: ὑμῖν δὲ φράσσειτ' ὄλεθρον.

o 545:

Τηλέμαχ', εἰ γὰρ κεν σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις
 τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσαι.

Lego: μίμνης. Cf. Qu. Hom. p. 107.

π 70:

ἦλθες, Τηλέμαχος, γλυκερὸν φάος· οὐ σ' ἔτ' ἔγωγε
 ὄψεσθαι ἐφάμην, ἐπεὶ ᾤχεο νηὶ Πύλουδε.

Suavius erit: οὐκέτ' ἔγωγε ὄψεσθαι σ' ἐφάμην.

Recte legitur π 392:

ἢ δέ κ' ἔπειτα
 γήμαιθ' ὅς κεν πλεῖστα πόρη καὶ μόρσιμος ἔλθῃ.

Nec minus recte alibi, veluti π 348:

ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν ἧτις ἀρίστη

σ 289: πρὶν γέ σε τῷ γήμασθαι Ἀχαιῶν ὅσις ἄριστος.

et χ 29: καὶ γὰρ δὴ νῦν Φῶτα κατέκτανες ὅς μέγ' ἄριστος
 κούρων εἰν Ἰθάκῃ.

Hinc unius versus interpolatio arguitur π 77:

ἢ ἦδη ἄμ' ἔπηται Ἀχαιῶν ὅσις ἄριστος

μνᾶται ἐνὶ μεγάροισιν ἀνὴρ καὶ πλεῖστα πόρησιν,

minusque etiam ferri poterunt ipsius Penelopes verba τ 529:

ἢ ἤδη ἄμ' ἔπωμαι Ἀχαιῶν ὄσις ἄριστος
 μνᾶται ἐνὶ μεγάροισι, πορῶν ἀπερείσια ἔδνα.
 Penelopes nihil interest dentne proci ἔδνα necne, cum ἐπίκλης
 non sit nec quidquam ex iis ad se perventurum sit. Itaque
 σ 275 non ἔδνα petit, sed δῶρα et nota res est, de qua etiam
 supra vidimus.

Quod ἀραρόντε legitur π 169, dixerim mutato accentu praestare
 ἀράροντε itidemque videndum an non melius scribatur κεκληγῆ-
 τες, τετρίγοντας sim., quam κεκληγῶτες vel τετριγῶτας. Cf.
 Larocheus ad B 314, M 125 et Π 430. Sed tanti fortasse
 non est eam rem studiose persequi.

π 195:

οὐ σύγ' Ὀδυσσεὺς ἐσοὶ πατήρ ἐμός, ἀλλὰ με δαίμων
 θέλγει, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος ζεναχίζω.

Nonne verius est quod fuit in cyclica editione θέλγεις?

π 386:

ἀλλὰ φθέωμεν ἐλόντες ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόλιος
 ἢ ἐν δῶφ' βίοτον δ' αὐτοὶ καὶ κτήματ' ἔχωμεν
 δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέρας, οἰκία δ' αὐτε
 κείνου μητέρι δοῖμεν ἔχειν ἢδ' ὄσις ὀπυίοι.

Lege: δῶμεν et ὀπυίη. Cf. Qu. Hom. p. 95.

ρ 118:

ἐνθ' ἴδον Ἀργεῖην Ἑλένην, ἧς εἶνεκα πολλά.

Corrigit Herwerdenus: ἐνθ' Ἑλένην ἴδον Ἀργεῖην. Malim equidem:
 ἐνθα ἴδον καλὴν Ἑλένην.

Constructio laborat ρ 232:

πολλά οἱ ἀμφὶ κάρη σφέλα ἀνδρῶν ἐκ παλαμῶν
 πλευρά ἀποτρίψουσι δόμον κάτα βελλομένοιο.

Amplector quod Nauckius coniecit πλευρά τ', sed pro ἀπτί-
 ψουσι malim ἀποδρύψουσι coll. ρ 480.

ρ 327:

Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρα λάβεν μέλανος θανάτοιο

αὐτίκ' ἰδόντ' Ὀδυσῆα ἔεικοςῶ ἑνιαυτῶ.

t Nauckius αὐθι· equidem incideram in ὦκα, coll. B 244:
ὦκα παρίσατο δῖος Ὀδυσσεύς, h. e. necoripalio.

l):

πτωχὸν ἔσω μίσησθαι ἐάσομεν αἰτήσοντα.

ste in Odyssea proprie est αἰτίζειν. Hinc αἰτίσσοντα
, sicuti Cobetus *Μηστ.* XV 273 κοπρίσσοντες scripsit p 299.

l0 legimus Penelopam

μνηστῆρῶσι Φανῆναι, ὅπως πετάσειε μάλιχα
θυμὸν μνηστῆρων ἰδὲ τιμήεσσα γένοιτο.

rum commode scribitur πετάσειε, unde Nauckio arrisit
n aliis libris est θέλειε. Utinam apud probatos scriptores
e potuisssem simplex verbum ἐτάζειν· quam bene enim
iret ἐτάσειε. Idem verbum restitutum fuit apud Hero-
III 62 ex Antiatt. p. 96. 28.

23:

οἷον δὴ τῶδε ἔργον ἐνὶ μεγάροισιν ἐτύχθη,
ὅς τὸν ξεῖνον ἕασας ἀεικισθῆμεναι οὕτως.
πῶς νῦν, εἴ τι ξεῖνος ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν
ἤμενος ὧδε πάθοι ῥυσακτύος ἐξ ἀλεγεινῆς;
σοὶ κ' αἰσχρὸς λῶβη τε μετ' ἀνθρώποισι πέλοιτο.

i interpunctione legendum est ὧς νῦν.

:

ἐκ καπνοῦ κατέθηκ', ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσι εἰσικει.

e est non suspicari verum esse: μετέθηκα.

38:

Φᾶρος μὲν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε Φρεσὶ δαίμων
σησαμένην μέγαν ἰσὺν ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνειν.
σησαμένην. Cf. Qu. Hom. p. 90.

Telemacho legimus φ 127:

τρίς μὲν μιν κελέμιξε ἐρύσσεσθαι μενεαίνων,
τρίς δὲ μεθῆκε βίης, ἐπιελκόμενος τόγχε θυμῶ.

Hoc recte, sed stulte additur :

νευρήν ἐντανύσειν διοίσεισιν τε σιδήρου.

Mirabor, si qui contradixerint. Poterat Telemachus sperare for ut arcum tenderet, sed nihil ultra; nam ipsum artificium οὐ ποτ' ὀπώπει, vs. 122; adeo non didicerat.

Φ 159:

*αὐτὰρ ἐπὴν τόξου κειρήσεται ἠδὲ Ἴδηται,
ἄλλην δὴ τιν' ἔπειτα Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων
μνάσθω ἐέδνοισιν διζήμενος.*

Facile est corrigere: οὐδὲ δύνηται. Malo hoc quam id quo Herwerdenus commendavit p. 53: οὐδὲ τανύσση. Est certe cor rectio lenior.

Facile persuadebo nosse me quod omnes norunt, in Homericis carminibus saepe perperam insertam fuisse particulam γε, quae si forte ignorarem, id me Nauckius potuisset docere *Bulletin XXVI 212*. Sed nunc quoque usu venit quod proverbio dicitur abusum non tollere usum, et quod sexcenties perperam factum est, semel iterumque recte fieri poterit. Veluti pronomina sunt ἐγώ, σύ et ὁ, ἡ, τό, quibus apud Homerum exiguo cum sententiae discrimine, ne nullum dixerim, adhaeret particula γε: ἐγωγε, σύγε, ὄγε, ἦγε, τόγε. Primum huius rei unum et alterum exemplum dabo, veluti

Γ 197: ἀρνεῖῳ μιν ἔγωγε εἶσκω πηγεσιμάλλω.

Ε 181: Τυδεΐδῃ μιν ἔγωγε δαΐφροσι πάντα εἶσκω.

Genetivus legitur:

Α 525: τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθενγε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον.

Dativus autem:

γ 227: λίην γὰρ μέγα εἶπες· ἄγη μ' ἔχει. οὐκ ἂν ἔμοιγε
ἐλπομένῳ τὰ γένοιτ', οὐδ' εἰ θεοὶ ὧς ἐθέλοισιν.

ι 366: Οὕτις ἔμοιγ' ὄνομ' ἔς· Οὕτιν δέ με κικλήσκουσιν.

Φ 213: εἴ χ' ὑπ' ἔμοιγε θεὸς δαμάσῃ μνηστῆρας ἀγαυοῦ.

Ἔμεγε denique:

ε 99: Ζεὺς ἔμεγ' ἠνώγει δεῦρ' ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα.

Addam etiam secundae personae aliquot exempla, ut luculenter appareat in his compositis particulam γε non servavisse primitivam significationem, unde etiam scribere malui ἔγωγε quam

-ώ γε, ad quam formam his postremis annis reditum est, cum Wolfius recte, ut mihi quidem videtur, ἔγωγε scribere meret. Itaque σύγε legitur:

Ω 290: ἀλλ' εὖχευ σύγ' ἔπειτα κελαινεΦεῖ Κρονίωνι.

κ 285: αὐτὸν νοσήσειν, μενέεις δὲ σύγ' ἔνθαπερ ἄλλοι.

σ 327: ξεῖνε τάλαν, σύγε τις Φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί.

īde genetivum:

Ε 173: οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ σέογ' εὖχεται εἶναι ἀμείνων.

ætiivum:

Π 33: νηλεές, οὐκ ἄρα σοίγε πατήρ ἔεν ἰππότα Πηλεΐς.

æusativum:

Ω 288: ἀψ ἐκ δυσμενέων ἀνδρῶν, ἐπεὶ ἄρ σέγε θυμός.

ε 214: εἰπέ μοι ἠὲ ἐκὼν ὑποδάμνασαι ἢ σέγε λαοί.

λ 399: ἠὲ σέγ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσευ.

Exempla huius usus ubique prostant, neque opus est dicere quibus locis pronomen ὄγε, ἦγε, τόγε legatur. Poterimus autem his productis formis uti, ut hiatus nimis molesti ex Homeri arminibus expellantur. Legitur verbi causa Φ 211:

εὐξαμένου ἐμὲ αὐτὶς ὑπότροπον ἀπονέεσθαι,

ad praefero ἔμεγ' αὐτὶς. Quin et Α 574:

εἰ δὴ σφῶ ἔνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε,

etiamsi hiatus tolerari possit, numerosius tamen erit σφῶγ' ἔνεκα eademque correctione utar O 146. In secunda persona caetera hiatus notavi:

Α 393: ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαι γε, περίσχεο παιδὸς ἔῃος.

Τ 205: ὄφει δ' οὐτ' ἄρ πω σὺ ἐμοὺς ἴδες οὐτ' ἄρ ἐγὼ σοῦς.

ζ 151: Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε Διὸς κούρη μεγάληοι.

īdes quid requiram. Pariter

Τ 288: ζῶν μὲν σε ἔλειπον ἐγὼ κλισίηθεν ἰούσα,

laudat quidem Laroehius hiatus excusare, sed cum Nauckio malim tamen σέγ' ἔλειπον. Etiam ω 328:

εἰ μὲν δὴ Ὀδυσσεὺς γε ἐμὸς πάϊς ἐνθαδ' ἰκάνεις,

quantillum est reponere Ὀδυσσεὺς σὺγ' ἐμὸς πάϊς.

In tertia persona errari video:

Α 333: αὐτὰρ δ' ἔγνω ἦσιν ἐνὶ Φρεσὶ Φώνησέν τε.

Β 105: αὐτὰρ δ' αὐτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρεΐ ποιμένι λαῶν.

Χ 236: ὄς ἔτλης ἐμεῦ εἶνεκ' ἐπεὶ ἴδες ὀφθαλμοῖσιν.

η 230: αὐτὰρ δ' ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὀδυσσεύς.

ξ 1: αὐτὰρ ὁ ἐκ λιμένος προσέβη τρηχεῖαν ἀταρκόν.

Et nunc etiam sequentes locos corrigere poterimus:

E 350: εἰ δὲ σύγ' ἐς πόλεμον πωλήσῃαι, ἦ τε σ' ὄϊω.

Π 836: ἤμαρ ἀναγκαῖον· σὲ δέ τ' ἐνθάδε γῦπες ἔδονται.

Τ 330: αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι.

Χ 86: σχέτλιος· εἴπερ γὰρ σε κατακτάνῃ, οὐ σ' ἔτ' ἔγωγε.

ν 318: οὐ σ' ἔτ' ἔπειτα ἴδον, κούρη Διός, οὐδὲ νύσσα.

Commendo enim: ἦ σέ γ' ὄϊω, σὲ δέ γ' ἐνθάδε, σὲ δέ γε Φθίηνδε, οὐ σέ γ' ἔγωγε et οὐ σέ γ' ἔπειτα.

Praeter haec pronomina sunt alia multa vocabula, quibus illud γε eodem modo adhaeret, veluti ὅδε γε (β 372, ν 238, ο 484), οὗτός γε (Ν 377, σ 80, ψ 24), ἄλλος γε (Ε 897), ἑτέρις γε (Ε 258, 288, Τ 94, Τ 210, Χ 266, υ 132), εἷς γε (α 339, ο 83), πᾶς γε (γ 114), τόσος γε (Β 528). Etiam adverbia usurpantur eodem modo: ὧδέ γε (Ζ 99), νῦν γε (Ε 457, η 68, ι 264), ἐνθάδε γε (Ε 172, Φ 279, β 51), ἀμόθεν γε (α 10), μάλιστα γε (θ 366), πρὶν γε, alia fortasse. Illud praeterea videmus, metri causa particulam transpositam fuisse, veluti:

Ε 446: Περγᾶμω εἰν ἱερῆ, ὅθι οἱ νηός γε τέτυκτο.

et Λ 455: αὐτὰρ ἔμ', εἴ κε θανῶ, κτεριοῦσί γε δῖοι Ἀχαιοί.

Alios locos alii conferent, in quibus maior est industria.

Φ 239 = 385:

προβλώσκειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀκὴν ἔμμεναι παρὰ ἔργω.

Nonne praestat μενέμεν?

Φ 293:

οἶνός σε τρώει μελιθής, ὅς γε καὶ ἄλλους.

Lego: τρώει. Cf. Mnem. XXI 286.

χ 77:

ἔλθωμεν δ' ἀνὰ ἄστυ, βοή δ' ὄκισα γένοιτο.

Lego: γένηται. Cf. Qu. Hom. p. 95.

χ 104:

καὶ τῷ βουκόλῳ ἄλλα· τετευχῆσθαι γὰρ ἄμεινον.

Analogia potius ducit ad τετευχίσθαι.

χ 175:

σφῶι δ' ἀποσρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
 ἐς θάλαμον βαλέειν, σανίδας δ' ἐκδήσαι ὄπισθεν.

Hic audiamus interpretem: σανίδας δ' ἐκδήσαι ὄπισθεν (*brachylogisch* für σανίδων δ' ἐκδήσαι ἰμάντα ὄπισθεν), und hinter euch bindet die Pforte zu, nämlich wann ihr ihn gebunden in der Kammer zurücklasset. Der Zeitfolge nach gehören also die nachher bezeichneten Handlungen *πειρήναντε* — ἐρύσαι πελάσαι τε vor dieses ἐκδήσαι und enthalten nachträgliche Bestimmungen zu ἐς θάλαμον βαλέειν. Tantae molis est haec intelligere. Una literula mutata lucem dabit: σανίδος pro σανίδας. Convenit quod sequitur:

σὺν δὲ πόδας χεῖράς τε δέον θυμαλγείῃ δεσμῶ
 εὖ μάλ' ἀποσρέψαντε διαμπερές.

χ 252:

ἀλλ' ἄγεθ' οἱ ἔξ πρῶτον ἀκοντίσσι, αἶ κέ ποθι Ζεὺς.

Nonne praestat πρῶτοι?

Quod legitur χ 442:

μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἔρκεος αὐλῆς,
 revocat mihi in memoriam hortos Alcinoi, in quibus duo fonticuli η 131:

ἐν δὲ δύο κρήναι, ἣ μὲν τ' ἀνὰ κήπον ἅπαντα
 σκιδναται, ἣ δ' ἐτέρωθεν ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἴησιν
 πρὸς δόμον ὑψηλόν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

Quam molestum hoc esse debuit regi et reginae, quum universus populus quotidie ad se ventitaret aquatum! Ithacae hoc melius, cf. ρ 206. Erat ibi praeterea aquula in vestibulo ante aedes, in qua anseres natabant, τ 537, υ 158. Verosimiliter in regia Menelai poeta rem sibi eodem modo repraesentavit, cf. ο 162. Credibile autem est, castellum unde ὑδρεύοντα πολῖται, tectum fuisse, ne quid sordium vel pulveris incidere posset. Quo nomine is locus esse potuit? Haec fuit opinor ea θόλος, quae aliquoties memoratur in antepaenultimo libro. Eodem nomine postea in balneis Laconicum dicitur. Quam apte autem scribi poterit:

πρὸς θόλον ὑψηλήν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

Hoc aliquanto minus molestum esse debuit, si quidem Vossius partes regiae domus recte descripsit.

ψ 124:

αὐτὸς ταῦτά γε λεῦσσε, πάτερ Φίλε· σὴν γὰρ ἀρίστην.

Malim: ταῦτα σὺ λεῦσσε.

ψ 337:

ἀλλὰ τοῦ οὐποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Legē: οἱ. Cf. Qu. Hom. p. 140.

ω 30:

ὡς ὄφελος τιμῆς ἀπονήμενος ἤσπερ ἄνασσεσες.

Non video quid convenire possit praeter ἔχεσκες.

ω 374:

εἶδος τε μέγεθος τε ἀμείνονα θῆκε ἰδέσθαι.

Legē: ὄχ' ἀμείνονα et cf. Nauckius ad ρ 416.

(Continuabuntur.)

Amstelodami

d. 16 m. Sept. 1883.

ALEXANDER POLYHISTOR

in *Fragmentis Historicorum Graecorum* Tom. III. pag. 218 ^{adfer}
locum poetastrae Hebraei:

οὐ μὲν γὰρ θεμιτόν γε τόδ' Ἑβραίοισι τέτυκται
γαμβροὺς ἄλλοθεν εἰς γε νοοὺς ἄγεμεν ποτὶ δῶμα,
ἀλλ' ὅστις γενεῆς ἐξοίχεται εἶναι ὁμοίης.

Nihil est ἐξοίχεται. Emenda:

γενεῆς ἕξ ἐτύχεται εἰ μὴ ἡς.

C. G. C.

AD TACITI ANNALES.

Nuper quum Taciti Annales a Carolo Halmio quartum editos tentiore cura legerem, variis occupabar affectibus. Delectabar im diligentia, eruditione, sollertia, quae Halmius in editionem randam contulerat, at simul cum dolore et maestitia reputam, me supremum egregii viri opus manibus tenere. E vita im excessisse eum cognoveram antequam liber, cui novissimam curam impendisset, typis totus esset descriptus. Etsi almio in patria sua iam dudum rite parentatum est iustaeque ac debitae laudes a doctis viris tributae sunt, qui insignes is virtutes rectius intelligere et aestimare possunt, tamen non tui Tacitum nunc tractare ut non Editoris memoriam paucis sequerer, qui ut de ceteris scriptoribus fere omnibus, ita de : tam praeclare meritis sit. Profecto omnes, qui Latinas eras colunt et amant, pio semper gratoque animo plurima maxima beneficia tuebuntur quorum Halmius auctor extitit. enim debetur quod permultis scriptoribus, quibus recensent per longam annorum seriem operam suam studiumque nat, clarior quam antea lux hodie affulget. Varias autem enii dotes atque animi artes ad criticam exercendam adhibuit. quisita linguae scientia cum iudicii subtilitate atque acumine b felicitate in eo coniuncta erant. Etsi bonorum codicum toritatem maximi, ut par est, facere solebat, tamen nunm vulgatam scripturam tam anxie et superstitiose defendit, non sanae et rectae rationi plurimam vim tribuendam cent. Qua singulari erat humanitate, ea quae ipse excogitarat dubitabat omittere, quoties alios probabiliora invenisse vide. In omnibus denique, quae evulgavit, scriptis varia eius et

multiplex doctrina accurataque antiquitatis notitia non minus legentium admirationem movent, quam scribendi elegantia orationisque decus et nitor. His virtutibus Halmius nomen suum posteritati commendavit. Vigebit clarissimi viri memoria dum his litteris suis manebit honos veraeque et sanae philologiae studium celebrabitur.

Quae autem Tacitum relegenti in mentem mihi venerunt haec sunt.

II. 31 *cingebatur interim milite domus, strepabant etiam in vestibulo, ut audiri, ut aspici possent, cum Libo ipsis, quas in novissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatum vocare percussorem, prensare servorum dextras, inserere gladium.*

Libo ipsis epulis *excuciatum* est i. e. ab epulis surgere iussus. Ceteri scriptores in tali re *excitare* usurpare solent; vid. Petron. Sat. 96: procurator insulae Bargates, a coena excitatus; Phaedr. IV. 24: homo perturbatus excitat Simonidem; Mart. V. 14: bis excitatus terque transtulit castra. — De omnia praepositione cf. Boetticher, Lexicon Tacit. p. 5.

III. 59 *huc decidisse cuncta ut ne iuvenis quidem tanto honore accepto adiret urbis deos, ingrederetur senatum, auspicia saltem gentile apud solum inciperet.*

Patriam non *gentile*, sed *genitale solum* vocavit Tacitus, quemadmodum Velleius II. 15. 1 (7. 7); eandem *genitalem terram* dixit Ammianus XXVII. 5.

III. 46 *una nuper cohors rebellem Turonum, una ala Treverum, paucae huius ipsius exercitus turmae profligavere Sequanos. quanto pecunia dices et voluptatibus opulentos, tanto magis in bella Aeduos evincite et fugientibus consulite.*

Inepte editur *voluptatibus opulentos*, quod non magis ferendum est, quam si scriptum esset *voluptatibus locupletes*, s. *divites, a copiosos*. Restituendum est *voluptatibus affluentes*. Vid. Cic. de Fin. II. 28. 93: at miser, si in flagitiosa vita afflueret voluptatibus; Tusc. V. 6. 16: affluentius voluptates undique haurire, cf. Tac. Ann. XV. 54: simul affluentius solito convivium initum.

III. 52 *C. Sulpicius D. Haterius consules sequuntur, inturbidus ternis rebus annus, domi suspecta severitate adversus luxum, in inensum proruperat ad cuncta quis pecunia prodigitur.*

Aedilibus priscam severitatem induentibus consilia illo agitata sunt, quibus luxus coerceretur. Corrigendum igitur suscepta severitate; cf. Cic. Verr. IV. 69: non iudicis solum veritatem in hoc crimine, sed prope inimici atque accusatoris in suscipere debes; pro Sulla 87: nisi esset severitas illa suspecta; pro Caelio 16: mihi auctoritatem patriam severitatemque ascipio.

III. 67 *nec dubium habebatur saevitiae captarumque pecuniarum veri reum [Silanum]; sed multa adgerebantur etiam insontibus ericulosa, cum super tot senatores adversos facundissimis totius laiae eoque ad accusandum delectis responderet solus et orandi nescius, proprio in metu, qui exercitum quoque eloquentiam debilitat.*

Respondit, opinor, proprio et naturali impetu i. e. vi et amore non accessitis et quaesitis, quae exercitum quoque eloquentiam debilitant. Etenim Silanus, orandi nescius, impetu magis quam cura vigeat, ut de Q. Haterio tradit Tacitus, ann. IV. 61. Cf. Cic. Orat. 68: aliter in oratione nec impetus illius nec vis esse potest; ad Att. XI. 5: impetu magis quodam modo quam cogitatione; Plin. Ep. II. 19: actiones, quae recitantur, impetum omnem caloremque perdunt.

III. 76 *L. Ennium. . . . maiestatis postulatum, quod effigiem incipis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi Caesar interdictis vetuit, palam aspernante Ateio Capitone quasi per libertatem. in enim debere eripi patribus vim statuendi neque tantum maleficium impune habendum. sane lentus [Tiberius] in suo dolore esset: in publicae iniurias ne largiretur.*

Postrema verba interpretes et editores intelligere affirmant rei publicae iniurias ne impunitas relinqueret." Donec exempla ferantur ex quibus constet largiendi verbo hanc vim recte tritam esse, ut legatur suadeo rei publicae iniurias resarciret. Cic. Phil. IX. 4: nulla dubitatio relinquetur, quin honore sortui, quam vivo iniuriam fecimus, sarciamus.

IV. 72 *eadem anno Frisii, transrhenanus populus, pacem exere, nostra magis avaritia quam obsequii impatientes. tributum iis Drusus iusserat modicum pro angustia rerum, ut in usus militares coris boum penderent.*

Corrigendum est *tributum iis Drusus iniunxerat*. *Iubere* alicui tributum, a communi Latinitate alienum, ne Tacito quidem obtrudendum censeo, qui, ubi de muneribus agit, a dominantibus impositis, iniungendi verbo uti solet; cf. Germ. 25: iniungit dominus servo frumenti modum; Agr. 13: iniuncta imperii munera; Agr. 15: iniungi delectus.

VI. 35 *enimvero apud Sarmatas non una vox ducis: se quisque stimulant, ne pugnam per sagittas sinerent: impetu et comminus praeveniendum.*

Neque *sinerent* ferendum est, neque, quod Beroaldus voluit, *inirent*, sed corrigendum *sumerent*. Sumere pugnam idem est, quod capessere, suscipere pugnam. Proelium sumere legitur Hist. II. 42; bellum sumere Ann. II. 45; XV. 5; cf. Dietz ad Sall. Jug. 20. 5.

XI. 24 *neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanios Cameris, Porcios Tusculo, et ne vetera scrutemur, Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum accitos, postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritum, sed terrae, gentes in nomen nostrum coalescerent.*

Corrigendum puto *totae gentes*.

XII. 47 *mos est regibus, quotiens in societatem coeant, implicare dextras pollicesque inter se vincire nodoque praestringere: mos ubi sanguis in artus se extremos suffuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. id foedus arcanum habetur quasi multis cruore sacratum.*

Non, opinor, *arcanum* foedus id habetur, neque, ut Haas contendit *aeternum*, sed *artum*. Cf. Germ. 20: sanctiorem actionemque hunc nexum sanguinis opinantur; Ann. II. 66: *artum* cum rege amicitia; Ann. IV. 68: *speciem artae amicitiae fecerat*.

XII. 61 *rettulit dein [Claudius] de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit: Argivos vel Cocum*

Laloniae parentem vetustissimos insulae cultores; mox adventu Aesculapii artem medendi inlatam maximeque inter posteros eius celebrem fuisse, nomina singulorum referens et quibus quisque aetatebus vigerent. quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientia ipse mireretur, eadem familia ortum, precibusque eius dandum, ut omni periculo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministrum insulam colerent. neque dubium habetur multa eorundem in populum Romanum merita sociasque victorias potuisse tradi: set Claudius, facilitate solita quod uni concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velavit.

Invideo viris doctis, qui postrema verba explicare potuerunt. Ut rem expediant primum *facilitate* (i. e. comitate et benignitate) *solita* coniungunt cum *concesserat*, cui coniunctioni tamen verborum collocatio adversatur. Deinde sensum esse affirmant: "quod privato impulsu et unius Xenophontis gratia fecerat, designatus est ita velare atque interpretari, tanquam publica ratione et propter merita Coorum fecisset." At vero, si haec interpretatio vera esset et recta, illud *extrinsecus*, tanquam vox inanis, prorsus abundaret. Accedit quod Claudius, ut antiquitatis notitiam ostentaret, compluribus argumentis inutilibus, ex historia fabulosa petitis, relationem defenderit. Ut autem locus fiat perspicuus, legendum puto *set Claudius facilitate solita, quod uni concesserat, multis extrinsecus adiumentis velavit*, i. e. id quod unius Xenophontis gratia fecerat, multis argumentis ineptis et a re alienis velavit; quod solitae levitatis erat documentum, quia permulta argumenta utilia afferre poterat et efficacia ad relationem tuendam. Hanc in rebus gravioribus tractandis Claudii levitatem *facilitatem* Suetonius quoque dixit in Vit. Claud. 29. *Extrinsecus*, quod nusquam nisi h. l. apud Tacitum legitur, eadem significatione usurpatum est a Columella, I. 6. 17: haec, etsi *extrinsecus*, non tamen intempestive videor hoc loco rettulisse.

XIII. 39 *orta fiducia caput gentis Artaxata adgrediendi. nec tamen proximo itinere ductae legiones, quae si amnem Araxen, qui moenia adluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul & latioribus vadis transiere.*

Immo, opinor, *tutioribus.*

XIII. 46 *deicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur; ubi usque ad civilia arma non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procaz otii et potestatis temperantior.*

Interpretes, qui lectiones absurdissimas sorbere et concoquere malunt, quam codicum fidem in dubium vocare, ut stolidum illud *procaz otii* tueantur, Tacitum significasse affirmant, Otho- nem lascivientem ac dissolutum fuisse in otio agendo, quamdiu privatus Romae degeret. At magno conatu magnas nugae dicunt. Hoc enim voluit: Otho in Lusitania, quam provinciam (teste Suetonio c. 3) per decem annos moderatione atque abstinentia singulari administravit, *integre sancteque egit, pervicaz otii*, i. e. constanter otium complexus. *Pervicaz* et *pervicacia* in interdum usurpata esse ut ad bonarum rerum perseverantiam pertineant, exemplis demonstravit Boetticher, Lex. Tac. p. 357. Sic Helvidius Priscus (Hist. IV. 5) dicitur fuisse *recti pervicaz*. Cf. Ann. I. 19.

XIV. 9 *cremata est [Agrippina] nocte eadem, convivali lecto et ezequiis vilibus; neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta est clausa humus.*

Voc. *clausa* editores perperam interpretatos esse video. Hoc enim significare contendunt, ne loco quidem, ubi cineres positi essent, cippum esse impositum. Potius crediderim, ut neque altior tumulus Agrippinae congestus sit (*congesta humus*), imo ne consaeptum quidem bustum eius esse. Cf. Suet. Ner. 33: bustum eius [i. e. Claudii] consaepiri, nisi humili levique materia, neglexit. — Claudere pro consaepire Tacitus usus est Ann. XIV. 14: clausum valle Vaticana spatium in quo equus regeret [Nero].

Ibid. *hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. nam consulenti super Nerone responderant Chaldaei fore ut imperaret matremque occideret; atque illa „occidat inquit, „dum imperet.”*

Vv. *crediderat* et *contempserat* quodammodo inter se repugnant, nam non contempsisset, opinor, Chaldaeorum responsum Agrip-

pina, si eidem fidem habuisset. Scripsit nimirum Tacitus *re-
sciverat Agrippina contempseratque*.

XIV. 14 *vetus illi cupido erat curriculo quadrigarum insistere
nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum canere. con-
certare equis regium et antiquis ducibus factitatum memorabat, id-
que vatium laudibus celebre et deorum honori datum. enimvero can-
tus Apollini sacros, taliq; ornatu adstare non modo Graecis in
urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium.*

Nero, ut effusum cithara cantandi studium excusaret, cantus
Apollini sacros memorabat *talarique ornatu* citharoedico ipsum
deum tam in Graecia, quam Romana apud templa adstare.
Namque: „Pythius in longa carmina veste sonat”. ut est apud
Propertium, III. 23 (II. 31). 16; cf. Tibullus III. 4. 35; Ovi-
dius, Met. XI. 166. Quis est, quin Apollinem illum Citha-
roedum noverit, talari palla amictum, Scopae artificium, ad
cuius exemplum nobile signum expressum est, quod in Museo
Vaticano asservatur. — Vv. *talari ornatu* leguntur apud Fron-
tonem, de feriis Alsiensibus p. 229 Nab. Cf. Ann. XV. 65:
tragico ornatu.

XIV. 19 *sequuntur virorum inlustrum mortes, Domitii Afri et
M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia vigerant,
ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Roma-
nis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par
ingenio, ita morum diversus.*

Potius crediderim Servilium elegantia morum, victusque
inuiditia et lautitia vitam *hilarior* effecisse. Cf. Nepos,
Att. 19; Tac. Ann. V. 8; Cic. de Fin. V. 30. 92. — Litteram
de more haud insolito a librario ommissam corruptelae primam
causam fuisse apparet.

XIV. 24 *ventum dehinc in locos cultos demessaeque segetes, et
in duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu
captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur.*

Editores contendere solent post *coguntur* cogitatione supplen-
dam esse *ad deditionem*. Minus audacter, credo, agunt qui
mecum pro *coguntur* scribunt *cinguntur*. — *Obsidione cingere* pro

obsidione claudere argentea aetate in usum venit; Cf. Virg. Aen. III. 52; Justin. XXII. 4; Tacit. Ann. VI. 34: Orodem Pharae- manes saepe in modum obsidii stationibus cingebat.

XIV. 31 *ad hoc templum divo Claudio constitutum quasi ar- aeternae dominationis aspiciebatur, delectique sacerdotes specie reli- gionis omnis fortunas effundebant.*

Inepte editur *effundebant*, quo nihil significari potest nisi hoc, sacerdotes suas opes prodegisse atque dilapidasse. Re vera autem miseros Britannos bonis everterunt, quamobrem corrigendam erit *pe s u n d a b a n t*.

XIV. 56 *verum et tibi valida aetas, rebusque et fructu rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur: quin, si qua in parte lubricum adolescentiae nostrae declinat, revocas ornatum- que robur subsidio inpensius regis?*

Neronis haec verba sunt, quibus Senecam, otium sibi po- scentem, dehortari simulat ab aula recedere. In quibus offendit v. *ornatum*, quod ut explicent editores, haec Neronem dixisse contendunt: „Ornasti et instruxisti optimis praeceptis consilii- que adolescentiam meam; iam adolevi (*robur*); nunc igitur sub- sidio et adminiculo mihi eris”. — Ego vero haec potius Nero- nem officiose simul et subdole significasse existimo: „quia, ut dixisti (cf. c. 54), robur mihi superest, imperii clavum ipse tenere cupio; probo igitur quod non iam ad tuum gradum sum ambulaturus, neque in omnibus rebus subsidio mihi eris. At si a recta via aberravero, monitis saltem me tuis revoca atque corrige, idque eo maiore cura, quia adminiculo tuo, quo adhuc innisus sum, posthac carebo”. — Quae quum ita sint, legendum puto *orbatumque robur subsidio*. Cf. Hist. II. 28: orbari in fortissimorum virorum auxilio. — Eodem modo quo hic Tacitus, *regere pro corrigere, admonere* usurparunt Cicero, pro Murena, 29. 60: non multa peccas, . . . sed peccas; te regere possum; Caes. B. C. III. 57: Scipionem ea esse auctoritate, ut non solum libere quae probasset exponere, sed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere posset. Cf. Plin. Ep. I. 30 et 119.

XIV. 58 *quin et Asiam favore iuvenis arma cepisse, nec milites ad scelus missos aut numero validos aut animo promptos, postquam iussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse, vana haec more famae credentium otio augebantur.*

Tacito reddendum est *more famae credentium solito.*

XV. 5. *Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis, moderandum fortunae ratus misit ad Vologesen qui expostularent vim provinciae inlatam: socium amicumque regem, cohortes Romanas circumscideri, omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum.*

Emendandum puto *omitteret protinus obsidionem.*

XV. 42 [Severus et Celer] *ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore aut per montes adversos.*

Pro *adversos*, quod sensu carere mihi videtur, conicio *adrectos*, quo vocabulo paullo insolentiore Livius quoque usus est, XXI. 35: pleraque Alpium ab Italia sicut breviora ita arrectiora sunt. Quae autem loca hic *squalida* et *adrecta* Tacitus vocat, eadem infra *arentia* et *abrupta* dicit: neque enim aliud umidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera *abrupta* aut *arentia*.

XV. 43 *ceterum urbis quae domui supererant non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis arcibus.*

Perpauci editores vv. *quae domui supererant* intacta reliquerunt; intellexerunt enim *domui* sanae Latinitati manifesto adversari, quia *quae domui supererant* non idem esse potest ac *quae post spatium domui* (Neronis) *exemptum supererant*, sed potius *quae struendae domui supererant*, haec vero neque per se apta esse (nam debuit certe *domibus* non *domui*) neque hic de solis domibus h. e. nobilium aedibus, sed de omnibus urbis aedificiis sermonem esse. Ad sanandum locum alii alia excogitarunt. Halmius recepit Lipsii coniecturam *quae domus perierant . . . erectae*. Mihi legendum videtur *quae combusta perierant*.

XV. 57 *atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicis Epicharim allineri ralusque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet. at illam non verbera, non ignes, non ira coactis torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret. sic primus quaestionis dies contemptus.*

Immo hercle *consumptus*; Cf. Hist. IV. 43: *consumptus per discordiam dies*; Dial. 3: *omne tempus circa Medeam consumere.*

XV. 67 *ipsa [Subrii Flavi] rettuli verba, quia non, ut Seneca, vulgata erant, nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos.*

Plusquamperfecto tempori nullus hic locus est. Scripsit Tacitus nimirum id, quod in tali se solet, *vulgata extant*; Cf. Dial. 39: *eius modi libri extant*; Ann. II. 63: *extat oratio, qua magnitudinem viri . . . extulit.*

XV. 73 *at in senatu cunctis . . . in adulationem demissis, Iunium Gallionem, Senecae fratris Marte pavidum et pro sua inclementia supplicem, increpuit Salienus Clemens, hostem et parricidam vocans, donec consensu patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur, neu composita aut oblitterata mansuetudine principis novam ad saevitiam retraheret.*

Extrema verba omni sensu carent, nam frustra quaeritur quae tandem res compositae aut oblitteratae ad novam saevitiam revocari possent. Omnes editores autem in errorem inducti mihi videntur Lipsii coniectura, qui pro eo, quod legitur in M, *compositam aut oblitteratam mansuetudinē* dedit lectionem vulgatam. Debuerat scribere, nisi fallor, *compositam aut oblitteratam anxitudinem*; Nero enim, ut erat pavidus semper et anxius. in eorum potissimum vitam saeviit, a quibus periculum sibi imminere arbitrabatur; timore igitur adducebatur ad tot homines illustres extinguendos (cf. init. huius capituli et XVI. 15). Patres autem Clementem monuerunt ne, Gallionem increpando, Neronis anxitudinem, quae Pisoniana coniuratione repressa multisque claris hominibus caesis modo sedata esset, ad novam saevitiam excitaret.

Unum et alterum locum subiungam, ubi vocabulum desidero, librariorum negligentia omissum.

XI. 4 *nocturnae quietis species alteri obiecta, tamquam vidisset laudium spicea corona evinctum, spicis retro conversis, eaque sagine gravitatem annonae dixisset.*

Legendum *gravitatem annonae portendi dixisset*; cf. Ann. II. 64; Hist. II. 78.

XI. 15, postquam narratum est rettulisse Claudium ad senatum super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiae disciplina ex desidiâ exolesceret, in fine capituli haec leguntur *factum ex senatus consultum, viderent pontifices quae retinenda firmandae haruspicum.*

Conicio *viderent pontifices de retinenda firmandaque haruspicum disciplina.*

XII. 38 *praefectum castrorum et legionarias cohortes extruendis rud Siluras praesidiis relictas circumfundunt. ac ni cito nuntiis ex castellis proximis subventum foret copiarum obsidioni, obcubissent.*

Immo, opinor, *nuntiis ex castellis proximis missis.*

XV. 65 *fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.*

Corrigendum *quasi ex insontibus . . . delecto.*

J. J. CORNELISSEN.

ZENOBIUS.

IV. 11:

Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρους.

Supple:

(O) Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρους.

relegans antiqui poetae senarius est.

C. G. C.

AD CAESAREM.

B. G. I. 46.

Posteaquam in vulgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanis interdixisset impetumque in nostros eius equites fecissent, eaque res colloquium ut diremisset, multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui initum est.

Nec facile quisquam dixerit quid opus sit participio *usus*, et ratio sententiarum docet non tantum Ariovistum sed etiam eius equites arroganter fecisse narrari. His de causis *usus* delectatur.

B. G. VI. 32.

Caesar explorata re quaestione captivorum siqui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se ut reducerentur, imperavit; si illi fecissent, fines eorum se violaturum negavit.

Siquidem Segni Condrusique non per alios sed ipsi profugos e proelio Eburones reducere debebant, sermonis elegantia postulat *reducerent*. Pronomen demonstrativum pariter omissum est VI. 23: *qui quacunque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent*; VII. 31: *qui Avarico expugnato rejecerant, armandos vestiendosque curat*.

B. G. VII. 35.

reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut consueverat, militiis captis quibusdam cohortibus, uti numerus legionum constare videretur.

Quum Caesar sex legiones secundum flumen Elaver ducere

t, quadraginta cohortes sic constituendae erant ut sexaginta cohortium speciem praeberent. Quod furtum ne Vercingetorix, eius castra e regione castris Caesaris posita essent, statim inadverteret, non *quarundam*, opinor, sed cunctarum operam hibenda erat. Quidquid igitur pro *captis* legendum est, *quidam* utique vitium alit. Holder ex Deiteri conjectura in *am* editionem recepit: *ita apertis quibusdam cohortibus*. Hanc conditionem ea conditione grate accipi velim, ut pro *quibusdam* *quidem* deletoque *ita* depravati vocabuli *captis* prima tera retineatur, quam mutilati adverbii *sic* reliquias esse conam. Ergo totum locum in hunc modum restituerim: *reliquas nias misit sic apertis quidem cohortibus uti numerus ionum constare videretur*. Postquam e *misit* alterum *si* annisset, accidisse puto ut labes labem gigneret donec esset *i* sisteretur.

B. C. I. 1.

L. Lentulus consul senatui reique publicae se non defuturum polletur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint; sin Caesarem respiciant atque eius gratiam sequantur, ut superioribus fecerit temporibus, se sibi consilium capturum neque senatus auctoritati imperaturum; habere se quoque ad Caesaris gratiam atque amicitiam receptum.

Ostendit Mommsen Lentulum sibi obloqui et contradictionem inde nasci quod nomen Caesaris in postremam sententiam intrusum sit. Quod autem vir summus praecipit ut *um* illud vocabulum exturbetur, id praecipit equidem salva reverentia cunctanter observo. Sine mora dicto audiens forem, iuberer in expulso vocabulo circumscribentis alicuius quaerere iectivi vestigia, quo Lentulus definiat ad cuiusmodi gratiam *que* amicitiam receptum habeat. *Expromerem certam*, quod *um* in translationem apte quadrat.

H. W. VAN DER MEY.

AD ODYSSEAM.

Quum nuper Odysseam accuratissime relegerem ex Nauckii editione, et ingentem copiam pulcherrimarum emendationum, quas paginis subjectas videbam, admirarer, non poteram ἀργῆν ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις, sed sicubi aliquis locus mihi suspectus erat, eum quam lenissima correctione sanare studebam. Operæ pretium fecerim, an Homero non magis ego profuerim, quam Corinthiis Diogenes, nunc lector videat; nam ex meis coniecturis eas elegi, quæ mihi viderentur maximam habere veri speciem.

δ 665 sqq. Antinous, certior factus de Telemachi itinere, et alia et hæc queritur:

ἐκ τοσσῶνδ' ἀτέκῃτι νέος πάις οἴχεται αὐτῶς,
νῆα φερυσσάμενος κρίνας τ' ἀνὰ δῆμον ἀρίστους,
ἄρξει καὶ προτέρῳ κακὸν ἔμμεναι.

Genitivus τοσσῶνδε aut ab ἐκ pendet, aut ab ἀτέκῃτι. Si ab ἐκ pendet, ἀτέκῃτι sine casu dictum erit, et ergo nihil significabit, si ab ἀτέκῃτι, præpositio ἐκ ferri non potest. Accedit quod versus, quos citavi, tam male inter se cohaerent, ut, quo consilio ab Antinoo dicti sint, perspicere non possit. Tamen ea vitia fere sine mutatione tolli possunt: pro ἐκ enim legendum est εἰ:

εἰ τοσσῶνδ' ἀτέκῃτι νέος πάις οἴχεται αὐτῶς,
νῆα φερυσσάμενος κρίνας τ' ἀνὰ δῆμον ἀρίστους,
ἄρξει καὶ προτέρῳ κακὸν ἔμμεναι.

Si puer iste, tot viris invitis, iter suscepit, posthac et alius molestias nobis exhibebit.

Paulo supra (vs. 507) hæc leguntur: Neptunus

ἤλασε Γυραίων πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν.

id h. l. sit ἀποσχίζειν τὴν πέτραν, obscurissimum est. Quom
tem vs. sq. legatur:

καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μίμνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ,
: est quod dubites quin legendum sit: διὰ δ' ἔσχισεν αὐτήν.
vs. 632 Noemon ita alloquitur Antinuum:

Ἄντινον ἢ ῥά τι ρίδμεν ἐνὶ Φρεσὶν ἢ καὶ οὐκί,
ὄπποτε Τηλέμαχος νέετ' ἐκ Πύλου ἡμαθδέντος;
ëmon profecto nescit, quando rediturus sit Telemachus; ergo
ῥαρε ἢ ῥά τι ρίδμεν absurdum est. Quid autem est legendum?
impe: ρίστον. Præcedit enim vs. 628:

Ἄντινος δὲ καθῆστο καὶ Εὐρύμαχος θεοειδής.
ssit etiam ρίστε. Versus 138 huius libri non videtur afferri
sse ad vulgatam lectionem defendendam.

vs. 649 τὶ κεν ῥέξειε καὶ ἄλλος
ὄπποτ' ἀνὴρ τοιοῦτος, ἔχων μελεδήματα θυμῶ,
αἰτίζη;

neque αἰτίζη neque αἰτίζει rectum est, sed syntactica ratio do
t legendum esse αἰτίζοι. Cf.:

- α 228 νεμεσσήσαιτό κεν ἀνὴρ
αἴσχεα πῶλλ' ὀρώων, ὅς τις πινυτός γε μετέλθοι.
β 31 ἦν χ' ἡμῖν σάφα γείποι, ὅτε πρότερός γε πύθοιτο.
θ 239 ὡς ἂν σὴν ἀρετὴν βρότος οὐτις ὄνοιτο
ὅς τις ἐπίσταιτο γῆσιν Φρεσὶν ἄρτια βάζειν.
κ 383 ὦ Κίρκη τίς γάρ κεν ἀνὴρ, ὃς ἐναίσιμος εἶη
πρὶν τλαίη κτέ.
μ 106 μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις, ὅτε ροιβδήσειεν.
σ 142 ἀλλ' ὄγε σιγῆ δῶρα θεῶν ἔχοι ὅττι διδοῖεν.
σ 147 μὴδ' ἀντιάσειας ἐκείνῳ
ὄπποτε νοστήσειε κτέ.
χ 138 καὶ χ' εἰς πάντας ἐρύκοι ἀνὴρ, ὃς τ' ἄλκιμος εἶη.

ε 221 εἰ δ' αὖ τις ραίησι θεῶν ἐνὶ τοῖνοπι πόντῳ
τλήσομαι.

ector, notissimorum versuum memor, qui leguntur ζ 325 sq.
νῦν δὴ πέρ μευ ἄκουσον, ἐπεὶ πάρος οὐποτ' ἄκουσας
ῥαιομένου, ὅτε μ' ἔρραϊεν κλυτὸς ἐννοσίγαιος.

non aequo animo carebit obiecto verbi *ῥαίσειν*, quumque in protasi haud dubie opus sit futuro, libenter probabit coniecturam meam:

εἰ δ' αὖ τις ῥαίσει με θεῶν ἐνὶ τοῖνοπι πόντῳ
τλήσομαι.

quo etiam ducere videtur varia lectio *ῥαίσειε*.

λ 193 De Laërte:

πάντῃ σοὶ κατὰ γουνοῦν ἄλωῃς τοῖνοπέδοιο
φύλλων κεκλιμένων χθαμαλλὰ βεβλήγεται εὐναί.

Quid sit *φύλλα κεκλιμένα* scire pervelim. Interea suspicor *κεκλιμένων*. Quodsi quem verborum structura offendit (quamquam durior non est quam e. gr. π 42: τῷ δ' ἔδρης ἐπίοντι πατὴρ ὑπέγειξεν Ὀδυσσεύς), potest parva transpositione *κεκλιμένων*, *φύλλων* legere.

Facillime tolli vitium potest μ 43:

καρίσταται οὐδὲ γάνυνται L. παρίσταντ'

μ 383 Sol ita minatur:

δύσομαι εἰς Ἄϊδα καὶ ἐν νεκύεσσι Φαείνω.

Non potest ita coniunctivus aoristi cum futuro coniungi. Simpli-
cissimum videtur sic corrigere:

δύσομαι εἰς Ἄϊδα ἴν' ἐν νεκύεσσι Φαείνω.

ξ 87 Eumaeus hoc argumento utitur, quo procorum iniurias acerbe improbet: hostes quidem saepe impetum faciunt in terram alienam, et Iove volente praedas agunt

87 πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν τοῖκόνδε νέεσθαι

88 καὶ μὲν τοῖσ' ὄπιδος κρατερόν δέος ἐν Φρεσὶ πίπτει.

Non credo eos fuisse antiquis temporibus mores hominum, ut iam navibus impletis, et terra hostium relicta, facile iis aliqua religio iniici posset. Videmus autem Eumaeum ideo procorum cum hostium iniuriis comparare, quod illi nolunt:

νέεσθαι ἐπὶ σφέτερ' ἀλλὰ γέκῃλοι

κτῆματα δαρδάπτουσιν ὑπέρβιον οὐδ' ἐπὶ Φειδῶ.

Quid autem hostes? Ubi cupiditates suas explerunt, hostibus par-
cunt et domum revertuntur. Credo ergo vs. 87 et 88 transpo-
nendos esse.

305 sq.

καὶ κέ τεο δμῶων ἀνδρῶν ἔτι πειρηθεῖμεν,
ἤμεν ὅπου τις νῶι τίει καὶ δεῖδιε θυμῷ.

is hic locus est adverbio loci ὅπου, sed, quemadmodum
1. legitur ἢδ' ὅτις οὐκ ἀλέγει κτέ., ita hic quoque expecto
ὅτις που νῶι τίει. Particula που dubitationem quandam
; , versui nostro aptissimam.

18 sqq.

τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης
ἤματι τῷ ὅτε μοι μένος ἄσχετος ἦσθιε Κύκλωψ
ἰφθίμους ἐτάρους· σὺ δ' ἐτόλμας ὄφρα σε μῆτις
ἐξάγαγ' ἐξ ἄντροιο διόμενον θανέεσθαι.

minus absurdum tertio versu pronomen σε videtur, quam
; versu secundo pro μοι scriptum esset σοι. Lege ergo: ὄφρα
ἦτις κτέ.

38 Minervae ita consolanti:

τίπτ' αὐτ' ἐγρήσσεις, πάντων περὶ κάμμορε Φωτῶν;
φοῖκος μὲν τοι ὄδ' ἐστὶ, γυνὴ δέ τοι ἢδ' ἐνὶ οἴκῳ
καὶ πάις, οἶόν που τις ἐφέλδεται ἔμμεναι υἷα.

res respondet:

ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, θεά, κατὰ μοῖραν ἔγειπες·
ἀλλὰ τί μοι τόδε θυμὸς ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζει,
ὅπως δὴ μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσω.

ferendum videtur τι τόδε, ubi simplex τῷδε requiritur.
res hoc vult: verum est quod consolandi gratia dixisti, sed
etiam restat cura. Hoc dicet, si scripserimus:

ἀλλ' ἔτι μοι τόδε θ. ἐ. φ. μ.

me movet, quod vs. 42 eadem particula recurrit in πρὸς
ι, nam ab ἔτι ad πρὸς δ' ἔτι gradatio quaedam est. Acce-
quod vss. 41-43 non sine causa nonnullis vv. dd spurii
itur.

80 Penelope ita precatur:

ἢέ μ' εὐπλόκαμος βάλοι Ἄρτεμις, ὄφρ' Ὀδυσῆα
δοσομένη καὶ γαῖαν ὑπὸ στυγερῆν ἀφικοίμην.

; renti notissima illa Κάλχαντα πρῶτιστα κάκ' ὀσσομένης προς-

ἔφειπεν ὅτ' ὀσσομένης πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν' persuaderi non potest ὀσσομένη hic sanum esse. Equidem credo Penelopem hoc velle: libenter moriar et ad inferos descendam, ut sic saltem maritum meum videam, i. e. ὄψομένη.

Libro φ bis in eodem vocabulo peccatum esse videtur. Alter locus est vs. 179:

ὄφρα νέοι θάλλοντες, ἐπιχρίοντες ἄλοιφῃ
τόξου κειρώμεσθα.

Neque hic, neque vs. 184 ullum sensum ex adiectivo νέοι elicita. Quoniam autem arcus diu κέσκετ' ἐνὶ μεγάροισιν (vs. 41) optime proci videntur dici eum ἀπυρο calefacere et perungere, i. e. νέει.

Alter locus est vs. 407:

ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέφ' περὶ κόλλοπι χορδὴν.

ubi utrum verisimilior sit vulgata lectio, an coniectura mea νέην περὶ κόλλοπι χορδὴν, cuiusvis φόρμιγγος ἐπισταμένῳ καὶ ἐκ δῆς diiudicandum relinquo.

ω 348 Laërtes filium agnoscit:

τὸν δὲ ποτὶ τοῖ

εἶλεν.

Amplexantis non est αἰρεῖν sed ἔλκειν; conicio ergo εἶλεν, vel, quod editoribus magis placet, ἔλκεν.

J. J. HARTMAN.

Kal. Martiis.

A. MDCCCLXXXIV.

SPICILEGIUM CRITICUM AD FLORI EPITOMAS.



Iuli Flori Epitomae de Tito Livio bellorum
omnium annorum MCC libri duo. Recognovit
Carolus Halm.

Lipsiae MDCCLXIII.

Docti viri, qui Floro edendo operam dederunt, inter huiusriptoris codices, duos esse intellexerunt ceteris adeo praestans, ut recensio horum auctoritate fere tota inniti deberet: ambergensem et Nazarianum, qui Heidelbergae hodie asservantur. Otto Iahnus in Praefatione Editionis, quae in lucem protulit anno huius saeculi LII, longe maiorem fidem Bambergensi habendam esse primus omnium copiose defendit. Libro Bambergensis simillimo, antiquiore sane eo saeculis non paucis, usum esse docuit Iordanem, qui in Libro de summa temporum vel origine actibusque gentis Romanorum Florum ab initio usque ad bellum Macedonicum primum descripsit. Cod. Nazarianum, quocum recentiores libros omnes consentire affirmavit, non habuit Iahnus nisi iis locis, quibus Bambergensis et Iordanis lectiones corruptae viderentur. Halmius in Editione anni sequentis Iahnii vestigiis insistens, aliquot probabiles lectiones, ab Iordano praetermissas, ex Bambergensi conquisivit, quibus addidit quaedam, in tribus Iordanis libris a se inventa; praeterea nonnullas Nazariani lectiones, a Iahnio spreto, in textum recepit. Deinde vero docti viri et eruditi in Germania non pauci exemplis demonstrarunt Iahnium in Bambergensis auctoritate amplectenda, repudianda Nazariani, saepe numero modum excessisse.

Controversia autem utri horum Codicum maior fides tribuenda

videatur, quaeque necessitudo ambobus cum Iordanis libris intercedat et aliorum sine dubio posthac exercebit industriam atque sagacitatem, nec sane aliquantum utilitatis lucubrationes illas investigationesque ad Flori libros emendatius edendos allatas esse diffido. At multo plus salutis illis exspecto ab arte critica coniecturali. Quicumque enim varias lectiones vel obiter inspexerit, facile videbit omnes libros, praeterquam quod suis quique vitiis inquinati sint, mendis laborare gravissimis, quorum origo ad communem omnium fontem sit referenda, itaque non modo ante saec. IX, quo Bambergensis et Nazarianus scripti sint, sed iam ea, qua Iordanes libellum suum composuerit, aetate, i. e. saec. VI, errores saepe ridiculos in contextum irrepisse. Qui igitur in Floro recensendo id tantum agit, ut variis lectionibus sedulo inter se collatis vetustissimi Codicis, unde omnes nostri fluxerint, contextum restituat, is librum proferet incredibilem in modum corruptum et depravatum.

Halmius, etsi locos non paucos ex ingenio correxit, aecipit tamen in librorum insana commenta indulgentior fuisse videtur, quam a docto viro et acuto expectari aequum erat. Iam antea (Mnem. N. S. VI p. 312) unum et alterum locum indicavi, quos et post Halmii curas emendatione indigere putabam. Illis hoc adicere visum est.

LIBER I.

Prooem. 3; *quia sibi obstat magnitudo rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit, faciam quod solent, qui terrarum vim pingunt: in brevi quasi tabella totam eius imaginem amplectar.*

Quis umquam dixit scripsitve aciem vel ferri, vel oculorum, vel mentis denique *abrumpi*? Repone, quod unice verum est, *obtundit*. Deteriores libri habent *obrumpit*.

1. 8 *ad tutelam novae urbis sufficere vallum videbatur, cum dum angustias Remus increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est.*

Recepit hunc locum Halmius ex Iahnii recensione, etsi confusus, se in eam potius sententiam inclinare ut *salu* inducendum totusque locus sic scribendus sit: *cuius dum angustias R.*

epat, *transiluit et, dubium* seqq. Merito igitur Halmio suspectum est ineptum illud *inrepat saltu*. Mihi sanae lectionis vestigia Codex Nazarianus praebere videtur, in quo haec leguntur: *inridet angustias remus idque increpat saltu*. Omnia nimium sana erunt, si recepto *inridet* pro *idque increpat saltu* utatur atque *superat saltu*. — *Transiluit* igitur vallum Remus, id ipsum verbum, a nescio quo in margine olim annotatum, loca irrepsit in contextum. Ita factum est ut in Cod. Bambergensi et Iordanis omnibus scriberetur *saltu transiluit dubium*. — *in superare* pro *transilire* legitur apud Ovid. Met. VII. 767: [i. e. vulpes] *levi velox superabat retia saltu*. cf. Lucan. I. 183: *gelidas Caesar cursu superaverat arces*.

2. 1 *succedit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sabinis stem ultro petiverunt ob inclitam viri religionem*.

Corrigendum est o. i. *vitae religionem*. Cf. Cic. pro Rege ot. VI. 16: *Deiotarum non tam ingenio et prudentia quam fide religione vitae defendendum puto* i. e. vitae innocentia et sanctitate.

3. 5 [Horatius] *flentem spolia circa se sponsi quidem, set horam, sororem viderat. hunc tam immaturum amorem virginis ultus ferro*.

Non amorem, opinor, sororis ultus est Horatius, sed *immaturum maerorem*.

4. 1 *Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, raro ingenio; igitur et muro moenia amplexus est et interfluentem urbi Tiberinum ponte commisit, Ostiamque . . . coloniam posuit*.

Legendum est *navo ingenio*. In Iordanis Codd. est *pravo*, quod ex *gnavo* ortum esse apparet.

11. 10 *extant et parva de Antio spolia, quae Maenius in suggestu fori capta hostium classe suffixit — si tamen illa classis, non sex fuerit rostratae. sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit*.

Immo hercule navale bellum intulit.

16. 3 *omnium . . . pulcherrima Campaniae plaga est. nihil mol-*

lius caelo: denique bis floribus vernat. nihil uberius solo: idem Liberi Cererisque certamen dicitur.

Olim scriptum esse suspicor, *nihil mollius coelo leniusque: bis floribus vernat.*

16. 12 itaque et consules statim magnifice voluntaria deditionem turpitudinem foederis dirimunt, et ultionem flagitans miles Papirio duce . . . strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit; et in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit.

Non intelligo milites illos ante pugnam furentes. Coniis acriter pugnam sumit. Meliores Codices habent *fuit*; Palatinum unus ante pugnam agit, alter adiit. Nescio quis olim, ut *sumit* interpretaretur, in margine annotasse videtur *adiit*.

17. 3 Ciminius interim saltus in medio . . . adeo tum terris erat, ut senatus consuli denuntiaret ne tantum periculi ingredi auderet. sed nihil horum terruit duces, quin fratre praemio exploraret accessus.

Scrpsit Florus *nihil horum tenuit duces*; cf. Cic. ad Dolab. post Ep. ad Att. XIV. 15: teneri non potui, quin tibi . . . declararem; Acad. IV. 4: nec se tenuit, quin . . . librum etiam ederet. — *Non terreor quin num recte dicatur dubito.*

22. 1 haec est secunda aetas populi Romani et quasi adulescentia, qua maxime viruit et quodam flore virtutis exarsit et ferverit.

Nec satis capio quid sibi velit *flos virtutis*, nec quomodo quae *flore exardescere ac fervere* possit. Scrpsit, ni fallor, Florus *qua maxime viguit et quodam calore inventutis exarsit et ferverit*.

24. 1 secundam in urbe media [seditionem] decemviralis libido conflavit.

Immo potius *decemviralis*.

II. 2. 16 Olibas hic, ibi Aleriae urbis excidio incolas terruit, adeoque omni terra et mari Poenas purgavit, ut iam victoriam nihil nisi Africa ipsa restaret.

Intelligerem haec, si scriptum esset *omnem terram et mare tenuis purgavit*. Sanae lectionis vestigia et hic Cod. Naz. perhibet, in quo scriptum est *repugnavit*. Floro reddendum esse videret *repulsavit*.

II. 2. 32 *magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, interceptam tempestale victoriam et triumphum perisse naufragio*.

Verba haec omni sensu carent, nisi pro *dignitate* scribatur *dignitate*. Indigne scilicet populus ferebat interceptam tempestale victoriam et triumphum perisse naufragio. Cf. Liv.

45: inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ira animas cepit; Justin. III. 5: cum hinc iniuria, inde indignitas animos acuerit. — Ut his locis, ita apud Florum quoque *indignitas* eandem vim habet atque *indignatio*.

II. 2. 35 *Romana classis prompta, levis, expedita et quodam vere castrensis ad similitudinem pugnae equestris sic remis uti habenis agebatur*.

Vix satis mirari possis socordiam editorum, qui huiusmodi aptias Floro obtrudendas putarent. Corrigas, quaeso, *quodam vere constructionis*.

II. 6. 16 *callidus imperator [Annibal] in patentibus campis, servato loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus et plurimus pulvis eurus ab oriente semper quasi ex constituto, ita instruxit rem, ut, Romanis adversus haec omnia obversis, secundum caecum tenens vento pulvere et sole pugnaret*.

O callidam observationem! qua eorum semper ab oriente flare sensit Hannibal. Noli credere, mi lector, has stultitias Florum utivisse; scripsit nimirum *eurus oboriens semper quasi ex constituto*. Postrema quoque verba vitiosa esse, nemo est quin facile sibi persuadeat; quis umquam ita scripsit *adversus omnia obversis*? Codices nos destituunt: Naz. habet *adversus haec omnia obversis quasi secundum*. Forsitan vera sit lectio *ut Romanis haec omnia obversis ipse secundum cetera*.

II. 6. 26 *quippe adversus hostem totiens victorem, tam callidum*

non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.
Corrige sodes sanis.

II. 6. 33: *grande illud et ante id tempus invictum caput, Syracusae, quamvis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando ceciderunt. longe illi triplex murus totidemque arces, portus ille narcoreus et fons celebratus Arethusae; nisi quod hactenus profuerit, ut pulchritudini victae urbis parceretur.*

Non video qui ex his tolerabilis sententia eliciatur, nisi in hunc fere modum corrigantur *longe inclitus triplex murus totidemque arces . . . quid, nisi hactenus profuere, ut p. v. u. parceretur?*

II. 6. 35 *Sardiniam Gracchus arripuit. sed nihil illi gentium feritas insanorumque — nam sic vocantur — inmanitas montium profuere. saevitum in urbes urbemque urbium Caralim, ut gens contumax vilisque mortis saltem desiderio patrii soli domaretur.*

Inepte *vilis mortis gens* dicitur, quae proicit vitam et mortem nihili facit. Quia res est notissima saepius Lucani imitatorum Florum fuisse, scripsisse eum conicio *facilisque morti*, ad exemplum Phars. IV. 505, ubi haec leguntur: *Indomitos sciat esse viros, timeatque furentes. Et morti faciles animos.* — Vix opus erit demonstrare inepta illa *urbes urbemque urbium* librario cuidam oscitanti debere. Fere non dubito quin Florus scripserit *saevitum in urbes caputque urbium Caralim.* Cf. Lib. I. 16. 6: *ipsa caput urbium Capua.*

II. 6. 36 *in Hispaniam missi Gneus et Publius Scipiones paucis totam Poenis eripuerant, sed insidiis Punicae fraudis oppressi reversum amiserant, magnis quidem illi proeliis cum Punicas operis occidissent.*

Corrigendum puto *illic.*

II. 7. 1 *post Carthaginem vinci neminem puduit. statim Africam secutae sunt gentes, Macedonia, Graecia, Syria ceteraque omnia quodam quasi aestu et torrente fortunae.*

Inepte regionem nomina praecedit vox *inanis gentes.* Restitua certe.

II. 7. 9 *nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu, ac non spiculis nec sagittis nec ullo Graeculo ferro, sed ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant.*

Volnera illa ultra modum patuisse potius crediderim.

II. 10. 3 *ipse rex Aepulo equo inpositus, cum subinde crapula capitis errore lapsaret, captum sese vix et aegre, postquam vergefactus est, didicit.*

Rex ebrius crapula, nimirum, et capitis fervore lapsabat.

Plin. H. N. XV. 4. 5.

III. 1. 17 *sic fraudulentissimus regum fraude gener soceri sui insidias deductus Sullae in manum traditur, tandemque operum catenis Jugurtham in triumpho populus Romanus aspezit.*

Malim oneratum catenis.

III. 5. 9 *Italiam iam ipsamque urbem Romam regius terror adflabat. itaque L. Sulla festinat, vir armis optimus, pariquevolentia ruentem ulterius hostem repulit.*

Profecto non mirandum est, quod interpretes haerent in illis *regius terror adflabat*. Fuit, qui exponeret de propinquitate, quasi Mithridates tam propinquus Italiae esset, ut etiam spiritu attingere eam posset. Alius ita accepit: *terror regis iam Italiam et Romam ipsam percellebat et attonitam reddebat*: quemmodum qui fulmine tacti sunt, adflari dicuntur. Omnia, modo, erunt perspicua, si legitur *regius furor adfectabat*: Mithridates, qua erat dementia, iam cogitabat de Italia Romanaque ipsa subigenda. Cf. II. 2. 3: *affectare Siciliam*; Vell. II. 1 et Tac. Germ. 37: *affectare Gallias*, ubi *affectare* significat statum occupandi per arma imperii.

III. 5. 30 *Hierosolyma defendere temptavere Iudaei; verum haec quoque [Pompeius] et intravit et vidit illud grande impietatis gentis signum patens, sub aurea vite cillum.*

Monstrum illud *cillum* profectum est ex ingenio Stephani

Moynes, theologiae in Academia Lugduno-Batava professoris et celeberrimi. Quum autem optimorum Codicum alter, Naticianus, haberet *sub aureo uti caelo*, alter, Bambergensis, *sub*

aurea vitae caelum, vir clarissimus *sub aureo cillo* scribendum putavit hac fere ratione ductus: Pompeius, quum grande illud Iudaeorum arcanum aspiceret, videre sibi videbatur κίλλον i. e. asinum „quod — ita scribit — fluxisse crediderim ex Cherubinibus Arcae, qui cum vitulos referrent, sed pingui crassaque coelatura efformatos et elaboratos, asinos referre existimabant et voluerunt ethnici”. O. Iahn illum Monachi asellum ambabus manibus arripuit et levi mutatione facta edidit *sub aurea vite cillum*, ignarus scilicet Pompeii aetate Arcam nullam in penetrati aedis extitisse, itaque inania fuisse arcana, ut scribit Tacitus, Hist. V. 9. Praeterea vero Latinitatis ratio lectioni vulgatae obstare videtur, nam *arcanum patens*, *cillum* quomodo cohaereant nemo facile dixerit. Etsi autem ineptum Iahnii commentum sine ulla dubitatione repudiandum existimo, tamen de vera lectione haereo. De vite aurea illa res sane est satis expedita. Etenim suspensa erat supra portam „Sacrosancti”, quod testatur Iosephus, de Bello Iud. V 5. 4: εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς [τῆς πύλης] ἀμπέλους, ἀφ’ ὧν βότρυες ἀνδρῶν μήκει κατεκρέμαντο (Cf. Tac. Hist. V. 5). Eandem postea Romam translata et in templo Iovis Capitolini dedicatam esse narrat Iosephus, Strabonis testimonio usus, Antiq. Iud. XIV. 3 (5) 1. Fieri autem potest ut Florus arcanum penetrabile, nomine a Romanorum aede sacra desumpto, *cellam* dixerit, itaque scripserit *penetrans sub aurea vite in cellam*. Sed scrupulum inicit locus Iosephi ex Ant. Iud. supra laudatus, ubi tradit Pompeio, Hierosolyma tendenti, iam quum Damascus venisset, Aristobulum vitem auream donum misisse: ἐπέμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον Ἀριστόβουλος, ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. Haec si ad verbum accipienda sunt neque ita possunt explicari ut Aristobulus, quod misisse dicatur, re vera obtulerit, iam sanctuarii porta suo ornamento orbata erat, quum Pompeius penetrabile temeraret. — Qui autem nimiae audaciae me arguere velit, quod pro *patens* scribendum *penetrans* contendo, eum ad III. 21. 21 remitto, ubi, quum Nazarianus *patentibus*, Bambergensis *penitentibus* habeat, O. Iahnus veram lectionem *penetralibus* revocavit.

III. 6. 5 [Servilius] *Phaselim et Olympum evertit Isavrosque*

eam arcem Ciliciae, unde conscius sibi magni laboris Isaurici agnomen adamavit.

Immo hercle adoptavit.

III. 7. 6 *cum ille [i. e. Pompeius] res in Asia gerens, eo - e. in Cretam] quoque praefectum misisset Antonium in alienam provinciam, inritus fuit.*

Iam veteres Editores viderunt perperam hic Antonium commemorari, quia omnium auctorum testimoniis constat Octavium Pompeio in Cretam missum esse. Non dubito igitur pro *Antonium* reponere *Octavium*. Sequentia ita corrigenda sunt, et legatur *in aliena provincia inritus fuit.*

III. 8. 2 *Balcares per id tempus insulae piratica rabie maria irruerant. homines feros atque silvestres mireris ausos a scopulis eis saltem maria prospicere. ascendere etiam inconditas rates et aeternavigantes subinde inopinato impetu terruere.*

Non satis video quomodo *saltem* hic ferri possit, cuius signatio a loci sententia prorsus aliena est. Legendum puto *ausos scopulis suis alte maria prospicere, ascendere . . . rates et aeternavigantes terrere. Terrere* iam olim Ryckius maluit. *insulae*, a Freinshemio iam damnatum, in marginem ablegatum est.

III. 9. 5 *Porcius Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum fluvium invexit. quae res latius aerarium populi Romani quam Lus triumphus implevit.*

Praetulerim largius.

III. 10. 9 *nec Rhenus ergo immunis; nec enim fas erat ut liber et receptor hostium atque defensor. et prima contra Germanos eius pugna iustissimis quidem ex causis.*

Haec verba mendo laborare nemo est, credo, quin vel primo spectu sibi persuadeat. De emendandi ratione dubito. Aut im post *illius* supplendum est *accolas*, aut, quod probabilius est, *illius* depravatam est ex *in*ta.

III. 10. 14 *in saltus ac paludes gens omnis difugerat. tantum pavoris incussit intra ripam subita Romana vis.*

Ante subita excidisse videtur suam.

III. 10. 23 [Caesar] *ipsa capita belli adgressus urbes, Avaricum quadraginta milium propugnantium [sustulit], Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuventute subnixam flammis adaequavit.*

Illud sustulit Iahnio auctore uncinis se circumclusisse Halmius scribit. Mira mehercule emendandi ratio! Floro reddendum est Avaricum cum quadraginta milibus propugnantium sustulit.

LIBER II.

III. 17. 9 *et pretium rogationis statim socii flagitare, cum in parem Drusum aegrumque rerum temere motarum matura, ut in tali discrimine, mors abstulit. nec ideo [minus] socii promissa Drusi a populo Romano reposcere armis desierunt.*

Iterum vocabulum temere uncinis saepsit Halmius; „*minus* — inquit — delendum esse significavi; in loco mendum esse apparet, sed incertum sitne *minus* an *desierunt* inducendum, ut, quod Dukerus voluit, *magis* pro *minus* corrigendum.” De modo facile equidem consentio, dissentio de emendatione. Omnia sanaverunt, si retento *minus* pro *desierunt* correxeris *destinarunt*.

III. 18. 12 *fusae Rutili copiae, fusae Caepionis. nam ipse Iulius Caesar exercitu amisso cum in urbem cruentus referretur miserabili funere, media in urbe per viam defecit.*

Iam Freinshemius monuit illum Iulium Caesarem librarius redonandum, revocandum autem Rutilii Lupi nomen, quem omnes auctores in proelio vulneratum testentur. Editores vero fidem, quam vocant, Codicum sequi malunt, quam recipere id, quod unice verum est *Rutilius Consul*. Praeterea satis manifestum existimo, non *funere* Florum scripsisse, sed *vulnere*.

III. 19. 4 *Syrus quidam nomine Eunus . . . fanatico furore simulato, dum Syriae deae comas iactat, ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit.*

Corrigendum erit *fanatico furore stimulatus*.

II. 19. 12 *ac ne de duce* [i. e. Athenione] *quidem supplicium i potuit, quamvis vivus in manus venerit. quippe dum circa cehendendum eum a multitudine contenditur, inter rixantium us praeda lacerata est.*

Ion praeda, opinor, sed ipse dux *foede laceratus est.*

III. 21. 26: Baebium sine ferro ritu ferarum inter manus atum.

II. 20. 12 *tandem enim totis imperii viribus contra myrmil- m* [i. e. Spartacum] *consurgunt, pudoremque Romanum Lici- : Crassus adseruit.*

Quicumque ea, quae hunc locum praecedunt, legerit, facile abit coniunctionem causalem *enim* absurde scriptum esse. tituendum est id, quod sententia flagitat, *enixe*.

II. 20. 13 *cum fugam in Siciliam pararent neque navigia sup- rent, ratesque ex trabibus et dolea conexa virgultis rapidis- o freto frustra experirentur, tandem eruptione facta digna viris re morte.*

Quis, quaeso, tam stolidus est, ut *dolea virgultis conexa* se credat? Corrige, si placet, *vinculis*.

II. 21. 10 *rediit ab Africa Marius clade maior; si quidem zer catenae, fuga exilium horrificaverant dignitatem.*

Verba et voces! Legas velim *rediit ab Africa Marius clade maior; si quidem carcer catenae, fuga exilium eum horri- verant indignitate* i. e. indignatione; cf. quae annotavi ad 2. 32.

V. 2. 77 *mox circa obsidionem urbium utrimque discursum est, e miserae inter hos atque illos duces societatis Romanae poe- dabant.*

Conicio *mediae* i. e. ambiguae, quo inclinarent dubitantes;

I. 3. 6: missi in auxilium ex foedere medii inter duos ex- tavere fortunam.

V. 7. 4 *igitur Ciceronis consiliis abolitione decreta, ne tamen*

publici doloris oculos ferirent, in provincias ab illo ipso quem occiderant Caesare datas, Syriam et Macedoniam concesserant.

Iam olim Graevius intellexit praerupta haec esse et depravata. Modo enim scriptor locutus de Antonio, ad Cassium et Brutum transit nulla eorum mentione facta. Dein qui sunt *publici doloris oculi?* — Forsitan vera sit lectio *ne tamen publici doloris auctores oculos ferirent.* — *Oculos ferire pro in oculos se inferre, in oculos incurrere legitur apud Lucretium IV. 219 et VI. 923; Cic. ad Fam. XV. 16. 2.*

IV. 7. 5 *igitur iam ordinata . . . inter triumviros re publicas, relicto ad urbis praesidium Lepido, Caesar cum Antonio in Cassium Brutumque succingitur.*

Legendum *accingitur*, quod de iis, qui bellum parant et instruunt, sollemne est.

IV. 8. 9 *non alia post Xerxen miserabilior fuga. quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus cum sex septemve fugibat extincto praetoriae navis lumine, anulis in mare abiectis, parens atque respectans, et tamen non timens nisi ne periret.*

Haerent interpretes in voc. *anulis*. Fuit qui compedes remigum intellegi affirmaret, alius digitorum anulos a Pompeio abiectos putavit, ne ex iis agnosceretur, alii denique alia excogitarunt. Quid ni Pompeium, ut fugam et acceleraret et occuleret, *armis in mare abiectis* navigasse credamus?

IV. 10. 6 *deletae reliquae copiae forent, nisi urgentibus telis in modum grandinis quidam forte quasi docti procubissent in genua milites.*

Malim *ingruentibus* coll. Aen. XII. 283: *it toto turbido coelo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.*

IV. 11 3 [Antonius] *totus in monstrum illud [i. e. Cleopatram] ut mento, ita animo quoque cultuque desciverat. aureum in manu baculum, in latere acinaces, purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis.*

Profecto nemo intelliget cur *animus et mens* h. l. opponantur. Constans et perpetuus loquendi usus postulat ut legatur *ab iis*

quoque cultuque. Vestis obstricta gemmis qualis fuerit non magis perspicuum est; conicio *obtectā*.

IV. 12. 7 *tum agmine secuto cum subrutus multitudine pons rucidisset, saucius manibus et cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo angustior terga hostium perceciderit.*

Pons amnis rapidi vi vel praecipitis torrentis *subrui* potest, sed *obruitur*, ubi nimio hominum transeuntium onere opprimitur; legendum igitur *obrutus*. — *Perceciderit* praeter *Florum* nemo scriptor usurpasse videtur; vix intelligo qui factum sit, ut editores, qui h. l. formam illam toleraverint, III. 20. 10 non receperint *perceciderit*; legitur ibi in *Cod. Naz. percaeciderit*.

IV. 12. 11 [*Delmatas*] *iam pridem Marcius consul incensa urbe Delminio quasi detruncaverat, postea Asinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat, hic secundus orator; sed Augustus perdomandos Vibio mandat cett.*

Quid faciemus, quaeso, ineptis illis *hic secundus orator*? Fieri potest ut olim in margine vetustissimi libri nescio quis ascripserit *hic* [i. e. *Asinius Pollio*] *facundus orator*, quae verba depravata deinde librarius somniculosus in contextum receperit. — Non minus insulsum emblemata legitur IV. 11. 10 *in mausoleum se (sepulchra regum sic vocant) recepit*; quasi vero Romani homines, praesertim Augusto mortuo et sepulto, quid esset Mausoleum, docendi fuerint! Cf. *Paus. VIII. 16. 4*; *Strabo V. p. 236*; *Suet. Aug. 100*.

IV. 12. 37 *aliis oculos, aliis manus amputabant, uni os obscurum, rescisa prius lingua cett.*

Oculos non potest coniungi cum *amputabant*. Supple *oculos effodiebant*.

J. J. CORNELISSEN.

HERODOTEA.

AD LIBRUM SEPTIMUM.

(Continuantur ex XII. pag. 170.)

VII. 1: ἐπηγγέλλετο — ἐτοιμάζειν στρατιήν, πολλῶ πλέν ἐπιτάσσειν ἐκάστοις ἢ πρότερον παρεΧΕΙΝ.

Quia πλέν στρατιήν pendet ab ἐπιτάσσειν, ut Latine imperare naves, *frumentium*, apparet verum esse quod in solo R servatum est: ἢ πρότερον παρεΧΕΙΝ.

Post pauca in verbis: καταλεγόμενων τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τῇ Ἑλλάδι στρατευομένων, non est delendum στρατευομένων, quod Stein volebat, sed ex Codice R recipiendum στρατευομένων.

Ἐπιτάσσειν στρατὸν esse idem quod *exercitum imperare* apparet VI 95: ἐπῆλθε ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἐκάστοις.

VII. 3: δοκεῖν δ' ἐμοὶ καὶ ἄνευ ταύτης τῆς ὑποθήκης βασιλεῦσαι ἂν Ξέρξης.

Ex Vaticano Codice reponendum ἐβασίλευσε ἄν, namque δοκεῖν δ' ἐμοὶ, ut ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, extra constructionem positum est neque ullo modo cum Ξέρξης componi potest.

VII. 5: ἀλλ' εἰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις τὰ περ ἐν χερσὶ ἔχεις.

Sic Stein edidit ex A B mendose admodum et sine sensu. Contra optime procedent omnia recepta lectione Romani Codicis: ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν κτέ.

VII. 6: ἐμποικίον ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνῳ κειμέναι νῆσοι ἀφανίζοιτο κατὰ τῆς θαλάσσης.

Manifestum est, ut in oraculo, *fulgurum* requiri, itaque aut φανιοῖατο scribendum, ut Krueger corrigebat, aut ἀφανιοῖατο.

VII. 7: — καὶ Αἴγυπτον [πᾶσαν] πολλὸν δουλοτέρην ποιήσας ἐπὶ Δαρείου ἦν.

Quam vim habet in tali re additum πᾶσαν? Ex rei natura omnes eandem servitutem serviebant, neque erat servitus levior illis, aliis gravior. Expunge igitur πᾶσαν, quod in Codice R non comparet.

VII. 8: ὠρᾶτε μὲν νυν καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν [Δαρεῖον] ἰθύνοντα κρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους.

Aufer turpe emblemata. Vide quid continuo praecedat.

VII. 8. β: οἶα ἔρξαν — [τὰ] ἐπίσασθέ μου πάντες.

Sine controversia τὰ expungendum est.

VII. 8. δ: ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω τίθημι τὸ πρῆγμα ἢ μέσον.

Barbara forma est ἰδιοβουλεύειν cum certa Graecae linguae analogia pugnans. Codex R solus veram lectionem servat ἰδιοβουλεύειν.

VII. 9: ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ — κατασρεψάμενοι [δούλους] ἔχομεν.

Eliminandum est vitiose abundans δούλους, cuius rei notio non est in κατασρεψάμενοι ἔχομεν, *eubegimus*, id est in *servitutem edegimus*.

Κατασρεψάμενος ἔχω et similia omnia *perfecti* temporis notioem habent: itaque idem est atque κατασρεψάμεθα. Post pauca legit: ἔχομεν δὲ αὐτῶν παῖδας κατασρεψάμενοι. cf. I. 73: Ἀσυάγεα ἄρ — Kῦρος δὲ Καμβύσειω κατασρεψάμενος εἶχε. I. 75: τὸν Ἀσυάγεα Kῦρος — κατασρεψάμενος ἔσχε.

VII. 9. β: σὺν κακῷ μεγάλῳ οἱ νικῶντες ἀπαλλάσσονται, περὶ δὲ τῶν ἰσοτιμῶν οὐδὲ λέγω ἀρχήν.

Vitium est in ἔσσωμένων. Victor recte appellatur ὁ νικῶν, sed vici οἱ ἔσσωμένοι. Confundunt librarii ἔσσωσθαι et ἔσσωσθαι, et, quod multo peius est, pro ἔσσωσθη et ἔσσωσθῆναι nihil cogitantes substituunt ἔσώθη et ἔσώθησαν.

Emendata lectio est in R ἔσσωμένων, sed reiicitur, mendam in A B ἔσσωμένων probatur.

VII. 10: ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῶ — ἡγόρευον μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας.

Habebit oratio Graecum colorem si praepositionem addideris: ἈΠηγόρευον μὴ στρατεύεσθαι. cf. IV. 125: ἀπηγόρευον Σκύθῃσι μὴ ἐπιβαίνειν τῶν σφετέρων οὖρων. I. 155: ἀπειπέ σφι — ὅπλα ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι, et sic omnes.

VII. 10: — ἄνδρας — πολλὸν ἀμείνονας ἢ Σκύθας.

Recipiendum ex R: πολλὸν ἔτι ἀμείνονας.

VII. 10. β: καὶ δὴ [καὶ] συνήνεικέ σε ἦτοι κατὰ γῆν ἢ [καὶ] κατὰ θάλασσαν ἔσσωθῆναι.

Furca expellendum molestum καὶ. Sententia est: fac te est terra αὐτὴ παρὶ ἐλάσῃ ἀσπερίσῃ, ut in *Medea* vs. 388:

καὶ δὴ τεθναῖσι· τίς με δέξεται πόλις;

vide Valckenarium ad VII. 184.

Etiam alterum καὶ vitio natum est. Lege ἦτοι κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλασσαν. Tum recte additur: ἢ ΚΑΙ κατ' ἀμφοτέρα.

VII. 10. β: ἀλλ' ἦν τῆσι νηυσὶ Ἐμβάλλωσι καὶ νικήσαντι· ναυμαχίῃ πλέωσι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον — τοῦτο δὴ γίνεται δευτῆ.

Requirit loci sententia classe configere: itaque restituendum: τῆσι νηυσὶ Ἐμβάλλωσι. Quid tritius apud Herodotum quam συμβάλλειν, συμβολή, συμβαλῶν ἐνίκησε et sim.?

VII. 10 γ: καὶ τότε γε Ἰστιάος ὁ Μιλήτου τύραννος εἰ ἐπέσπετο τῶν ἄλλων τυράννων γνώμῃ.

Naturae ordinem restituunt Codices A B. — γε εἰ Ἰστιάος Μιλήτου τύραννος ἐπέσπετο κτέ.

Post pauca pro: σὺ ἂν μὴ βουλεύῃσθαι ἐς κίνδυνον μηδένα τῶν ἀπικέσθαι, corrige μὴ βούλετ. In R est μὴ βούλευε.

Paullo ante ex R recipe μηδὲ ἠντιώθη pro ἠναντιώθη.

VII. 10. η: σὺ δέ, ὦ καὶ Γωβρύεω [Μαρδόνιε].

Si quis quem πατρόθεν ὀνομάζει ex ipsa natura ipsius nomen non addit. Apud Herodotum hoc uno loco sic peccatum est, etiam in Platonis Dialogis, sed mendum est ubique certum et manifestum.

VII. 10. η: ὁ μὲν γὰρ διαβάλλον ἀδικεῖ οὐ παρεόντι κατηγορῶν.

Quid esse potest magis σόλοικον quam κατηγορεῖν τινι? Recte παρεόντος.

VII. 10. θ: ἦν μὲν τῆ σὺ λέγεις ἌΝΑΒαίνῃ βασιλεῖ τὰ πρήγματα.

De rerum *eventu* aliter dici non potest quam ἌΠΟΒαίνῃ.

VII. 13: συναλίσσας τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε ἔλεξε σφι τάδε. Cuius aures haec ferre possunt? Recte R: — συνέλεξε ἔλεγε σφι τάδε.

VII. 15: πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον [καλέοντα].

Facienda optio est et aut ἐπὶ inducendum aut καλέοντα. Corrector antiqui libri, unde R propagatus est, ἐπὶ delevit. Melius retinisset et καλέοντα damnasset. cf. I. 110: ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων τῶν Ἀσυάγεος τὸν ἠπίστατο — νέμοντα ὄρεα ἰβριωδέεατα.

VII. 15: μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων [ἔγνω δὲ] κῦτά μοι ποιητέα ἔόντα τὰ σὺ ὑπεθήκαο.

Interpolatum est a Graeculo ἔγνω δέ. Non intelligebant seniores id ipsum in μετέγνων inesse, *mutato consilio*, aut *mutata plenitudo decrevi*. cf. VII. 12: μετὰ δὲ βουλευεαι, ὦ Πέρσα, ἵσπευμα μὴ ἄγειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα et VII. 13: ὡς ὧν μεταδεδυμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤσυχοι ἔσε.

Lauculentum in primis est testimonium Thucydidis, quod omnem scrupulum evellet. I. 44: ἐν δὲ τῆ ὑσέρῃ μετέγνωσαν περικραλοῖς ξυμμαχίαν MGN μὴ ποιήσασθαι — ἐπιμαχίαν ΔΕ ποιήσαντο del.]

Ferresne μετέγνωσαν ἔγνωσαν δέ? Non opinor. Itaque ne apud Herodotum quidem ferendum est.

VII. 15: *ὄνειρον φαντάζεται μοι οὐδαμῶς συνεπαινεῶν τούτων με ταῦτα.*

In Romano Codice servata est Herodoti consuetudo loquendi: *συνέπαινον ἔον.* cf. V. 20: *συνέπαινοι γὰρ ἦσαν οἱ Πέρσαι.* V. 31: *δεῖ δὲ τούτοις καὶ αὐτὸν βασιλέα συνέπαινον γίνεσθαι.* III. 119: *ἀπεπειρᾶτο γνώμης εἰ συνέπαινοὶ εἰσι τῷ πεποιμένῳ.*

VII. 15: *Ἀρτάβανος δὲ οὐ πρώτῳ κελεύσματι κειθόμενος.*

Multo potior est Vaticani Codicis scriptura: *οὐ ΤῶΙ πρώτῳ ΟΙ κελεύσματι κειθόμενος.*

VII. 16. α: *τοιούτων προκειμένων γνωμῶν τὴν σφαιλερωτέην ἄναιρέο.*

Quia dicitur *γνωμὴν αἰρεῖσθαι*, non *ἀναιρεῖσθαι*, corrigendum est *αἰρέο* pro *ἀναιρέο*. cf. VII. 10. α: *μὴ λεχθεισῶν γνωμῶν ἀντίων ἀλλήλοισι οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἰρεόμενον ἐλεσθαι.*

VII. 16. β: *Φῆς τοι — ἐπιφοιτᾶν ὄνειρον — οὐκ ἔωντα εἰ καταλύειν τὸν σόλον.*

Scribendum *οὐκ ἔων σε*, quia Herodotus constanter τὸ *ὄνειρον* dicit, non δὲ *ὄνειρος*, ut in hac ipsa historia VII. 12, 15, 17.

VII. 17: *οὔτε ἐς τὸ μετέπειτα οὔτε ἐς τὸ παραυτίκα [ῶν] καταπροΐξαι.*

Inepte additum *ῶν* post τὸ *παραυτίκα* tollendum est cf. I. 19: *καὶ τὸ παραυτίκα μὲν λόγος οὐδεὶς ἐγένετο.* VII. 29: *οὐ γὰρ τι ταῦτα ποιεῦντι οὔτε ἐς τὸ παρεὸν οὔτε ἐς χρόνον μεταμελήσει.*

VII. 18: *ἰδὼν ἤδη πολλά τε καὶ μεγάλα πεισόντα πρήματα ὑπὸ ἡσόνων.*

Thucydides II. 89: *πολλὰ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπ' ἐλασόνων.*

VII. 21: *αὐταὶ αἱ πᾶσαι [καὶ] οὐδὲ [εἰ] ἕτεραι πρὸς ταύτης [προσ]γενόμεναι μίης τῆσδε [οὐκ] ἄξιαί.*

Egi de hoc loco supra. Codex R optime omittit *καὶ* et *αἱ* et προσ. sq. *οὐκ* ego expuli.

VII. 22: *Βουβάρης — καὶ Ἀρταχάνης — ἐπέτασαν τοῦ ἔργου.*

In R est ἐπεσάτεον. Nihil interest inter ἐφεσάσαι et ἐπισατεῖν, παρεσάσαι et παρασατεῖν et sim. sed ἐπισατεῖν elegantius est et exquisitius. Menander (Fragm. Com. IV. 138):

ἄπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρασατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ μυσαγωγὸς τοῦ βίου.

ubi in aliis libris est συμπαρίσαται.

VII. 22: πταισάντων τῶν πρώτων περιπλεόντων περὶ τὸν Ἄθων
Usitatio Herodoto forma legitur in R ΠΡΟΣΠταισάντων.

VII. 23: Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθων.

Scribendum: Ἀκρᾶθῶνιον Ἀκρᾶθῶνιον. In A B scriptum es
Ἀκρόθωνιον.

VII. 23: οἱ μὲν κατώτατα ἐσεῶτες ὄρυσον.

Non novi adverbium κατώτατα. Repone κατωτάτω, qua sola
forma omnes constanter utebantur.

In vicinia recte legitur: ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω.

VII. 23: σῖτος δὲ σφι πολλὸς ἐφοῖτα ἐκ τῆς Ἀσίας ἀλληλε-
ζένης.

Veteres omnes constanter dicebant ἀλληλεζένης, ut diligenter
ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 132.

VII. 25: ἐπιτάξας — σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν — ἄλλα
ἄλλη ἀγινέοντας. — Τὸν δὲ ὦν πλείζον ἐς Λευκὴν ἀκτὴν.

In R est ἄλλον ἄλλη, optime, nam scribendum: σῖτον
καταβάλλειν — ἄλλον — Τὸν δὲ πλείζον.

VII. 26: ἐν ᾧ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο.

Non est Graecum τὸν πόνον ἐργάζεσθαι. Quin igitur accipimus
Codice R πόρον ἐργάζοντο. Πόρος frequens apud Herodotum
et pedestribus copiis est γέφυρα, sic navalibus τάφρος sive διώ-
μαξ, ut hoc loco.

VII. 28: ἐπεῖτε γὰρ τάχιστα σε ἐπυθόμην — καταβαίνοντα.

In R est consueta Herodoti compositio: ἐπεῖτε γὰρ ἐπυθόμην
τάχιστα σε.

VII. 31: τὴν (πλατάνισον) — μελεδωνῶ ἀθανάτων [ἀνδρὶ] ἐπι-
τρέψας.

Stein molestum ἀνδρὶ transponebat. Melius delevisset. Nesci-
bant Graeculi μελεδωνός idem esse quod ἐπιμελητής quod ut
admoneret nescio quis in margine posuit ἀνδρὶ.

VII. 32: βουλόμενος ὧν αὐτὸ τοῦτο ἐκμαθεῖν ἀκριβέως ἐπεμπε.

In libris est ἀκριβῶς, quod in uno R omissum est: et potest
sane commode abesse, namque id ipsum inest in Ἐκμαθεῖν.
Si Herodotus adverbium addidit, non ἀκριβέως dederat sed ἀκρι-
βέως. Erat in vetusto libro lacuna: ἐκμαθεῖν * * * ἐπεμπε, quam
alii male expleverunt inserendo ἀκριβῶς, alii inexpleram reli-
querunt.

VII. 37: ἵνα μὴ πῖμπληται τὰ σώματα τοῦ δρύγματος.

In R est usitatior forma Ἐμπίπληται, nisi quod ἐμπίπλη-
ται scribendum.

VII. 37: Ἐλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἐκλείψιν τῶν πολιῶν.

Sequioris aetatis forma est προδεικνύει. Emenda: προδείκνυσι.

VII. 40: μετὰ δὲ τούτους [σύμμικτος] στρατὸς παντοίων ἰθὺν
ἀναμίξ [οὐ διακεκριμένοι].

Ridicule ter idem dicitur, sed σύμμικτος optime omittunt AB
interpolatum ex cap. 65.

Praeterea expunge οὐ διακεκριμένοι, quod nescio quis adscrip-
sit ad explicandum ἀναμίξ. cf. cap. 55: μετὰ δὲ τούτους ὁ σύμ-
μικτος στρατὸς παντοίων ἰθύνων. cf. IV. 41: καὶ ἔπειτα ὁ λατὴρ
ὄμιλος ἦτε ἀναμίξ.

VII. 40: οὐδεὶς γὰρ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἔπι-
βαίνει.

Herodoti manus est in R. Ἄναβαίνει, quod verbum graphias
indicat alte exstructum Iovis curram esse: cf. ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ
βῆμα. Ἄναβαίνειν est *adscendere*, ἐπιβαίνειν *pedem ponere*.

VII. 51: Κύρος ὁ Καμβύσσειω Ἰωνίην πᾶσαν πλὴν Ἀθηλαίω
κατεστρέψατο.

Ubicumque Herodotus Ἀθηνέων dederat, nunc in libris Ἀθηνέων circumfertur.

Plerique loci nunc quidem emendati sunt, unus et alter inendatus remansit.

Hoc loco Valla Ἀθηνέων reponēbat, sed nemo ei vera dicenti credidit.

VII. 53: νῦν δὲ διαβαίνωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι οἱ Πέρσας ελόγχασι.

Longe potior est Codicis Romani lectio; οἱ Περσίδα γῆν ελόγχασι. Apposite ad hunc locum Valckenaar affert ex Thucydide II. 74: Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιίδα ἔχετε καὶ ἥρωες.

VII. 57: ἔμελλε μὲν ἐλαῖν στρατιὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης ἀγαυρότατα καὶ μεγαλοπρεπέστατα.

Expuncta litterula scribendum Γαυρότατα. Quid tritius eo sensu quam γαῦρος et γαυριᾶν?

VII. 59: ἔδοξε ὧν τῷ Ξέρξει ὁ χῶρος εἶναι ἐπιτήδεος ἐνδιατάξαι εὖ καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρατόν.

Ex R affertur Ἀναριθμῆσαι sed requiritur Ἐναριθμῆσαι: visus est locus idoneus IN QUO exercitum numeraret II. 178: ἔδωκε πόλιν ἐνοικῆσαι et post pauca: ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμούς. X. 2: λέγοντες ὡς οὐκ εἶη χῶρος ἐπιτηδεότερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι κείνου, non esse locum aptiorem IN QUO castra ponerentur. Non potest in tali re praepositio ἘΝ abesse.

VII. 60: ἐξηρίθμησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον· συνήγαγόν τε ἐς τὴν χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων καὶ συνάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα ἔχον περιέγραψαν ἕξωθεν κύκλον.

Etiam sine libris reperiri poterat vera scriptura haec: συναγαγόντες καὶ συνάξαντες περιέγραψαν.

Nunc diserte in R ita scriptum est, sed docti homines glanibus vesci maluerunt.

VII. 64: πρὸς δὲ καὶ [ἀξίνας] σαγάρεις εἶχον.

Explicuit aliquis quid esset σαγάρεις. Xenophon Anab. IV. 4. 16: ἔχοντα σάγαριν, οἷζνπερ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν, nempe αἱ

Ἄμαζόνες, quarum simulacra Athenis et alibi et in arce videntur.

Ut vulgo peccatur in forma ἀλληλεσμένοις pro ἀληλεμένοις, eodem modo in ἐξωσμένοι et ὑπεζωσμένοι pro ἐζωμένοι et ὑπεζωμένοι scribas peccantes videbis. VII. 69 AB habent antiquam formam ὑπεζωμένοι ἦσαν, R. noviciam ὑπεζωσμένοι.

Eadem plane ratio est in forma antiqua σέσωμαι et minus veterē σέσωσμαι. Cf. *Mnemoseyne* 1875 pag. 190. et *Miscellanea Critica* pag. 85.

VII. 74: οἱ δὲ Λυδοὶ Μηῖνες ἐκαλεῦντο πάλαι.

R. ἐκαλεῦντο τοπάλαι, ut Herodotus solet. VII. 95: τὸ τέλει καλεόμενοι Πελασγοί. VII. 142: ἡ γὰρ ἀκρόπολις τὸ τέλει ῥηχῶ ἐπέφρακτο, et sic passim.

VII. 76: *** ἀσπίδας δὲ ὠμοβοΐνας εἶχον σμικράς, καὶ προβόλους δύο Λυκιοεργέας ἕκαστος εἶχε.

Probabile admodum est Steinii supplementum: (ΠΙΣΙΔΑΙ) δὲ ἀσπίδας ὠμοβοΐνας εἶχον.

Qui libros vetustissimos saeculo primo aut secundo post Christum aut etiam antea discriptos mendis caruisse putant vehementer falluntur. Athenaeus pag. 486 e hunc Herodoti locum laudans ex libro suo protulit: προβόλους δύο Λυκιοεργέας, quod quum mendosum esse sensisset suspicatus est an forte Λυκιοεργέας esset vera lectio: μήποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ, ὡς καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει γραπτέον ΛΥΚΙΟεργέας, ἵν' ἀκύνηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰρηγασμένα. Demosthenis locus est πρὸς Τιμήθεον pag. 1193. 11: δίδωσι τῷ Φορμίῳ — Φιάλας λυκιοεργεῖς δύο. Inspiciamus nunc libros nostros: in AB est λυκεργέας absurdum vocabulum, in R λυκιοεργέας id ipsum quod Athenaeus legebat, unde existimari potest quam sit vetustum mendum.

Etiam illi vehementer errant qui doctissimis grammaticis multum tribuunt. Didymus ὁ χυλλέντερος quum Commentarios in Demosthenem scriberet ad l. l. annotavit λυκιοεργεῖς esse τὰς ὑπὸ Λυκίου κατασκευασμένας. quem turpem errorem Athenaeus redarguens ἀγνοεῖ, inquit, ὁ γραμματικὸς ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἂν τις εὔροι γινόμενον, ἀλλ' ἀπὸ πόλεων ἢ ἐθνῶν.

Mirum est ac prope incredibile hominem tam doctum in
 ita copia nominum in — οεργής est — ουργής in tam turpem
 rorem se induisse. Quam saepe legerat Ἀττικουργής, Κορινθιουρ-
 ς, Ναξιουργής, Μιλησιουργής, Χιοουργής, Ῥηνιοεργής, Καροεργής
 alio plura, quae non significant εἰργασμένα vel κατεσκευασμένα
 Ἀττικῆ sed Δίτισι οροσι, τῆς Ἀττικῆς ἐργασίας, cett. et sic
 erodotus dixerat προβόλους δύο Λυκιοεργίας, et Demosthenes
 ἄλας Λυκιοεργεῖς.

VII. 84: ἐπὶ τῆσι κεφαλῆσι εἶχον ἔνιοι αὐτῶν κτέ.

In R est: εἶχον μετεξέτεροι ἔνιοι αὐτῶν. Expunge ἔνιοι et ha-
 bis Herodoti manum.

VII. 86: ἤλαυνον δὲ πάντες καμήλους ταχυτῆΤΑ οὐ λειπομέ-
 ς ἵππων.

Recte R ταχυτῆΤΙ. namque διαφέρειν et λείπεσθαι cum dati-
 s componuntur.

VII. 92: αἶγος δέρμα περι τοὺς ὤμους αἰωρεύμενον.

R δέρμαΤΑ — αἰωρεύμεΝΑ, ut mox πίλους.

VII. 96: ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφός.

Veteres dicebant ΠΡΟΣ ἀμφοτέρων, ut cap. 99: ἐξ Ἀλικαρνη-
 ὦ τὰ πρὸς πατρός, τὰ μητρόθεν δὲ Κρήσσα.

VII. 99: Artemisia ἐσρατεύετο οὐδεμιῆς ἐούσης ἀναγκαίης.

R οὐδεμιῆς οἱ ἐούσης. Praeterea scribendum: CTNεσρατεύετο.

VII. 100: ἐπεὶ ἠρίθμηCE τε καὶ διετάχθη ὁ στρατός.

Non tam perplexo Herodotus scribere solet. Optime Schaefer
 ἠρήθη τε καί.

VII. 103: οὐ φῆς τούτων τῶν ἀνδρῶν βασιλεὺς [αὐτός] γενέσθαι.

In R est αὐτοὺς βασιλεὺς, at tu reseca importunum αὐτός.

Post pauca ita pergit: εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς
 κτιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δὲ γε ΔΙΖΗΜΑΙ εἴκοσι εἶναι
 γάξιον.

Idem est διζημαι atque ζητῶ prorsus ab loci sententia alienum. Verum servat solus R σὲ δὲ γε ΔΙΚΑΙΟΝ εἶποσι εἶναι ἀντάξω.

VII. 104: καίτοι ὡς ἐγὼ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε ἐσογὰς εἰ-
νους, αὐτὸς μάλιστα ἐξεπίσειαι.

Stein suspicatur lacunam esse post ἐκείνους, sed acerba ironia est neque quidquam excidit.

VII. 104: μαχοίμην ἂν πάντων ἦδιστα ἐνὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν
οἱ Ἑλλήνων ἕκαστός Φησι τριῶν ἀξίος εἶναι.

Emenda: οἱ — ἕκαστός ΦΛσι.

VII. 109: ταύτην τὰ ὑποζύγια μούνα ἀρδόμενα ἀνεξήρην.

In R est ἀνεξήρην. Ad Homeri Iliad. Φ 346:

ὡς δ' ὄτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδὲ' ἀλωήν
αἰψ' ἀνεξήρην.

annotatur: Ἄρισταρχος ἀνεξήρην (non ἀνεξήρην) et in Vid.:
θερμήνη μὲν Φησιν ἀλλ' οὐ ξηρήνη διὰ τὸ κακόφρονον.

Etiam in A B lacunae sunt ubi in R nihil deest; veluti VII
114: Περσικὸν δὲ τὸ ζῶντας κατορύσσειν.

Si Xenophon scivisset Περσικὸν εἶναι τὸ ζῶντας κατορύσσειν,
non scripsisset ea quae nunc leguntur in *Anabasi* I. 6. 11.

VII. 119: καὶ τᾶλλα ὅσα ἐπὶ τράπεζαν τιθέσθαι πάντα.

Non amat ita dicere Herodotus sed ὅσα τίθεται, quod R
servavit.

Paullo ante ex R recipiendum κτήνεα σιτεύεσκον pro εἰσίτων.

VII. 121: ἀπ' ἧς καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐκωνυμίην ἔχει.

Redde Herodotum suum Ἐπ' ἧς.

VII. 125: καταφοιτούντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας καὶ λει-
πόντες τὰ σφέτερα ἤθεα — τὰς καμήλους ἐπεραΐζον.

Λιπόντες τὰ ἤθεα, opinor, id faciebant.

VII. 127: μέχρι ΛΥδιδῶ τε ποταμοῦ καὶ Ἀλιάκμονος.

Verum fluminis nomen est Λοιδίας, non Λυδίας, ut Harpo-

ion annotavit ad Aeschinem *de F. L.* pag. 44, 30: *κατὰ Λοιδίαν ποταμόν.* Sexcenties in Herodoti libris OI et T conluntur ut in OIσθησαν pro ὕσθησαν III. 10.

Π. 128: *τοὺς ΚΑΤηγεμόνας τῆς ὁδοῦ εἶρετο.*

lecte R *τοὺς Ἑγεμόνας*, ut constanter veteres dicere solent.

Π. 130: *ὥς Θεσσαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν ὀρέων ὑποβρυχῆσθαι.*

Delius R *ὑπόβρυχα*.

Π. 130: *δοκέων — Ἄπὸ παντός σφεας τοῦ ἔθνος ἐπαγγέλλαι Φιλίην.*

mo vero *Ἐπὸ παντός* et sic diserte in R scriptum est.

Π. 133: *ὄ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι — συνήνεκε ἀνεθέλητον ἔσθαι οὐκ ἔχω εἶπαι [τι].*

Deleto importuno *τι* scribe *οὐκ ἔχω εἶπαι*, ut in Codice R tur.

Π. 135: *τί δὴ Φεύγετε βασιλεῖ Φίλοι γενέσθαι; ὄρατε γὰρ ἐπίσταται [βασιλεύς] ἄνδρας ἀγαθοὺς τιμᾶν.*

Veriliter repetitum *βασιλεύς* expungendum.

Π. 139: *οὐκ ἂν ἀμαρτάνοι τὸ ἀληθές.*

ceptam oportuit Schaeferi emendationem *τᾶληθές*, et in . 140 Reiskii: *λιπὼν φύγ' Ἐσχατα γαίης* pro *λιπὼν Φεῦγ' ατα*.

VII. 139: [*τοῦτο*] *τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν, ὅσον μὴ ἐμήε, αὐτοὶ οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγεύραντες.*

Delendum est *τοῦτο*, quod sensu vacuum est.

VII. 141: *συνεβούλευέ σφι ἰκετηρίην λαβοῦσι — χρᾶσθαι τῷ ἰσηρίῳ ὡς ἰκέτας.*

Quod vel sine libris erat restituendum *ἰκετηρίᾱς λαβοῦσι*, arte in R scriptum est.

Continuo sequitur: αἰδεσθεῖς τὰς ἱκετήριαις τάσδε τὰς τι ἴμεν φέροντες.

VII. 142: τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι δοκέειν σφίτι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέσεσθαι· ἢ γὰρ ἀκρόπολις τὴ πάλαι [τῶν Ἀθηναίων] ῥηχρῶ ἐπέφρακτο.

Estne aliquis qui τῶν Ἀθηναίων retinere velit praesertim eo loco positum?

VII. 143: εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος — οὐκ ἂν οὕτω μὴ δοκέειν ΗΠΙΩΣ χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε „ὦ σχετλίη Σαλαμίς” [ἐπὶ τοῦ „ὦ θεῖη Σαλαμίς.”]

Reseca importunum additamentum. Inest eius rei notio in ἡπίως χρησθῆναι.

VII. 144: ἔμελλον λάξεσθαι ὄρχηδὸν [ἔκαστος] δέκα δραχμῆς. Ὁρχηδὸν idem est quod κατ' ἄνδρα, *viriūm*. Itaque manifestum est emblema.

VII. 145: ἔδοκεε — καταλλάσσεσθαι — τοὺς κατ' ἀλλήλους εἶοντας πολέμους· ἦσαν δὲ πρὸς τινὰς καὶ ἄλλους ἐγχεκρημένοι, ἢ δὲ ὧν μέγιστος Ἀθηναίοισι τε καὶ Αἰγινήτησι.

Portentum verbī est ἐγχεκρημένοι. Nihil prodest Hesychius: Ἐγχεκρημένοι: σπονδὰς ἔχοντες.

Si pro bellum conflatum est dici potest ὁ πόλεμος *CTυκέκρηται*, bene est; εἰ δὲ μή, melius quaerendum.

Permultas Hesychius λέξεις Herodoti in farraginem suam recepit, multos eiusdem locos Suidas descripsit, sed nihil *boni* inde lucrati sumus.

VII. 145: — ἐβουλεύσαντο κατασκόπους ΠΕΜΠΕΙΝ ἐς τὴν Ἀσίαν τῶν βασιλέως πρηγμάτων, ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους ὁμακμίην συνθησομένους πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ ἐς Σικελίην ἄλλους [τίεπειν] παρὰ Γέλωνα.

Exime secundum πέμπειν. Et ἀγγέλους et ἄλλους pendet ex πέμπειν, quod praecedat.

Continuo sequitur: [Φρονήσαντες] εἰκώς ἐν γένειτο τὸ Ἑλληνικόν.

Vitiose abundat Φρονήσαντες. Quid tritius quam εἴ πως, ἦν πως, αἶ κέν πως, εἴ πως, si incertae rei facit periculum? Graeci legatos miserunt εἰρητιῆρι an tota Graecia in unum cogi posset.

VII. 145: συλλεγομένων δὲ ἐς ταῦτὸ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα [Ἑλλήνων τῶν] τὰ ἀμείνω Φρονούντων.

Rectissime Bekker exprunxit Ἑλλήνων τῶν. cf. cap. 172: ἀπὸ τῶν πολιῶν τῶν τὰ ἀμείνω Φρονεουσέων περὶ τὴν Ἑλλάδα.

VII. 145: τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα μεγάλα ἐλέγετο εἶναι οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν Τῶν οὐ πολλὸν μείζω.

In tali re dicitur οὐδεὶς ὅστις οὐ, οὐδενὸς ὅτου οὐ, οὐδενὶ ὅτῳ οὐ, et in plurali οὐδένων (Iones οὐδαμῶν) ὅτων (ὄτων) οὐ, idque reponendum.

VII. 146: ἔτι περιεόντας αὐτοὺς κατέλαβον καὶ Ἦγον ἐς ὄψιν τὴν βασιλείας.

Lege Ἦγαγον. Perpetua ferme in libris haec confusio est. In Codice R diserte ἦγαγον scriptum est.

VII. 150: ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος — ὡς Ξέρξης ἔπεμψε κήρυκα ἐς Ἄργος — ἐλθόντα δὲ τοῦτον [λέγεται] εἰπεῖν ἄνδρες Ἄργεῖοι κτέ.

Inepte λέγεται de suo inseruit nescio quis qui Graecae compositionis in talibus rationem ignorabat. Praecedente enim oratione directa ab ὡς vel ὅτι incipiente, id quod continuo additur Per γάρ aut δέ coniunctum necessario in oratione indirecta ponendum: — ὡς Ξέρξης ἔπεμψε — ἐλθόντα ΔΕ τοῦτον εἰπεῖν.

VII. 151: Ἀργείους δὲ — εἰρωτῶν Ἀρτοξέρξεα τὸν Ξέρξεω εἴ οἱ ἔτι ἐμμένει ἐθέλουσι τὴν πρὸς Ξέρξην Φιλίην συνεκράσαντο.

In A B est ἐμμένειν ἐθέλουσι in B ἐμμένει omisso ἐθέλουσι. Recte id quidem sed superest vitium in Ἐμμένει, quod in ΣΤΜμμένει convertendum. Ἐμμένειν noto sensu cum dativis componitur: ἐμμένειν τῇ πίσει, τῷ ὄρκῳ, τῇ Φιλίᾳ, ταῖς σπονδαῖς et similia complura. Contra συμμένειν dicitur id quod firmum

ac stabile est et permanet et perdurat. Herodotus I. 74: συμ-
βάσιεις οὐκ ἐθέλουσι συμμενεῖν, et sic passim apud alios.

Etiam in sqq. reponendum: βασιλέα δὲ Ἄρτοξέρξεια μάκκα
CTMμένειν φάναι, pro ἐμμένειν.

VII. 153: τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔργα οὐ πρὸς τοῦ ἄπαντος ἀλλή-
νερόμικα γίνεσθαι.

Nemo in tali re dicit: οὐ πρὸς τοῦ ἄπαντος ἀνδρός sed πρὸς
παντὸς ἀνδρός, ut in illo:

οὐ παντὸς ἀνδρός ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς
aut οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρός, ut apud Cratinum Athen. pag. 681:
γλαῦκον οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρός ἔστιν ἀρτῦσαι καλῶς.

Herodotus igitur dicere potuit aut οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρός aut
servato articulo οὐ πρὸς τοῦ ΤΤΧόντος ἀνδρός.

VII. 154: τῶν δὲ εἶπον πολλῶν τουτέων πλὴν Συρηκουσίην ἡ-
δεμία ΠΕΦευγε δουλοσύνην πρὸς Ἴπποκράτους.

Quid sibi vult in tali re perfectum πέφευγε? Verum repperit
Eltz: οὐδεμία Ἄπεφτυγε δουλοσύνην.

VII. 157: ἐπάγων πάντα τὸν ἡῶν στρατὸν [ἐκ τῆς Ἀσίης].
Idem iam melius dixerat.

VII. 158: τάδε Ἄπαντα.

Melius R τάδε πάντα. Post pauca: περιελήλυθε ὁ πόλεμος [καὶ
ἀπίκται] ἐς ὑμέας, tolle embloma.

VII. 159: εἰ μὲν βούλει βοηθεῖν τῇ Ἑλλάδι ἴσθι ἀρξίμοις
ὑπὸ Λακεδαιμονίων· εἰ δ' ἄρα μὴ δικαιοῖς ἀρχεσθαι, σὺ δὲ μὴ
βοήθεε.

Eximia lectio est in solo R: σὺ δὲ μὴδὲ βοηθέειν. cf. III
134: σὺ δὲ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι. Thucyd. V. 9:
Σὺ δέ, Κλεαρίδα, — αἰφνιδίως τὰς πύλας ἀνοίξας ἐπέκλι-
Herod. IV. 126: σὺ δὲ σάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι.
IV. 163: σὺ μέντοι ἥσυχος εἶναι κατελθὼν ἐς τὴν σεισηπ-
VII. 141:

μηδὲ σύγ' ἴπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα.

Homerus Iliad. IX. 255:

σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν

ἴσχειν ἐν σήθεσσι.

l hunc igitur modum Herodotus dixit: σὺ δὲ μηδὲ βοηθέειν.

I. 161: φθάσας δὲ — ἀμείβετο.

ia Herodotus constanter utitur aoristo φθῆναι, non φθάσαι, tendum φθὰς δέ.

I. 161: μάτην γὰρ ἂν ὧδε παράλον Ἑλλήνων στρατὸν πλείστον ἐκτημένοι, εἰ Συρηκοίοισι ἰόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσομεν ἰγεμονίης.

posite Elmsleius cum his comparavit locum Euripidis in *Al.* vs. 288:

μάτην γὰρ ἦβην ὧδέ γ' ἂν κεκτήμεθα
πολλὴν ἐν Ἄργει μὴ σε τιμωρούμενοι.

[. 162: ὁμοῖς οἴκατε τοὺς ἄρχοντας ἔχειν, τοὺς ΔΕ ἀρξομένους ἔξειν.

ste R: τοὺς ΜΕΝ ἄρχοντας ἔχειν.

[. 163: ταύτην μὲν τὴν ὄδον ἠμέλησε, ὁ δὲ ἄλλης εἶχετο.

nifesto mendosum est τὴν ὄδον ἠμέλησε, neque enim verbo τὴν hic locus est et ἀμελεῖν regit genitivum.

ad sit restituendum frustra quaero.

[. 164: — διὰ δικαιοσύνην, τὴν οἱ αὐτοὶ ἄλλην συνήδεον.

rigendum arbitror: συνήδεον Ἐνεοῦσαν. Pro ἀνὴρ δίκαιός τιον dicitur δικαιοσύνην ἔχω, neque δικαιοσύνη ἐστί μοι, sed

et pauca: κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, fallitur qui electum volebat.

capitis initio: Ἀπὸ δικαιοσύνης ἐς μέσον Κφόισι καταθεῖς ἰσχὴν, optime R ἀλλ' Ἐπὸ δικαιοσύνης.

[. 164: ἀπίκετο ἐς τὴν Σικελίην [ἀπὸ] πάντα τὰ χρήματα

nerica haec tmesis est ἀπὸ τὰ χρήματα ἄγων, non Hero-

doctea, et postulatur simplex ἄγειν, non ἀπάγειν. Sine mendo in R scriptum est: ἐς τὴν Σικελίην πάντα τὰ χρήματα ἄγειν.

VII. 166: λέγουσι ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἐν τε τῇ Σικελίῃ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκην τὸν Καρχηδόνιον καὶ ἐν Σαλαμίῃ τοὺς Ἑλληνας τὸν Πέρσην· τὸν δὲ Ἀμίλκην — ὡς ἡ συμβολή τε ἐγένετο καὶ ὡς ἐσοῦτο τῇ μάχῃ ἀφανισθῆναι [πυθάνομαι].

Evidens in pauois est futile additamentum. De more ubi praecedit ὡς vel ὅτι transitur ad accusativum cum infinitivo. Nonne satis clamat ipsa sedes πυθάνομαι esse spurium et insitium? cf. ad VII. 150.

VII. 167: οἱ μὲν βάρβαροι τοῖσι Ἑλλήσι [ἐν τῇ Σικελίῃ] ἐμάχοντο.

Quid ineptius interponi potuit quam ἐν τῇ Σικελίῃ hoc loco? Optime omittit Codex R, sed veraci testi non creditur.

VII. 167: ἔστι λόγος — ὡς οἱ μὲν βάρβαροι — ἐμάχοντο ἔξ ἡοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης (ἐπὶ τοσοῦτο) γὰρ [λέγεται] ἐλκύσαι τὴν σύρασιν.

Eodem argumento λέγεται spurium esse arguitur quo usus sumus VII. 150. VII. 166. VII. 168.

VII. 168: — φράζοντες ὡς οὐ σφί· περισπτόν ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη· ἦν γὰρ σφαλῆ σφεῖς γε οὐδὲν ἄλλο ἢ δουλεύουσι.

Certa loquendi lex orationem indirectam postulat. Itaque scribendum: σφεῖς γε οὐδὲν ἄλλο ἢ δουλεύουσιν, quam compositionem verborum quum non caperent Graeculi locum corruptum scilicet. cf. VII. 150. et VII. 166.

VII. 169: ἡ δὲ Πυθίη ὑπεκρίνατο· ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε ἡμῖν ἐκ τῶν Μενελαοῦ τιμωρημάτων Μίνως ἐπεμψε μηνίων δακρύματα, ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο αὐτῶ τὸν ἐν Καμικῷ ἵνανατον γενόμενον, ἡμεῖς δὲ ἐκείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἀρπασθεῖαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα;

In his unum vocabulum male lectum et sic non intellectum gravem corruptelam traxit. Quis intelligere potest in hac compositione οἱ μὲν — ἡμεῖς δέ, de quibus tandem οἱ μὲν sit dic-

tum? Sed unum vocabulum melius lectum et intellectum omnia restituet in integrum. Erat in vetusto libro ΟΤΙΟΙΜΕΝ — suspicatus est aliquis ΟΙ esse articulum, ὅτι οἱ μὲν, cui responderet ὑμεῖς δέ. Sed ΟΙ pronomen est, ὅτι οἱ (εἰδὶ) μὲν, et sic renascitur vera oppositio quae perspicue apparet ex indirecta oratione. Minos ipse ita dixit: ἜΜΟΙ μὲν οὐ συνεξεπρήξαCΘΕ τὸν — θάνατον —, ὑμεῖς δὲ ἘΚΕΙΝΟΙCΙ τὴν ἀρπασθεῖσαν γυναικα.

Itaque haec Herodoti manus est: ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαCΘΕ [αὐτῶ delendum] τὸν — θάνατον — ὑμεῖς δὲ ἐκείνοισι κτέ.

Tenemus nunc manifestum interpolatorem. Quum putaret οἱ esse articulum sequens συνεξεπρήξαCθε stulte convertit in: οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξανCΤΟ et de suo inseruit αὐτῶ. Nemo qui Herodotum trivis mirabitur ὑμεῖς, in ea sententiae parte collocatum. Sic solet οὐ δέ, ὑμεῖς δέ, οἱ δέ et similia componere. cf. V. 94: Ἔσοι Ἑλλήνων συνεπρήξανCτο Μενέλεω τὰς Ἑλένης ἀρπαγὰς, ubi rectissime, ut arbitror, Krueger reposuit συνεξεπρήξανCτο.

In loco, de quo agimus, mendosum est ΜεγελλοCΤ. Herodotus enim utitur forma Μενέλεως et eleganter τιμωρημάτων (ut ipsum τιμωρέειν) cum dativo composuit. In R recte legitur μενέλεCΙ, ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων, quod exquisite dicitur pro: ὅτι Μενέλεω ἐτιμωρήσατε. Similiter dixit cap. 171: οὐ Φλαυροτάτους φαίνεσθαι ἔοντας Κρήτας τιμωροὺς Μενέλεω.

VII. 169: τὴν ἐκ Σπάρτης ἀρπασθεῖσαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα.

Sic recte R. Mendose in AB scribitur ἀρπασθεῖσαν, ut II. 90. In AB est ὑπὸ κροκοδείλου ἀρπασθεῖς pro ἀρπασθείς, quod R servavit.

Ἀρπάζειν et παίζειν apud veteres habent has formas: ἤρπασα, ἤρπασμαι, ἤρπασθην, ἔπαισα, πεπαῖσθαι, apud sequiores ἀρπάξαι, ἀρπασθῆναι, et ἔπαιξα, πέπαικται, deinde scribae has formas inter se miscent.

VII. 170: ἀντὶ δὲ εἶναι νησιώτας.

Absurdum est in tali re articulum omittere et in vitis libris omnibus ἀντὶ δὲ ΤΟΤ εἶναι rescribendum.

VII. 171: ἌΠΟ τούτων δέ σφι ἀπονοσήσασι ἐκ Τροίης λιμήν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι.

Unice vera et sententiae congruens est Romani Codicis lectio ἌΝΤΙ τούτων. In utramque partem ἀντὶ τούτων accipi potest aut *de beneficio* aut *de malefacto*. Itaque significat aut *pro his meritis* aut *propter hoc facinus*. ἐκ τῶν συμφραζομένων nunquam est incerta aut ambigua optio. Cretenses dicuntur in bello Troiano strenuam Menelao operam dedisse et hinc Deorum iram movisse. Itaque fame et pestilentia vexati sunt.

Vide ἀντὶ τούτων sic usurpatum III. 59, III. 138, VI. 136, et ἀντ' ὧν III. 140.

VII. 173: ἐσρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων Εὐαίνετος ὁ Κερήνου ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, γένεος μέντοι ἑῶν [ΟΤ] τοῦ βασιλῆου.

Et sententia perversa erit et collocatio verborum donec importunum οὐ expunxeris. Quid attinebat narrare Euaenetum esse genere regio prognatum, quum praeter pauculos Spartani omnes non essent regio genere nati? Quis Graecorum dicebat ἑῶν οὐ pro οὐκ ἑῶν. cf. VIII. 42: ναύαρχος μὲν νυν ἐπὶν — Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδew ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μεντοι γένεός γε τοῦ βασιλῆου ἑῶν. Haec demum est Graeca compositio. Addidit hoc Herodotus quia mirum poterat alicui videri eum cum summo imperio toti Graecorum classi praeesse qui non esset stirpe regia oriundus. Eadem de causa commemoravit Euaenetum τὸν πύλεμαρχον σρατηγεῖν ὄντα τοῦ βασιλείου γένους. cf. et VII. 94: τούτους μὲν τοιαύτη φάτις ἔχει ὑπὸ Ἀθηναίων, οὐ μέντοι αὐτῶν γε Κορίνθιοι ὁμολογεύουσι.

VII. 176: τὸ — τεῖχος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιῶν τε ἐδίδραμι καὶ τὸ πλεον αὐτοῦ ἤδη ὑπὸ χρόνου ἔκειτο.

Sic recte R τὸ πλεον αὐτοῦ. Stulte legitur in A B τὸ τε λαίδον αὐτοῦ.

VII. 183: ταῦτα οἱ Ἕλληνες — πυνθάνονται ΠΑΡΑ πυρῶν ἐκ Σκιάθου.

Longe melior lectio in Codice R servata est ΔΙΑ πυρῶν.

VII. 183: μεταρμίζοντο ἐς Καλκίδα φυλάζοντες μὲν τὸν Εὐριπὸν, λείποντες δὲ ἡμεροσκόπους περὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς Εὐβοίας.

Imo vero λιπόντες, ut opinor.

VII. 188: ἄτε γὰρ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐόντος οὐ μεγάλου πρόκροσσαι ἔρμενοντο ἐς πόντον.

Lege ὄρμεον. Praecedit: ἄλλαι δ' ἐπ' ἐκείνησι (ὄρμεον) ἐπ' ἀγκυρέων.

VII. 188: ἦν τε ΤΟΤ χειμῶνος χρεῖμα ἀφόρητον.

Duabus litterulis repetitis scribe: ἦν τε ΤΟ τοῦ χειμῶνος χρεῖμα ἀφόρητον.

VII. 194: βασιλέα μὲν δὴ Δαρεῖον οὕτω διαφυγῶν μὴ ἀπολέσθαι περιῆν, τότε δὲ ἐς τοὺς Ἑλληνας κατακλώσας ἐμελλε οὐ τὸ δεύτερον διαφυγῶν ἔσεσθαι.

Sine controversia in his vitium alitur. Graece dici non potest μέλλω διαφυγῶν ἔσεσθαι pro μέλλω διαφεύξεσθαι. Eleganter coniecit Reiske: διαφυγῶν ΠΕΡΙέσεσθαι. Equidem vocabulum πνον periisse suspicor sic supplendum: ἐμελλε οὐ τὸ δεύτερον διαφυγῶν ἌΘΗΙΟC ἔσεσθαι.

VII. 197: αὐτὸς τε ἔργετο αὐτοῦ καὶ τῆ στρατιῇ πάσῃ παρήγευε.

In B scriptum est εἶργετο ex certa Herodoti consuetudine. Herodotus dicit: ἔργω, κατέργω, ἀπέργω, ἐξέργω, sed in imperfecto et aoristo addit augmentum. V. 22: ἐξείργον μιν. V. 63: κατείργξαν, et h. l. VIII. 197: εἶργετο. Reponendum est IV. 164: ἔργετο τῆς πόλιος. Mendose VII. 96: A B ἐξείργομαι, recte B ἐίργομαι.

Sine mendo in omnibus est VII. 139: ἐξέργομαι γνώμην ἀπολέσασθαι, et IX. 111: ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος.

In passivo saepius solum ἀπεργόμενος occurrit, veluti VI. 79: ἐξικάλεε — τοὺς ἐν τῷ ἱρῷ ἀπεργόμενους.

VII. 206. ἐνένωντο et 207. διενένωντο.

In A B est ἐνευδῶντο et διευενδῶντο. Codex R veram formam servavit sed vitioso accentu: ἐνευῶντο et διευενῶντο.

Duas optimas Valckenarii emendationes olim receptas oportuit VII. 207: Φωκίων καὶ Λοκρῶν περισπερχΘόντων. Nihili vocabulum hoc quidem est. Reposuit Valckenaer περισπερχΘετων. Σπέρχεσθαι et περισπέρχεσθαι idem est quod θυμούσθαι, ὀργίζεσθαι.

Altera bona correctio spreta est VII. 208: οὔτε γὰρ τις εἰσὶν ἀλογίης τε Ἐνεκύρησε πολλῆς.

Sensit vitium Valckenaer et sustulit scribendo ἀλογίης — Ἐκύρησε πολλῆς, nam neque ἐγκυρεῖν cum genitivo componi potest et sententia requirit ἔτυχε.

VII. 210: τέσσερας μὲν δὴ παρεξήκε ἡμέρας ἐλπίζων αἰείσφει ἀποδρήσεσθαι.

Quod in solo Vaticano Codice scriptum est παρήκεν (παρήει) unice verum videtur. Herodotus saepius verbo παριέναι utitur, non παρεξίεναι, cf. VII. 183: ἕνδεκα ἡμέρας παρέντες μετὰ τῆ βασιλέος ἐξέλασιν, I. 77: τὸν χειμῶνα παρέντες.

VII. 214: εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεύς ταύτην τὴν ἀτραπὸν ΟΝΗΤΗΣ, εἰ τῆ χώρῃ πολλὰ ὠμιληκῶς εἶη.

Vulgata lectio impedita et corrupta sic facillime in integrum restituetur: erat in antiquo Codice ΑΤΡΑΠΟΝΤΙC unde natum est ἀτραπὸν ὈΝΗΤΗΣ, quum esset legendum: εἰδείη μὲν γὰρ ἂν — ταύτην τὴν ἀτραπὸν ΤΙC, εἰ τῆ χώρῃ πολλὰ ὠμιληκῶς εἶη.

Nunc demum optativorum εἰδείη ἂν et ὠμιληκῶς εἶη ratio constat.

Paullo ante editur: Φεύγοντα Ἐπιάλτην ταύτην τὴν αἰτίην οἶδαμεν.

Inauditae sunt veteribus formae οἶδαμεν, οἶδατε, οἶδασι. Homerus ἰδμεν dicebat, Herodotus ἰδμεν, Attici ἴσμεν. Graeculi et Iudaei et Christiani οἶδαμεν. Non est mirum has formas ab imperita scribarum natione inter sese confundi miscerique omnia.

VII. 218: ἐλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι Φανήσεσθαι ἀντίξω ἐνεκύρησαν στρατῶ.

Perspicuum est, quia non de singulis hominibus sermo est, οὐδέν σφι Φανήσεσθαι ἀντίξω reponi oportere. Sed nihil

coniectura opus est, diserte enim in AB οὐδὲν σφι scriptum est.

VII. 215: τὰ ὑπέσχετο δ' Ἐπιάλτης κατεργάσασθαι.

In A est κατεργάσασθαι, quod etiam sine libris reponi oportebat.

VII. 220: ἐκέχρητο γὰρ ὑπὸ τῆς Πυθίης - ἢ Λακεδαίμονα ἐνάσατον γενέσθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἢ τὸν βασιλέα σφέων ἐπολέσθαι.

In AB est ἀπολέσθαι, quod verum est. Perfice loci emendationem scribendo ἀνάσατον ἔσασθαι, quod in B fideliter servatum est.

In ipso oraculo nunc legitur: ἢ μέγα ἄστν — κέρθεται — ἢ ἐνΘΗCΕΙ βασιλῆ φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρος.

Manifesto requiritur futurum κέρCεται, ut in Iliad. Ω. 728: πρὶν γὰρ πόλις ἦδε κατ' ἄκρης

κέρσεται.

Oenomaus Cynicus in lepido fragmento apud Eusebium κέρCεται obtulit sed pro inutili spernitur.

VII. 233: ἐμάχοντο ὑπ' ἀναγκαίης [ἐχόμενοι], et: ὑπὸ δὲ ἐναγκαίης [ἐχόμενοι] ἐς Θερμοπύλας ἀπικοίατο.

Bis expunge fatuum emblema. Omnia sunt in ὑπ' ἀναγκαίης, necessitate coacti pugnabant. Eodem modo dicitur ὑπ' ἀπορίας, ὑπ' ἀμμηχανίας, ὑπὸ λιμοῦ, ὑπὸ λύπης, ὑφ' ἡδονῆς, et alia sexcenta. Cf. VII. 172: Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης τὸ πρῶτον ἐμήσαν. IX. 17: ἐμήδιζον οὐκ ἐκόντες ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης.

VII. 233: τῶν Ἑλλήνων ἐπειγομένων ἐπὶ τὸν κολωνόν.

Sic recte R ἐπειγομένων. In AB scriptum est sine sensu ἐπιγενομένων.

VII. 234: κῆσοι τινές εἰσι οἱ λοιποὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ τούτων κῆσοι τοιοῦτοι τὰ πολέμια;

Ne sit soloeca oratio corrige: καὶ τούτων Κῆσοι.

VII. 236: ἦν Ἰωσι ἀντία Πέρσῃσι ἐς μάχην, οὐδὲν τὸ παρεδὸν αἶμα ἀνιεύνται.

Nihil est *ἀνιεύνται*. Multum arridet Reiskii coniectura *ἐπίσονται*, modo reponatur proba et antiqua futuri forma *ἀπίσονται*. Ἄκείσθαι το τρώμα, *τερασσασθαι* dicitur ut I. 167: βουλόμενοι ἀκείσασθαι τὴν ἀμαρτάν. V. 91: νῦν πειρησόμεθά σφρα ἄρα ὑμῖν ἀκείμενοι.

VII. 237. ex Codice Romano scribendum: οὕτω ὡν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον ἔόντος ἐμοὶ ξείνου ἔχεσθαι τὰς τῷ λοιποῦ κελεύω.

Vulgo πέρι post κακολογίης omissum male adhaesit verbo περιέχεσθαι, unde Stein dedit: — ξείνου πέρι, ἔχεσθαι, sed tunc non potest tanto intervallo a κακολογίης separari.

AD LIBRUM OCTAVUM.

VIII. 1. νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ.

Veram lectionem habet R: ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν. Solent enim Graeci a minore numero ad maiorem transire. In antiquis libris erat ΗΚΠΙΙ, idque scribae suo arbitratu explebant.

Similiter cap. 2 ex R reponendum: μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσια.

VIII. 9: ὡς γὰρ ΔΗ ὠσάμενοι τὸν Πέρσην περὶ τῆς ἐκείνου τῆς τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο.

Quia nihil est ὠσασθαι τὸν Πέρσην miror non esse receptam emendationem Bekkeri: ὡς γὰρ ΔΙωσάμενοι, cf. IV. 102: οὐκ ἴδι τε εἰς τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίη ΔΙώσασθαι.

VIII. 4: δρησμὸν ἐβουλεύοντο ἀπὸ τοῦ Ἄρτεμισίου.

In R est δρησμὸν ἐβούλευον sed perinde esse videtur et utrumque probum. V. 124: Ἄριστογόρης — δρησμὸν ἐβούλευε. VIII. 97: Ἐέρξης — δρησμὸν ἐβούλευε. VIII. 100: ὑποκτεῖται ἢ αὐτὸν (Χερκετ) δρησμὸν βουλεύειν. VIII. 18: δρησμὸν δὴ ἐβούλευε ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Contra VIII. 75: οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται.

VIII. 5: οὗτοι τε δὴ ΠΑΝΤΕΣ δάροισι ἀναπεπεισμένοι ἦσαν.

Mendosum est πάντες, namque de duobus tantum haec narravit Eurybiade et Ocyto. Eximia lectio est in Romano Codice: Ἰπτοί τε δὴ ΠΛΗΓΕΝΤΕΣ (πληγέντες) δάροισι. Commodissime Dindorf attulit locum Plutarchi in *Demosthene* cap. 25: οὐ γὰρ πτόσχευ ὁ Δημοσθένης ἀλλὰ πληγείς ὑπὸ τῆς δωροδοκίας ὥσπερ παραδεγμένος Φρουρὰν προσκεχωρήκει τῷ Ἀρπάλῳ. Idem est πληγείς δάροισι et πληγείς ὑπὸ τῆς δωροδοκίας.

VIII. 5: ἠπιστάτο — ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν — τὰ χρήματα.

Compluribus locis apud Herodotum Ionicum Ἀθηνέων conversum est in Ἀθηναίων, sed nusquam id vitium evidentius est quam hoc loco: neque enim sic praepositioni ἐκ locus est et absurdum est putare hanc pecuniam a populo Atheniensi missam misse.

Bekker olim Ἀθηναίων correxerat, sed frustra.

VIII. 11: καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδοσαν (αὐτῷ π. R) χώρον ἐν Σαλαμῖνι.

In verbis καὶ Οἱ Ἀθηναῖοι non est articulus οἱ sed pronomen: καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, itaque αὐτῷ spurium esse apparet. cf. I. 100: καὶ οἱ κατάσκοποι — ἦσαν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν, ubi pronomen esse οἱ perspicuum est.

VIII. 15: συνέπιπτε δὲ ὥς τε τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι κτῆ.

Sic R, sed melior scriptura est in AB: ὥς τε ταῖς αὐταῖς μετέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι.

VIII. 18: τρηχέως δὲ περιεφθέντες.

Quod ex Plutarcho affertur περιεφθέντες non est discrepans scriptura sed dormitantis scribae error. Frequens est apud Herodotum τρηχέως περιέπειν, male *mutare*. cf. VIII. 27: ἐσώθησαν πρὸ τῶν Φωκίων καὶ περιέφθησαν τρηχέως. VI. 15: περιέφθησαν τηχύτατα Χίοι.

VIII. 19: convocatis ducibus Themistocles παραίναε προειπεῖν

τοῖσι ἑωυτῶν ἐκάσους πῦρ ἀνακαίειν — καὶ αὐτίκα ΠΤΡ Ἄνα-
καυσάμενοι ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα.

Una literula addita lege ΠΤΡΑ (πυρὰ) ἀνακαυσάμενοι, tot enim
ignes ardebant quot erant στρατηγοί. Sed vehementer displicet
pluralis numerus in τοῖσι ἑωυτῶν ἐκάσους, quia de singulis
ducibus sermo est, et sic requiritur τοῖσι ἑωυτοῖ ἐκάσους τῶν
ἀνακαίειν.

VIII. 20: οὔτε ΤΙ ἐξεκομίσαντο οὐδὲν οὔτε προσεσάξαντο.

Inapte sic coniunguntur τι et οὐδέν. Optime R molestum τι
omittit.

VIII. 21: οἱ δὲ — οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν.

Credo Herodotum ἰασι scripsisse οὐκ ἐς Ἄμβολας, qua forma
etiam Tragici utuntur. Euripides *Heracleid.* vs. 271:

κλάων ἄρ' ἄψει τῶνδε κούκ ἐς ἀμβολάς.

et in *Helena* vs. 1297:

οὐκ ἐς ἀμβολὰς εὐεργετήσω σε.

VIII. 8: ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσῃ ἐς
τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρέσχθε ὦς τότε.

Repetita una literula scribe: παρέσχθε ὦς τότε.

VIII. 25: πάντες δὲ ἠπιστάτο τοὺς κειμένους εἶναι [πάντες]
Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιάας.

Emenda: πάντας δὲ ἠπιστάτο et sequens πάντας expunge.

VIII. 26: οἱ δὲ σφι ἔλεγον ὡς Ὀλύμπια ἄγούσι καὶ θεωροῦσιν
ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἵππικόν.

In R scriptum est ἄγούσιεν καὶ θεωροῦσιεν, quod non erat sper-
nendum.

VIII. 26: εἶπας γνώμην γενναιοτάτην ΤΙΓΡΑΝΗΣ ὁ Ἄρταβάνου
δειλίην ὄφλε πρὸς βασιλέως.

Indigne spreta est Vaticani Codicis verissima lectio Τριταν-
ταίχμης ὁ Ἄρταβάνου, cf. VII. 82: Τριτανταίχμης ὁ Ἄρταβάνου
et VIII. 121: τῆς ἐστρατήγεον Τριτανταίχμης τε καὶ Γέργις.

VIII. 28: ἀμφορέας κεινούς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν.

In R est κεινούς, qua forma Herodotus uti solet, cf. I. 73: οἰήσαντας δὲ αὐτοὺς κεινῆσι χερσὶ, et sic passim.

VIII. 30: εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἠϋξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, μῆδιζον ἂν οἱ Φωκέες.

Perinde bene dicitur ἐμοὶ δοκέειν et ὡς ἐμοὶ δοκέει, sed ὡς μοὶ δοκέειν nemo dicebat.

VIII. 35: τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν καὶ Δαυλίων καὶ ΛΙΟΛΙΔΕΩΝ.

Certam et evidentem Valckenarii emendationem Stein ne commemoravit quidem. Et aliunde et ex *Iliade* B. 519. ubi Phoenisium urbes enumerantur:

οἱ Κυπαρισσὸν ἔχον — καὶ Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα,

οἳ τε ΛΙΛΑΙΑΝ ἔχον πηγῆς ἐπι Κηφισοῖο.

το inepto Λιολιδέων reposuit Λιλαιέων. Stephanus Byz. Λίλαια, ὄλις Φωκίδος — ὁ πολίτης Λιλαιεύς.

VIII. 37: bis editur τὸ ἱρὸν τῆς Προναίης Ἀθηναίης.

Utrouque in R est vera lectio Προνηίης et iterum cap. 38: cap. 39.

VIII. 38: δύο γὰρ ὀπίστας μέζοντας ἢ κατ' ἀνθρώπων φύσιν ζοντας ἔπεσθαί σφι.

Expungunt ἔχοντας, quod quis tandem addidisset? Delendum ut φύσιν ἔχοντας. Herodotus dixerat: μέζοντας ἢ κατ' ἀνθρώπων. rtum est mendum ἀνθρώπων, quo facto nescio quis φύσιν ζοντας adiecit de suo.

VIII. 41: — τῆ τις δύναται σώζειν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. Abest necessarius articulus: scrib. σώζειν ΤΑ ΤΕ τέκνα καὶ οὗς οἰκέτας.

VIII. 40: βουλήν ἔμελλον ποιήσασθαι.

Accipe quod R obtulit ποιήσασθαι.

VIII. 42: ἀνὴρ Σπαρτιάτης, οὐ μέντοι γένεος τοῦ βασιλεῖος ἐών.

Deest aliquid ut sit proba et sincera lectio. Boni scriptores

dicunt: οὐ μέντοι — ΓΕ. Dedimus aliquot exempla supra, et Thucyd. I. 3: οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο — ἐκπαῖσαι.

IV. 72: οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ βεβαίως οὐδέτερα τελευτήσαντες ἀπεκρίθησαν. IV. 78: οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἰργασθαι. VII. 14: ἠδῶ μὲν — οὐ μέντοι χρησιμώτερά γε. In Platonis *Rep.* pag. 329 c: καὶ λέγουσι μὲν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται, transpone: οὐ μέντοι ὅσον γε οἴονται. Eodem modo Herodotum esse locutum declarat Codex R, in quo diserte scriptum est: οὐ μέντοι γένεος ΓΕ τοῦ βασιληίου ἑών.

VIII. 46: Αἰγινῆται τριήκοντα (νέας) παρείχοντο. ἦσαν μὲν σφὶ καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες.

Aegre desideres earum numerum. Erat ΑΛΛΑΙΓ, id est καὶ ἄλλαι ΔΕΚΑ.

VIII. 46: ἔθνος ἑὸν Ἴωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων, et post pauca Ἴωνες ἀπὸ Ἀθηναίων, et cap. 48: Ἴωνες ἐόντες ἀπὸ Ἀθηναίων. Ter corrigendum: ἀπὸ Ἀθηναίων.

VIII. 48: τριηκόσαι καὶ ἐβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.

Erat ΗΗΗ|Α|ΔΔΠΙΙΙ, id est ὀκτώ καὶ ἐβδομήκοντα καὶ τριηκόσαι, ut recte in R scriptum est.

VIII. 49: εἰ νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ.

Recte R ἦΝ νικηθέωσι.

VIII. 53: καίτοι περ ἀποκρήμονου ἐόντος τοῦ χώρου.

Quis umquam dixit καίτοι περ? Dicebant omnes ut est in Codice R καίπερ ἀποκρήμονου ἐόντος.

VIII. 56: ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο ὧC ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα.

Quod necessario requiritur ὥστ' ἔνιοι τῶν στρατηγῶν recte in R legitur. Paulo ante leg. περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν. VIII. 57: οὐτ' ἄρα — περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχίσεις.

Repone οὐτ' ἄρα, id est οὗτοι ἄρα, et a Plutarcho accipe οὐδὲ περὶ μιῆς ἔτι πατρίδος.

Οὐτάρα „*maiores habet vim quam οὐκ ἔρα*” ut scribit Elmsleius id Euripidis *Heraclid.* vs. 269:

οὐτάρ' ἐς Ἄργος ῥαδίως ἄπει κάλιν,

ibi multos locos similes ex Tragicis collegit.

Reddidimus οὐτάρα pro οὔτε ἔρα Platoni in *Var. Lectt.* pag. 528.

Apud Herodotum quoque οὔτε semel positum fraudem arguit.

VIII. 59: πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδην προεῖναι [τὸν] λόγον τῶν πῖνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγούς.

Vitiose abundat τὸν. Dicebant προτιθέναι λόγον, προτιθέναι γνώμην, ubi articulo locus non est. cf. VIII. 49: προθέντος Εὐρυβιάδω γνώμην ἀποφαίνεσθαι — τῶν δὲ λοιπῶν περὶ προτιθεί. Aristophanes *Eccles.* vs. 396:

ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι περὶ σωτηρίας
γνώμας προεῖναι τῆς πόλεως.

Thucyd. I. 139: οἱ Ἀθηναῖοι γνώμας σφίσιν αὐτοῖς προτίθεσαν. cf. III. 36.

VIII. 60: ἐν πελάγει ἀναπεπταμένῳ ναυμαχῆσεις [ἐς] τὸ ἤκιστα ἡμῖν σύμφορον ἐστίν.

Dele ἐς et omnia procedent optime: id quod minime est e re ποῖστα, ut post pauca: τὸ γὰρ ἐν φεινῷ ναυμαχεῖν πρὸς ἡμέων ἐστίν.

VIII. 60: οἰκῶτα μὲν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπί-
κταν ἐθέλει γίνεσθαι.

Non satis est γίνεσθαι. Supple ἐθέλει ET γίνεσθαι, id est res prosperere ac feliciter evenire solet.

VIII. 62: σὺ εἰ ΜΕΝέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσαι ἀνὴρ ἀγαθός·
δὲ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα.

Quod olim conieceram εἰ ΜΕΝ μενέεις αὐτοῦ video a Werfero esse occupatum, sed miror certam correctionem non esse receptam. Nota est et frequens haec elliptica verborum compositio, qua εἰ ΜΕΝ vel ἢν ΜΕΝ necessarium est, neque ullo modo ΜΕΝ abesse potest. Nubem exemplorum homines docti attulerunt ad Thucydidem III. 3: καὶ ἢν μὲν ξυμβῆ ἢ πείρα· εἰ δὲ ἐπὶ. Praeivit omnibus Homerus *Iliad.* A. 135:

ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί,
αἱ δὲ κε μὴ δώσωσιν.

Quoniam autem MGN omitti nequit et cur exciderit s
certum est Herodoti manum esse repertam.

Nonnumquam apud Hippocratem et Herodotum ellipsis
tur. Herod. VIII. 80: ἦν μὲν πείθωνται ταῦτα δὴ τ
λιστα, ἦν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὅμοιον ἡμῖν ἔσαι.
crates *de mulierum moribus*, laudatus a Casaubono ad Ather
ἦν μὲν δυνατὸν ἢ εἶσω ἀπῶσαι ἄμφω καὶ εὐτρεπίσαι τὸ
ταῦτα ἄριστα· εἰ δὲ μὴ οἶόν τε.

VIII. 62: εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσῃC, ἡμεῖς μὲν — κομ
ἐξ Σίριν.

Vera lectio est: εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσῃC. cf. VIII. 3
τες εἰ τασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης ὡς ἀπολέεται ἢ

Nihil interest inter εἰ μὴ ποιήσεις et ἦν μὴ ποιήσης, ver
ποιήσης soloeca oratio est.

VIII. 63: ταῦτα δὲ Θεμισοκλέος λέγοντος ἀνεδιδάσκετο
βιάδης· δοκέειν δὲ μοι, ἀρρωδήσας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους
διδάσκετο] μὴ σφεας ἀπολίπωσι.

Male repetitum ἀνεδιδάσκετο compositionem loci vitiat.
enim coniuncta sunt ἀρρωδήσας Ἀθηναίους μὴ σφεας ἀπο
et ea verba pendent a priore ἀνεδιδάσκετο, ita ut poster
tiose admodum abundet.

VIII. 63: ἦν πρὸς τὸν Ἴσθμὸν ἀΓάγη τὰς νέας.

Summa constantia Herodotus in ea re utitur verbo ἌΝ
Habeamus igitur gratiam Codici R, qui solus ἀνάγη serv
Ἄνάγειν τὰς νέας legitur VIII. 57. 70. 76. 79. 83 e
locis.

VIII. 65: τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ
ἔτεα THIMHTPI καὶ τῇ Κούρη.

Vera lectio est in R: τῇ ΔΗμητρι καὶ τῇ Κούρη.

VIII. 65: ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς Φωνῆς γενέσθαι
καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμίνας.

Non dicebant veteres μεταρσιῶν sed μετάρσιον sine μετῶρον αἰρεῖν, ut ὑψηλὸν αἰρεῖν. Corrigendum igitur: καὶ μετάρσιον Ἄρθέν.

VIII. 66: ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν.

Imo vero δοκέει.

VIII. 67: παρῆσαν μεταπέμπτοι οἱ τῶν ἐθνῶν τῶν σφετέρων τύραννοι — πρῶτος μὲν ὁ Σιδώνιος [βασιλεύς].

Delendum est βασιλεύς: dicebant enim aut ὁ τῶν Σιδωνίων βασιλεύς, aut contemtim ὁ Σιδώνιος. Dicam de ea re copiosius alio loco.

VIII. 69: οἱ δὲ ἀγέομενοι τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ — ἐτέρποντο τῇ Ἄνακρиси ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς.

Vide quid sit Codicibus plus tribuere quam sanae rationi et linguae notitiae. Ἄγέομαι enim nihil est et ἀγαιόμενοι Herodotus dixerat, ut est in A et R. Sed quis tandem in his rebus vel mediocriter versatus nescit nostri ubique arbitrii esse constituere utrum AI an E scribi oporteat? Imposuit Steinio Hesychii glossa:

Ἄγεόμενοι: θαυμάζοντες.

quae et mendose scripta est pro Ἄγαιόμενοι neque huc pertinet ubi ἀγαιόμενοι est βασκαίνοντες. Quod Herodotus scribit VI. 61: φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος plane idem est quod φθονῶν καὶ ἀγαιόμενος.

Pro ἀνακρиси, cui nullus hic locus est, R offert κρиси, at tu lege κρиси, quod verum est.

VIII. 71: λίθοι καὶ πλίνθοι καὶ ξύλα καὶ φορμοὶ ψάμμου πλήρεις ἐσεφθροντο.

Multo melior est Codicis R scriptura ἐσεφθοροντο. Perpetuo φέρειν et φορέειν inter se confusa videbis.

VIII. 73: ἐκδεδωριεῦνται δὲ ὑπὸ τε Ἄργείων [ἀρχόμενοι] καὶ τοῦ χρόνου.

Magistellus nescio quis de suo inseruit ἀρχόμενοι, quod ita collocatum et ad Ἄργείων et ad χρόνου refertur, sed ὑπὸ τοῦ

χρόνου ἀρχόμενοι absurdum est. Nullo participio opus esse declarat locus VII. 176: τὸ τεῖχος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιοῦ τε εἰδήματο καὶ τὸ πλέον αὐτοῦ ἤδη ὑπὸ χρόνου ἔκειτο.

VIII. 74: ἄτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη [δρόμου] θέοντες.

Lobeckio auctore Stein δρόμου expunxit. Nollem factum. Herodoti manus colligi potest ex Eustathio ad *Ilad.* pag. 1264, 18: τούτοις ὅμοιον καὶ παρὰ Ἡροδότῳ τὸ θέοντες ΤΟΝ περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον. Emenda igitur: ἄτε ΤΟΝ περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες. Aristophanes *Vesp.* vs. 375:

ὡς ἐγὼ τοῦτον — ποιήσω —
τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν.

VIII. 74: τέως (recte Reiske pro ἕως) μὲν δὴ αὐτῶν ἀνὴρ ἀνδρὶ παρασὰς σιγῇ λόγον ἐποιεῖτο θωῦμα ποιούμενοι τὴν Εὐρυβιάδῳ ἀβουλίην.

Recte R: θωῦμα ποιούμενος.

VIII. 76: τοῦτο μὲν ἐς τὴν νησίδα τὴν [Ψυττάλειαν] μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαντο· ΤΟΤΤΟ μὲν κτῆ.

Primum expunge Ψυττάλειαν. Nominatur primum insula in sqq. ἐς δὲ τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τὴν Περσέων τῶνδε εἵνεκεν. Unde simul apparet legendum esse: πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν· ΤΟΤΤΟ μὲν, sed nihil opus est coniectura, diserte enim in R scriptum est ἀπεβίβασαν.

VIII. 79: Ἰσὸν ἐσι πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν.

Imitatus est haec Dionysius Halic. A. R. pag. 730: ἐν Ἰσφγῆ ἐσι τό τε πολλά δίκαια πρὸς τοὺς ἀγνώμονας ἀντιδίκους λίγα καὶ τὸ ὀλίγα.

VIII. 80: ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο ΤΑ ποιούμενα ὑπὸ Μήδων.

Lege: ἴσθι γὰρ — ΤΑΤΤΑ ποιούμενα, haec, quae tu natus a Persis fieri.

VIII. 84: Ἀμεινίης δὲ [Παλληνεὺς] ἀνὴρ Ἀθηναῖος ξαναχρῆς νηὶ ἐμβάλλει.

Dele Παλληνεύς, quod si addidisset, inepte adiceretur ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Interpolatum est Παλληνεύς ex cap. 93: ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα — Ἀθηναῖοι Εὐμένης τε ὁ Ἀναγυράσιος καὶ Ἀμεινίης Παλληνεύς.

VIII. 84: ὃ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρυμνήν ἀνακρούεσθε; Natura rei postulat futurum, ut in illo: *Quousque tandem vobis patientia nostra?* Itaque restituendum ἀνακρούεσθε.

VIII. 86: τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων [κατὰ τάξιν], τῶν δὲ βαρβάρων οὔτε τεταγμένων ἔτι οὔτε σὺν νύφ ποιούντων οὐδέν.

Vitiose abundat κατὰ τάξιν, quia σὺν κοσμῳ idem est quod κατὰ τάξιν. Κοσμῆειν apud veteres est τάττειν et διακοσμῆειν idem quod διατάττειν, unde eum qui ordine disponit copias et iuciem instruit appellant κοσμῆτορα λαῶν. Sic dicitur de inordinata fuga Φεύγειν οὐδένα κόσμον.

VIII. 86: ἐδόκεε τε ἕκασος ἑωυτὸν θεήσθαι βασιλέα. Non hoc existimabant, sed ἑωυτὸν θεήσθαι βασιλέα.

VIII. 90: τῶν τινες Φοινίκων — ἐλθόντες παρὰ βασιλέα διέβαλλον τοὺς Ἴωνας ὡς δι' ἐκείνου ἀπολοῖατο αἱ νῆες [ὡς προόντων].

- Tolle iners et fatuum additamentum, quod etiam cum compositione verborum pugnat; requiritur enim ὡς προδόνταC.

VIII. 94: — λέγειν ὡς αὐτοὶ οἶοι [τε] εἶεν ἀγόμενοι δμηροὶ ποθνήσκειν.

Aufer importunam voculam: οἶός τε εἰμι est δύναμαι, sed οἶός εἰμι significat πρόθυμος aut ἐτοῖμός εἰμι.

VIII. 95: ἐς τὴν Ψυττάλειαν [νῆσον] ἀπέβησε ἄγων, οἱ τοὺς Ἑρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας.

Quam futiles erant homunciones, qui in tali loco de suo adiderunt νῆσον.

VIII. 98: — τοὺς οὔτε νιφετὸς οὐκ δμβροC οὐ καῦμα οὐ νύξ ὄγει μὴ οὐ καταλύσαι τὸν προκείμενον — δρόμον.

Multo melius et acrius dixerat: τοὺς ΟΤ νικητὰς οὐκ ἔβηκε κτέ. Recte legitur apud Eupolidem (Fragm. Com. II. p. 487):

οὐ πῦρ οὐδὲ σίδηρος
οὐδὲ χαλκὸς ἀκείργει
μὴ Φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.

sed οὔτε πῦρ οὐ σίδηρος vitiose dictum est.

VIII. 99: ἔτερψε οὕτω δὴ τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας ὧς τὰς τε ὁδοὺς μυρσίην πάσας ἐφόρεσαν.

Necessarium est ὥσπερ τὰς, ut in vicinia: συνέχεε οὕτω ὡς τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες.

Non caret mendo in his verbum κατερρήξαντο. Non dubito quin Herodotus dederit κατηρῆξαντο, ut III. 66: πάντες τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον ταῦτα κατηρέικοντο, sed verbum priscum et scribis inauditum labem concepit: est enim in libris κατήρκον τε aut κατήρεικον τε. Solus omnium optimus R servavit κατηρέικοντο. Hinc est apud Hesychium:

Κατηρέικοντο: κατεσχίζοντο.

Duo exempla antiqui verbi percommode Dindorf attulit Aeschyl. Pers. vs. 538:

ἀπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας κατερείκόμεναι
et incerti poëtae versiculum apud Hephaest. pag. 34:
καττύπτεσθε κόραι καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας.

Herodotus quoque dederat: τοὺς κιθῶνας κατηρέξαντο et interpretatus est nescio quis κατερρήξαντο, quod Atticum est et Xenophontium, Cygor. III. 1. 13.

VIII. 100: πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα.

Legendum κατεργάσασθαι.

VIII. 105: ὃς τὴν ζῶην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων.

Maneo in vetere sententia Herodotum scripsisse κατεκτίσατο cf. cap. 106: ὃ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν βίον κτησάμενε.

Continuo sequitur: τί [σε] ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς ἢ τῶν ἐμῶν τί [σε προγόνων] ἐργάσατο ἢ σὲ ἢ τῶν σῶν τινα.

Opem fert Codex R, qui omittit σε προγόνων rectissime. Ubi alterum σε post τί expunxeris, locus sanissimus erit. Ridiculus est τῶν ἐμῶν τις προγόνων.

VIII. 106: ὡς σε μὴ μέμψασθαι τὴν — δίκην.

Imo vero μὴ μέμψεσθαι.

VIII. 108: λέγων ὡς εἰ λύσουσι τὰς σχεδίας τοῦτ' ἂν μέγιστον ἔντων σφι κακῶν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιοτο.

In Codice R legitur: μέγιστον πάντων σφΘΑΘ κακόν. Emenda: ὕτ' ἂν μέγιστον πάντων σφΘΙΘ κακόν τὴν Ἑλλάδα ἐργασαίΑΤΟ.

VIII. 108: ἐατέον ὧν εἶναι φεύγειν, ἐς ὃ ἔλθῃ φεύγων ἐς τὴν τοῦ· τὸ ἐνθεῦτεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιέεσθαι ἤδη τὸν ἀγῶνα κέλευε].

Iterum perelegans ζεῦγμα sciolus obscuravit.

VIII. 109: — ἀκήκοα — ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας νικημένους] ἀναμάχεσθαι τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέραν κακότητα.

Quid ineptius abundare potest quam in tali sententia νικηθέντος? Quis enim nisi victus potest ἀναμάχεσθαι? Quis nisi si sua ignavia cladem acceperit, potest ἀναλαμβάνειν τὴν προτέραν κακότητα?

VIII. 109. in A B est: νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων ἀνασῶσῶνοι, quod sensu vacuum est. Optime R dedit: ἀνωσάμενοι.

VII. 139: τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν — οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγείραντες τὴν βασιλέα μετὰ γε θεοῦ ἀνωσάμενοι.

VIII. 110: Θεμιστοκλῆς — καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς ἄνηρ ἐὼν ἀληθῶς σοφός τε καὶ εὐβουλος.

Est apud Stobaeum et Plutarchum in *Aristide* cap. 4. lepidus visculus in Themistoclem:

σοφὸς μὲν ἀνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν.

Hunc senarium a Meinekio omissum Eupolidis esse suspicor τοῖς Δήμοις, in qua fabula τοὺς παλαιούς στρατηγούς ἐξ Αἰδοῦ ἐκλήγαγεν ἐπὶ τὴν σκηνήν.

VIII. 111: λέγοντες ὡς κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθηναίαι μιγάλοι τε καὶ εὐδαίμονες καὶ θεῶν χρησῶν ἤκοιεν εὖ.

Comparandus cum his Euripidis locus in *Heraclid.* 348:

θεοῖσι δ' οὐ κακίσι
 χρώμεσθα συμμάχοισιν Ἀργείων, ἄναξ.
 τῶν μὲν γὰρ Ἦρα προσατεῖ, Διὸς δάμαρ,
 ἡμῶν δ' Ἀθάνα. Φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν
 καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν.

Hinc explicandus est locus in Theophrasti *Charact.* XVI: εἶπας „Ἀθηναῖ κρείττων” παρελθεῖν οὕτω.

VIII. 112: Θεμισοκλῆς — αἴτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέλων [χρεώμενος] τοῖσι καὶ πρὸς βασιλέα ἐχρήσατο.

Exime molestum participium et omnia optime procedent.

Paucis ante versibus receptam oportuit emendationem Dobsoni: οὐδέποτε γὰρ ἂν τῆς ἑαυτῶν ἀδυναμίας τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω.

VIII. 113: ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ — ἀνωρίη εἶναι τοῦ ἔτι πολεμείειν.

Reponenda est forma proba et antiqua ἀνωρίη.

VIII. 113: ἐξελέγετο πρώτους μὲν τοὺς Πέρσας [πάντας] τοὺς ἀθανάτους καλεομένους.

Optime Codex R τοὺς ΜΤΡΙΟΤC Πέρσας omisso πάντας.

Peperit errorem nota numeralis.

VIII. 115: Ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τε τὸν στρατὸν καὶ δυσσημῆ κατ' ὄδον ἔφθειρε.

Nihil significat in tali re ἐπιλαβὼν. Corrigendum Ἐπολαβὼν cf. VI. 27: τοὺς δὲ — λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεκε et post pauca: ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε. VI. 75: κατελθόντα δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπέλαβε μανιὰς νοῦσος. Et saepius ἄνεμος, χειμὼν ὑπέλαβε, ut VIII. 118: πλόντα δὲ μιν ἄνεμος Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίνην. VIII. 12: πρὶν ἀναπνεῦσαι σφεας — ὑπέλαβε ναυμαχίην καρτερήν. VIII. 96: τὸν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος — ἔφερε ἐπὶ τὴν ἡῖονα et aliis locis.

VIII. 118: ΕΙ γὰρ τούτων ἀπαλλαγὴ τις γένηται τῶν πολλῶν ἰβατέων.

Recte R ἄHN μὴ — γένηται.

VIII. 121: ἔσηκε δὲ οὗτος τῆπερ ὁ Μακεδῶν Ἀλέξανδρος ὁ ὕσεος.

Emenda: ἔσηκε δὲ οὗτος, ut cap. 122: ἀνέθεσαν ἀστέραι χρυ-
 ρυς, οἱ ἐπὶ ἰσοῦ χαλκεύου ἐς ἄσι, et sic passim in re simili.

VIII. 124: -- ὄχω τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλισεύσαντι.

Imo vero καλλισεύONTI, ut in R scriptum est.

VIII. 124: ἀριστήια μὲν νυν ἔδοσαν * * Εὐρυβιάδῃ ἐλαίας ζέφα-
 ρι, σοφίης ΔΕ καὶ δεξιότητος Θεμισοκλέϊ. — ἔδωρήσαντό τε μιν
 φ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλισεύοντι.

Descripsit hunc locum Plutarchus in *Themistocle* cap. XVII:
 κεδαιμόνιοι δὲ — Εὐρυβιάδῃ μὲν ἀνδρείας, ἐκείνῳ δὲ σοφίας
 ἰσεῖον ἔδοσαν — καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἄρμάτων τὸ πρωτεύον
 ὠρήσαντο. Hinc apud Herodotum lacuna sic explenda est: —
 ἴσαν (ἀνδρηίης ΜΕΝ) Εὐρυβιάδῃ.

Pro καλλισεύειν, quod non erat amplius in usu, substituit
 ὠτεύειν et eadem de causa ἄρμα pro ὄχος.

VIII. 133: ἔπεμπε (Mardonius) κατὰ τὰ χρησθήρια ἄνδρα Εὐ-
 ρωπέα γένος, τῷ οὖνομα ἦν Μῦς, ἐντειλάμενος πανταχῆ μιν χρη-
 σιμενον ἔλθειν.

Pro Εὐρωπέα scribendum esse Εὐρωμέα Steinio assentior.
 eph. Byz. Εὐρωμος πόλις Καρίας. — τὸ ἔθνικόν Εὐρωμέας.
 endum hoc esse perantiquum arguit Pausanias IX. 23. 6: καὶ
 τε ἄνδρα Εὐρωπέα, ὄνομα δὲ οἱ εἶναι Μῦν, ἀποσαλέντα ὑπὸ
 ἀρδονίου κτέ.

Quia Mys a Mardonio missus est non *post consulta oracula*,
 ἢ *ad oracula consulenda*, accipe quod Codex R ultro offert:
 ἰησομενον ἔλθειν.

VIII. 137: ὄκως δὲ ὀπτῶν, ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς Περ-
 κεω διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἐνωτοῦ.

Vera lectio est in R: ὄκως δὲ ὀπτῶτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδός.

VIII. 137: — ὡς εἶη τέρας καὶ Φέροι μέγα τι.
Veram lectionem habet R καὶ Φέροι ἜC μέγα τι.

VIII. 140: ὥς καὶ ἦν ἡμέας ὑπερβάλλησθε [καὶ νικήσητε].
Veteres dicebant ὑπερβάλλεσθαι pro νικᾶν. Hinc natum est frigidum glossema. cf. V. 124: πρὸς δέ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφάτη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι, et sic saepius alibi.

VIII. 143: Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίνασι τὰδε· — ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ [ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι] ἔς ἂν ἡ ἡλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴη ΤΗΙπερ καὶ νῦν ἔρχεται μήποτε ὁμοιογῆσειν ἡμέας Ξέρξῃ.

Quod esse potest evidentius ac turpius emblemata quam ἂν Ἀθηναῖοι λέγουσι?

Praeterea scribe: ΤΗΝπερ καὶ νῦν ἔρχεται.

VIII. 144: ὑμέων μέντοι ἀγάμεθα τὴν προνοίην τὴν ΠΡΟC ἡμέας ΘΟΤCAN.

In R legitur: τὴν ΘIC ἡμέας ἔχουσιν. Vera lectio est: τὴν ἔς ἡμέας ἔχουσιν. cf. III. 126: ὅς οἱ ὠνείδισε τὰ ἔς Πολυκράτες ἔχοντα, et sic saepius.

(Continuabitur).

C. G. COBET.

OLYMPIODORUS

ad Platonis *Alcibiadem* pag. 44: δεῖ γὰρ λέγειν·

πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἀμὲ χρὴ λέγειν.

Aristophanes *Equitt.* vs. 16:

πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἀμὲ χρὴ λέγειν.

quod sūmsit lepidus poeta ex Euripidis *Hippolyto* vs 345:

Φεῦ, πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἀμὲ χρὴ λέγειν.

C. G. C.

AD CICERONIS PALIMPSESTOS.

(Continuatur ex pag. 78.)

G. N. DU RIEU, quo post Maium nemo melius de libris DE PUBLICA meruit, palimpsestum, quo continentur, ad quintum saeculumve saeculum referendum esse demonstravit. Et recentior quidem esse quam Ambrosianum et Taurinensem, de quibus supra dictum, vel festinantius inspicienti manifestum ex foris litterarum ADEM, ex quibus A quodammodo obliqua, iquae autem ita rotundatae et dilatatae, ut e. g. E cum I in c litteratura minime confundi possit. Ad quartum saeculum fert Wattenbach, quod summa characterum similitudine contactus est cum Bibliorum interpretationis priscae exemplaribus Vercellensi et Weingartensi (tab. 20, 21) antiquissimis. Antiquior certe litteratura est quam Hilarii cod. Vaticani (tab. 52), qui scriptus est a^o 509 aut 510; in eo enim R, S formam habent plane diversam et multo recentiorem. Prope contra accedit tab. 22, acta Concilii Aquileiensis, post annum 438 in cod. Parisino scripta, et magis etiam (nam littera t in tab. 22, ut alia tamen, novicia est) tab. 23, continens Tabulae Paschalis paginam, quam Mommsenus non multo post annum 447 scriptam putat. Splendidior fuit codex Reipublicae maioribusque litteris exaratus, litterae aequales fere habet formas, nisi quod A rotundior est in Romano et PRQD versus excedunt, cuius usus in Rep. palimpsesto tantummodo exiguum initium est. Suspiciari licet scriptus Ciceronis non multo ante scriptum, et ad initium saec. V referendum esse.

Paulo maioris momenti quaestio est de correctionibus MS. Antiqua enim manus, et fortasse eadem, quae librum descripsit, multas nec leves correctiones addidit. De cuius auctoritate miror etiam nunc dubitari. Nam quatenus istiusmodi quaestio confici potest, eam ad liquidum perductam esse putabam dissertatione A. Strelitzii, *de antiquo Cic. de Re publica emendatore*, Gnaeus 1874. Quod si lectores inspiciant tabulam infra scriptam, assentientur fortasse, omnes mutationes, de quibus constare possit, ex bono codice sumtas esse, nec a librario inventas. Itaque libro primo exstantiores correctiones infra scriptae. Duae esse manus correctrices in codice egregie demonstravit du Rieu p. 33, sq. (Schedarum Vaticanarum), idem p. 12 docuit, num a prima correctus sit, non certo posse constitui; omnes correctiones promiscue altera manus vocantur. In tertia columna infra adscripsi meam sententiam de singulis.

Altera manus.

§ 1 liberavissent	t̄ add. lectioni: libera-	inc.
	vissen	
marcellus	m. marcellus	ex cod.
tusculis ē	tusculi se	inc.
umdi set	undis et	
tatum	datum	
bis	vis	
§ 2 iistin	iisti in, esse debebat:	inc.
	isti in.	
§ 3 cuiusquid	civis qui id	ex cod.
doctoribusquequet-	doctoribusque quae est	
enim	enim	
ratio	oratio	" "
iure	iuri	mala correctio, ex con!
imperiosaist	imperiosas	ex cod.
culis	viculis	" "
consuisetlaboribus	consilis et laboribus	" "
ruit („fuerit” in archetypo?)	fuit	?

Bonae correctiones quae non sunt τῶν τυχόντων raro ingenio

ii alicuius debentur, malas librarii esse probabile est; iam pravas correctiones i. e. librarii, paene nullas factas esse, fere non ex ingenio emendasse correctorem demonstrari t. Bonae correctiones partim librarii ingenium superant; m dubiae originis per se sint, quoniam tamen certa codicis oris, incerta temerariae correctionis in reliquis vestigia sunt nit has quoque codici adscribere. Mitto quae proxime setur, minus notabilia; pergo

1	neinprobis	ne pareant improbis	ex cod.
0	consulautem	consul fuissem consul	
	(cf. du Rieu p. 33)	autem	" "
	praematur	imprematur	prava corr.
.1	quodidicerunt	prior corr.: quod didicerint; altera: quod nec didicerint	altera ex cod.
3	praetermissum	praetermissum puto „recentior manus”)	
.4	hac fieri	hae feriae	ex cod.
1	m. marcellus	m. marcelli avus	" "
25	istiusmodi quid nisi certo tempore	istiusmodi quiddam nisi intermenstruo tempore	dub. unde. ex cod.
	quinguagesimo humexitum	quinguagesimo CCC humanum exitum	" " dub. originis.
16	noxexiguaeius	nos in exigua eius	ex cod.
28	(med.) quantumillum	quam illum qui	" "
10	quampilum	aut pilum (= Philum)	dub. or.
	estcatus	et catus	ex cod.
	enniqui	ennii quo (quom?)	dub. or.
11	magis	magis putem	ex cod.
	natus queritur	natus <i>quaerit</i> quo modo duo soles visi sint non <i>quaerit</i> cur	" "
12	nosse	nos esse	" "
13	quidpostulasseasar-tisque	quod postulas eas artis quae	" "
	dealiqueramus	deinde alia queremus	" "

Chartae parcam; nisi librarium hunc perfectum criticum credamus, concedamus necesse est, eum habuisse bonum in corrigendo quod sequeretur exemplum, sive diversum a prima manu, sive idem, sed ab illa negligentius descriptum; quidquid est, sive accuratiore archetypi collatione, sive ex praestantiore codice meliora dedit quam manus prima. Prava correctio est *imprematur* (v. s.), similiter § 38 *quaeretur* minus recte pro *quaeritur* substitutum, § 42 *adiectis* correxit in *adiiectis* (*adilectis*?) cum deberet *aut delectis*, *delecti* ib. correxit in *dilecti* (§ 43 recte *delectos*), § 54 *separatum* mutavit in dubiam lectionem (me tamen iudice non abiiciendam) *separatim*, sed haec pusilla non sunt ita multa neque ita prava, quin ex codice ceteroquin bono orta esse potuerint. Interpretamenta alterius manus non inveniuntur: nam quod § 60 aliquot verba („eam consilio sedari volebat”) ab ea addita et spuria putat Halmius, deceptus est varia lectione non satis diligenter tradita. Recte C. F. W. Mullerus legit: „Ergo Archytas iracundiam videlicet dissidentem a ratione seditionem quandam animi vere ducebat eamque consilio sedari volebat; adde avaritiam —”. Secundum du Rieu altera m. addidit: „eam cons. sed. volebat AD-” ut iis omissis proximum vocabulum (*ADde*) imperfectum sit, et verba illa necessaria esse appareat; at Halmius addita dicit manu 2: „eam cons. sed. volebat”. Ceterum dubia est varietas lectionis voluntariae manus sec. in superioribus: „animi movere ducebat” an „animi vere ducebat”. Ego cum Mullero alterum verum puto; separanda sunt interpunctione „videlicet — ratione”.

Frequenter, ut ex supra propositis apparet, m. 1. verba omisit inter similes syllabas collocata et bis eadem scripsit; error ab altera m. correctus saepe cf. § 9, 10, 11, 25, 31, adde § 60 „magis ergo non”; semper correctum non puto; nam animadvertere mihi visus sum hic illic lacunas esse non notatas, nec ab altera impletas.

Tanta si est auctoritas alterius manus, valere debet etiam in loco vexato de comitiis centuriatis II. 22, de quo non libri, sed paene bibliotheca exstat. Et tamen, si modo dare velimus Ciceronem in computatione vitium potuisse committere, ut in addendo 89 poneret pro 99, omnia secundum alteram manum recte se habent, de quo iam pluribus exponere non iuvat (cf.

Esputatio mea: „over de oorspronkelijke samenstelling der *centuria centuriata*“).

Levis res est *orthographia* adeo, ut is qui anxia diligentia eam exploret seque in eo genere iactet, molestus videatur et in-
 ptus; nec tamen neglegenda, si vere scripta, qualia ab antiquis
 agebantur, repraesentare velimus. Sed nimium ei tribuerunt
 Latini quique eum secuti sunt usque ad Osannum, dum ex
 orthographia aetatem codicis de Republica accurate definire stu-
 dent. Scilicet quoties rationem scribendi animadvertent a
 inversa recentioris aetatis consuetudine diversam, illam anti-
 uiores tanquam abnormem notabant, eiusque aetatem definire
 conabantur; sed potius vetus illa pro norma haberi debebat;
 uerendum erat, quando prava recentior ratio a regula vera
 digressisset potius, quam mirandum si vetusta exemplaria in non-
 nullis dissiderent. Quod si qui sunt, qui constantiam librariorum
 iterum desiderant et contendunt, certum usum scribendi aut
 non extitisse aut non posse nunc constitui, reputent velim, quam
 incerto tibicine nitantur multa in etymologia, quae tamen iusta
 ratione adhibitis copiis, quas FRID. NEMUS alique sedulo congesse-
 runt, exquirimus, perscrutamur, investigamus; inspiciant, ut
 hoc utar, libellum aureum sed rarum eheu! quem Fleckeisenus
 multis ante annis de eo argumento scripsit („Fünzig Artikel
 zur Rechtschreibung“), sciantque, etsi in multis vocabulis ratio
 certa non facile appareat, tamen pleraque satis constare.

Osannus nescio quid peculiare inveniebat in confusione litte-
 rarum B et V, quae saepius in palimpsesto nostro invenitur,
 indeque saeculum, quo scriptus esset, definire conabatur; sed
 apparuit hunc ex pronuntiatione natum errorem non esse unius
 saeculi. *Iuvenentur* fragm. Vat. Sallustii col. 1, l. 10, *devere*
latius IV. 114, p. 115 Studem., „valde *habeo* scire“ Cic. Act.
 Terr. I 15 in Tornaes., qui error frequentissimus, *baro*, *olibae*,
bibit (= obivit) Vergilii unus aut plures vetutissimi Ecl. IX.
 6, Georg. II. 3, Aen. VI. 802, *diververet*, *verva*, *acerovus* (pro
cerbus), *morvida* et multa alia in Leidensibus Lucretii cf. Lach-
 mann II¹ 30 et 87. In Ambrosiano ap. Peyron p. 48 col. 1
 f., pro Tull. 21 post SIBI excidit VI et in Taurinensi p. 52

col. 2 med. SIBB pro *sive* scriptum. Ambr. ib. p. 48 med. SIMIVM. Antiquiora etiam avert Schuchardt Vulgarlatein I. p. 131, veluti TRIUMPHAVIT pro *triumphabit* ex lege Iulia munic. 63; *rectigal*, *quadribis*, *Zenovius*, *cibis*, *exubias*, *noba*, *November*, *obserbandem*, *paraberunt* sunt in Inscriptt. Galliae Cisalpinæ.

Audi interpretem: ζώνην *ist nach dem Zusammenhang nothwendig auf die Gegend des Leibes zu beziehen*. Audio, sed hoc me male habet, quod vocabulum alibi numquam hoc modo usurpatum invenio. Nimirum *die Vergleichung mit den drei Göttern ist einen festen und anerkannten Charakter der einzelnen Götterbilder voraus*. Quomodo igitur Martem repraesentabimus? Fuitne σφικώδης? Ridiculum est credere et contrarium si fieri potest etiam magis est ridiculum. Neque alibi Γ 168, 194, 227, ubi Agamemnon cum aliis ducibus comparatur, illius ζώνης ulla mentio fit. Quid autem eximium Mars habuit? Notum id est, vide E 859:

δ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης

ἄσπον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι

ἄνδρες ἐν πολέμῳ.

Neque Menelaus tantum fuit βῶν ἀγαθός, sed frater quoque Θ 223:

σῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσεὺς μεγακῆτεϊ νηὶ μελαίνῃ,

ἦ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε·

ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς.

Itaque aptum foret:

Ἄρει δὲ Φθογγήν, σέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Cf. B 791:

εἶσατο δὲ Φθογγὴν υἱὶ Πριάμοιο Πολίτη.

Γ 55:

οὐκ ἄν τοι χραίσμη κίθαρις τὰ τε δῶρ' Ἄφροδίτης

ἢ τε κόμη τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κούρῃσι μιγείης.

Lic non est locus optativo et requiro *μιγέλης*. Cur haec forma raeferenda sit, non *μιγής*, sicuti hodie plerique scribunt, ostendere conatus sum in Qu. Hom. p. 81, nec multum tribuo argumento, quo Bergkius utitur ad Theogn. 689.

Γ 74:

οἱ δ' ἄλλοι Φιλότητα καὶ ὄρκια πιστὰ ταμόντες
ναίοιτε Τροίην ἐριβόλακα, τοὶ δὲ νεέσθων.

Lic consideranda est Aristonici adnotatio: ἡ διπλῆ περιεσιγμένη, ἢ Ζηνόδοτος γράφει *ναίοιμεν*. γελοῖον δὲ ἐστὶν ἑαυτὸν καταριθμεῖν οἷς ὕπερον οἰκήσουσι τὴν Τροίαν, ἀδηλόγητος οὕσης εἰ νικήσει, bi obiter corrige: *ἀδήλου ἔτι ὄντος*. Hoc vere observavit Aristarchus: ferendum non est *ναίοιμεν*, sed unde ea scriptura nata est? Multo accuratius quam plerumque fieri solet, examinandae mihi videntur lectiones, quae in Zenodoti editione fuerunt. corruptum est *ναίοιμεν*, sed veram scripturam intus celat, nempe: *αἰετε μέν*. Recte autem *ναίοιμεν* legitur in praëconis verbis ε. 257. De vs. 102 dubito debeamne praeferre *διακρινθεῖτε* an *ακρίνθητε*. Alii videant.

Γ 172:

αἰδοῖός τε μοι ἐσσί, φίλε ἐκυρέ, δεινός τε.

lege: *φίλος ἐκυρός*. Cf. Qu. Hom. p. 136.

Γ 173:

ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός, ὀππότε δεῦρο.

neglectum digamma offendit Nauckium, qui verum esse suspicatur *θάνατός με ἐλεῖν*. Probabilius est: *θάνατός με λαβεῖν*. f. Qu. Hom. p. 128.

Γ 439:

νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ,
κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ.

salim: *νῦν ἐμὲ μὲν Μενέλαος*.

Γ 453:

οὐ μὲν γὰρ Φιλότητι γ' ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο.

lege: *ἐκευθον ἄν*. Cf. Qu. Hom. p. 100.

Δ 338:

ὦ υἱὲ Πεπεῶο διοτρεφέος βασιλῆος.

Leges: *uís*. Cf. Qu. Hom. p. 136.

Turbati sunt versus Δ 378 sqq. Mihi verus ordo esse videtur:

374.

οὐ γὰρ ἔγωγε

375. ἦντησ' οὐδὲ Ἴδον· περὶ δ' ἄλλων Φασὶ γενέσθαι,

378. οἳ ῥα τότε' ἐσρατόωνθ' ἱερά πρὸς τείχεα Θήβης.

376. ἦτοι μὲν γὰρ ἄτερ πολέμου εἰσῆλθε Μυκῆνας

377. καί τοι ἄμ' ἀντιθέω Πολυνεϊκεῖ, λαὸν ἀγείρων,

379. καὶ ῥα μάλα λίσσοντο δόμεν κλειτοὺς ἐπικούρους.

Cf. *Mnem.* IV p. 201.

Ferri non debet ἑκκατιδῶν Δ 508:

νεμέσησε δ' Ἀπόλλων

Περγάμου ἑκκατιδῶν, Τρώεσσι δὲ κέκλετ' αὔσας.

Quaerit Nauckius num forte verum sit ἑκκαθορῶν· equidem corrigam: ἑκπροιδῶν. Facilius est corrigere H 21:

τῆ δ' ἀντίος ὄρνυτ' Ἀπόλλων

Περγάμου ἑκκατιδῶν.

Ibi enim verum est ἑκκατιδῶν idque etiam Nauckio placuisse video. Sed quomodo scribendum εἰσανιδῶν Π 232 et Ω 307?

E 36:

τὸν μὲν ἔπειτα καθεῖσεν ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρῳ.

Quam parum conveniens adjectivum sit ἠϊόεις, satis docet Buttmannus in Lexilogo II p. 22 itaque Nauckius correxit: ἐπὶ ἰόεντι. Verisimilius fortasse poteris: καθεῖσ' ἐπὶ ποιήεντι Σκαμάνδρῳ. Ipsum dativum ποιήεντι, qui alibi nusquam occurrit, Hesychius interpretatus est et quo adjectivo poeta urbes ornavit, eodem etiam nunc flumen ornare potuit. Λειμῶν Σκαμάνδριος ἀνθεμίει dicitur B 467.

Ut appareat quid sentiam de E 46, res paulo altius rependa est. Faciam initium a Schol. Iliad. A 496, ubi verbum ἀνεδύσεται ita explicatur: παρατατικοῦ παθητικοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ δύναι ἐνεσῶτος τὸ παραγωγὸν δῦμι, ὃ μέλλων δύσσει καὶ ἐγένετο ὃ μέλλ-

λων ἐνεσώς, οὐ δὲ παθητικὸς δύσομαι, δὲ παρατατικὸς ἐδυτόμην, ἐδύσετο κτέ. Itaque habemus indicativum ἐδύσετο, nam Homerus uti vides a prima persona abstinere debuit et conjunctivum δύσομαι, cuius vocalem poeta de more corripere poterit, et imperativum δύσεο, sed incommodae formae sunt δυσοίμην, δύσεσθαι et δυσόμενος propter futuri temporis convenientiam. Hinc invenimus O 120: ἐντὲ' ἐδύσετο, β 388 et γ 487: δύσετό τ' ἠέλιος, 276: δύσεο δὲ μνηστῆρας, Α 496: ἀνεδύσετο κύμα θαλάσσης, ζ 127: θάμνων ὑπεδύσετο, alibi. Esse autem aoristum tempus minimeque imperfectum, effici poterit ex iis quae Cobetus disputavit ad η 289, Μνηστ. XV 269. Sed admodum mirum est participium α 25: οἱ μὲν δυσομένου Ἵππεριονος, οἱ δ' ἀνιόντος, ubi temerarium fortasse est δυομένου reponere, etiamsi primam syllabam praesenti tempore productam facilius laturus sim quam Herwerdenus fecit in Quaestionibus Epicis p. 6. Itidem habemus apud Homerum ἐβήσετο, κατεβήσετο, ἐπεβήσετο et imperativos καταβήσεο et ἐπιβήσεο ac praeterea conjunctivum καταβήσεται O 282:

οἱ δ', ὡς τε μέγα κύμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
νῆος ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, δακρύτ' ἐπείγῃ
ἰς ἀνέμου.

Itidem habemus imperativum ἀξέετε, infinitivos ἀξέμεν et καταξέμεν et ἀξόντο Θ 545 et ἀξέσθε imperativum Θ 505. Deinde aoristus est ἴξον, ἴξες, ἴξε veluti γ 31 et δ 1 et imperativum λῆξο I 617 et ὄρσεο, quod satis crebro invenitur. Denique imperativi sunt οἰσέτω, οἰσέτε et infinitivos οἰσέμεν γ 429 et οἰσέμεναι Γ 120. Sic confirmatur quod supra dicebam: harum formarum indicativus reperitur, imperativus, etiam conjunctivus, sed optativi nullum est vestigium, participium δυσόμενος haud uno nomine suspectum est, sed infinitivi indubitata exempla sunt ἀξέμεν et οἰσέμεν.

Hisce omnibus quae vulgo nota sunt, alia quaedam addi possunt. Veluti Ω 704 imperativus mihi esse videtur:

ἔψεσθε Τρῶες καὶ Τρωάδες Ἑκτόρ' ἰόντες.

Si quidem ἀντιῶ futurum est, sequitur aoristum esse:

ψ 643: ὡς ποτ' ἔον· νῦν αὐτε νεώτεροι ἀντιῶντων.

Itidem κεχολώσεται conjunctivus aoristi est ω 544:

μήπως τοι Κρονίδης κεχολώσεται εὐρύπα Ζεὺς,

coll. A 139 et T 301. Imperativus denique est *πελάσσειν*, K 442. Alia sunt de quibus dubito, veluti de δ 274.

Venio nunc ad eum locum propter quem haec disputatio instituta fuit. Legitur E 46:

τὸν μὲν ἄρ' Ἴδομενεὺς δουρικλυτὸς ἔγχρῃ μακρῷ
 νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὤμων·
 ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων.

Recte ostendit Herwerdenus *ἐπιβησόμενον* hic futuri temporis significationem non posse habere, quum curru non possit excidere, qui eum nondum conscenderit, itaque suspicatur participium esse aoristi *ἐπεβήσεται*. Recte ad sententiam, nec tamen amicus meus videtur animadvertisse horum aoristorum participia non fuisse in usu. Veluti *ἐπιβησόμενος* certo certius futuri participium est Ψ 379; quam fuisset incommodum eidem participio etiam praeteriti temporis significationem tribuere. Accedit similimus locus Π 343, ubi itidem mire:

Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα κίχελς ποσὶ καρπαλίμοισι
 νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὤμων·
 ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων.

Fugit Acamas; insequitur Meriones; Acamas currum conscendit; vulneratur; decidit de curru: quam mire et perplexe haec nunc Graece dicuntur. Ipsi Graeci quum primum audiebant participium *ἐπιβησόμενον*, necessario cogitatione delabebantur ad futuri temporis significationem: postquam addiderat rhapsodus *ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων*, tum demum poterant errorem agnoscere. Commodius certe scribitur H 15:

Ἴφίνοον βάλε δουρὶ κατὰ κρατερὴν ὕσμινην
 Δεξιὰδην ἵππων ἐπιλάμενον ὠκείων.

Quomodo hinc emergemus? Vera scriptura nisi fallor eruenda est e vicino loco E 20. Duo sunt fratres in uno curru Phegeus et Idaeus; illum Diomedes interficit, deinde

Ἴδαϊος δ' ἀπύρουσε λιπῶν περικαλλέα δίφρον
 οὐδ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφεό κταμένοιο.

Quid hic Zoilus? *λίαν, Φησι, γελοίως πεποιήκεν ὁ ποιητὴς τὴν Ἴδαϊον ἀπολιπόντα τοὺς ἵππους καὶ τὸ ἄρμα φεύγειν· ἠδύνατο γὰρ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ἵπποις*. Non vacat nunc quaerere, cur Homerus Idaeum repraesentaverit de curru desilentem; fortasse strage facta et perturbatis ordinibus non erat expeditum ducere currum,

ἢ πλεῖστοι κλονέοντο· hoc certe video haud semel de fugientibus dem narrari. Desiliunt bellatores de curru, ut impetum faciant in hostem, veluti:

Λ 423: Χερσιδάμαντα δ' ἔπειτα, καθ' ἵππων αἰξάντα
 δουρὶ κατὰ πρότμησιν ὑπ' ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
 νύξεν,

ed iisdem verbis utitur poeta de Hippodamante, qui fugam apersiverat Γ 401:

Ἴπποδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων αἰξάντα
 πρόσθε ἔθεν φεύγοντα μετάφρενον οὐτάσε δουρί.

taque alter umbilico, tergo alter ferrum recipit. Iam quid ensendum est de E 46 et Π 343? Nempe in fuga Idomeneus ἦραestum, Meriones Acamanta interfecerunt, quum in eo essent et currum non conscenderent, sed ut *relinquerent*, equis fortasse consternatis, quod etiam Nestori accidit Θ 81. Quid igitur describendum est? Certum est ἀποβησόμενον utrobique veram scripturam esse. Noli credere nimis violentam eam medicinam esse; primum enim facile intelligimus locum *de industria* corruptum fuisse, ut Zoili reprehensio eluderetur. Deinde conserri jubeo E 227, ubi quum Zenodotus recte edidisset ἐπιβήσομαι, Aristarchus nescio quo iudicii errore ἀποβήσομαι rescripsit. Dixi de eo loco Qu. Hom. p. 111 et notabile hoc est in Aristarcho exemplum ἀκρισία, qui E 227 perperam rescripsit ἵππων ἀποβήσομαι, quum idem recte legeretur P 480. Rem cum cura considerent Regimontani et alii, qui Aristarchi vestigia adorare solent eique tantum tribuunt quantum Bentleio nemo tribuit.

E 87:

θῦνε γὰρ ἄμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι εἰοικῶς
 χειμάρρῳ, ὅς τ' ὄκα βέων ἐκέδασσε γεφύρας.

Legge: ἐκέδασσε. Cf. *Mnem.* IV 202. In eandem conjecturam post me Nauckius incidit *Bulletin* IX p. 334. Praeter locos quos olim laudavi, nunc addo Lucret. I 285.

Facile id verum esse comperies quod Porsonus adnotavit ad *Jur. Med.* 1363, Atticos sine discrimine dixisse ἀμβλώψ et μβλωπός, γοργώψ et γοργωπός, ἄδμησ et ἄδμητος, ἄζυξ et ἄζυγος,

cet. Apud Homerum autem, nisi fallor, tolerari non debent nisi formae breviores. Καλλιθριξ apud eum invenio et κρατερῶνξ et χαλκοχίτων et αιολοθάρηξ et χρυσάμπυξ et καλλιγύναιξ et ἐριαύχην et alibi ἐρυσάρματαξ ἵππους appellavit; verbo, ab ea norma numquam deflexisse videtur. Paucissimi loci refragantur; fieri sane potest ut unus alterve versus me fugerit: numquam enim animo ad eam rem unice intento Homerum perlegi; sed fieri vix potest ut multa me fugerint. Sed recte legitur E 195:

πέπτανται· παρὰ δέ σφι ἐκάσῳ δίζυγες ἵπποι

Perperam autem, si quid video:

B 293: ἀσχαλάα σὺν νηὶ πολυζύγῳ, ὄνπερ ἄελλαι

ν 116: οἱ δ' ἐκ νηὸς βάντες ἐϋζύγου ἠπειρόνδε

ρ 288: τῆς ἔνεκεν καὶ νῆες ἐϋζυγοὶ ὀπλίζονται

Quantillum est reponere πολύζυγι τόνπερ, ἐϋζυγος et ἐϋζυγες. Δολόμητις est et πολύμητις: itaque A 540 malo δολόμητι quam δολομήτα et ποικιλόμητις quam ποικιλομήτης, quod haud semel legitur. Nec video cur Saturnus filio dicatur fuisse callidior et Jupiter mihi erit Κρόνου πάις ἀγκυλόμητις non ἀγκυλομήτω. Laetus video de adjectivis δολόμητις et ἀγκυλόμητις mihi cum Nauckio convenere, cuius doctam et copiosam disputationem vide *Bulletin XXII* 14. Restant duo loci:

E 509: Φοῖβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ὅς μιν ἀνώγει.

O 256: Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσαόρον, ὅς σε πάρος γε.

Qui versus nullo negotio emendari poterunt, si quidem post quartum pedem hiatus legitimus est.

E 253:

οὐ γὰρ ἐμοὶ γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι.

Leges: ἀλυσκάζοντα. Cf. Qu. Hom. p. 90.

E 408:

νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ Φρένα Τυδέος υἱός

ὅττι μάλ' οὐ θηναῖδς ὅς ἀθανάτοισι μάχεται,

οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι πακπάξουσιν.

Requiro futurum πακπάξουσιν. Fierine potest ut ante me nemo hoc senserit? Non invenio certe qui eam suspicionem jam in medium protulerit.

E 492:

σοὶ δὲ χρὴ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἡμᾶρ,
 ἀρχοῦς λισσομένῳ τηλεκλείτῳ ἐπικούρω
 νωλεμέως ἐχέμεν, χαλεπὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπὴν.

Sarpedonis sunt ad Hectorem verba, sed non hi sunt heroum mores qui per totam Iliadem saepe acerbissimis conviciis commilitones insectantur, quo eos ad pugnam audentiores reddant. Veluti quam petulanter Agamemnon se gerit ἐν τῇ ἐπιπολήσει. Itaque longe convenientius est: χαλεπὴν δ' ἐπιθέσθαι ἐνιπὴν. Ipsium Hectorem vide χαλεπὴν ἐπιτιθέμενον ἐνιπὴν M 409 et alibi.

E 530:

ἀλλήλους αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμῖνας·
 αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σοὶ ἢ πέφανται·
 φευγόντων δ' οὔτ' ἄρ κλέος ὄρνυται οὔτε τις ἀλκή.

Hic miror quomodo recte inter se opponi possint verba αἰδεῖσθαι et φεύγειν. Difficile est non incidere in διεμένων. Cf. M 276: θήλους προτὶ ἄστυ δίσσθαι et E 763: αἰ κεν Ἄρηα λυγρῶς πεπληγυῖα μάχης ἐξαποδώμαι.

Molesta est conjunctio δέ E 703:

ἐνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξαν;

Erunt qui malint: τίνα δεύτατον ἐξενάριξαν.

E 729:

τοῦ δ' ἐξ ἀργύρεος ῥυμδὸς πέλεν· αὐτὰρ ἐπ' ἄκρω.

Ἐπὶ τῶν ἀθανάτων necessarium est praesens πέλει. Cf. Qu. Hom. p. 109.

Στρέφειν et τρέπειν quae verba alibi crebro confundi solent, etiam apud Homerum interdum confusa reperies. Veluti Z 61:

ὡς εἰπὼν ἔτρεψεν ἀδελφεοῦ Φρένας ἦρωσ,

si contuleris O 203:

ἢ τι μεταστρέψεις; τρεπταὶ μὲν τε Φρένες ἐσθλῶν

vel T 248:

τρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι,

mecum fortasse suspicaberis praestare ἔτρεψεν. Nusquam discrimen melius apparere poterit quam Σ 138:

ὡς ἄρα φωνήσασα πάλιν τράπευ' υἱὸς ἔειπεν
καὶ εἰς φρεσὶν ἄλλήσιν κασιγνήτησι μετηύδα.

Deinde si recte legitur O 52:

τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλη,
αἴψα μετασρέψεις νόον μετὰ σὸν καὶ ἑμὸν κῆρ,

verosimiliter corrigendum est Θ 451:

οὐκ ἄν με τρέψειαν ὅσοι θεοὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ
et praefero εἰς φρεσὶαν. Itidem Σ 469:

τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε κέλευσέ τε ἐργάζεσθαι,
malo ἔτρεψε. Alii loci sunt veluti N 396 et T 488, de quibus
nihil nimis fidenter pronunciare audeo.

Debebimusne ferre verbum Φύει intransitive positum Z 149?
Homeri verba sunt:

ὄς ἀνδρῶν γενεὴ ἢ μὲν Φύει, ἢ δ' ἀπολήγει.

Admodum facilis correctio est Φύετ', sed ipsa corrigendi faci-
litas nonnullis fortasse scrupulum injiciet.

Certa correctio est Z 289:

ἐνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποικίλα ἔργα γυναικῶν.

Emendandum est: ἐνθα F' ἔσαν, quod ante triginta annos
Gentius jam vidit ad A 195, sed nemo aurem praebuit. Multa
bona in parvo libello insunt, etiam hodie lectu jucunda. Eadem
correctione opus est o 125.

Multiplures errores ab grammaticis et librariis commisi fue-
runt circa pronomen personale tertiae personae, quum ignorarent
usum Aeolicae literae. Componam quae de hoc genere obser-
vavi. Messis aliorum fuit; mihi spicas legere relinquitur.
Primum dabo locos ubi olim circa dativum casum peccatum
fuit. Veluti B 665: ἀπέλησαν γὰρ οἱ ἄλλοι, mutato accentu
rescriptum fuit: ἀπέλησαν γὰρ οἱ ἄλλοι, sicuti α 157 scribi-
tur: ἵνα μὴ πευθοῖαθ' οἱ ἄλλοι et E 338: ὄν οἱ χάριτες κάμν
αὐταί, praestat ὄν αἱ χάριτες. Deinde Z 90: πέπλον, ὅς οἱ
δοκέει, uniuscuiusque est reponere πέπλον ὃ οἱ δοκέει et Π 735:
μάρμαρρον δκριθένθ' ὄν οἱ περὶ χεῖρ ἐκάλυψεν pro δκριθέντα
τόν. Expuncto pronomine Ω 53 pro νεμεσσηθεῶμ ἐν οἱ ἡμεῖς
repositum fuit νεμεσσηθειόμεν ἡμεῖς et ν 430: κάρψεν
μὲν χρῶα καλόν pro κάρψε μὲν οἱ χρῶα. Similiter expuncta

: particula ε 234: δῶ κέν οἱ πέλεκυν pro δῶ κε μέν οἱ πέ-
 υν et λ 442: μή οἱ μῦθον ἅπαντα pro μηδ' οἱ μῦθον.
 us certum est Z 101: οὐδέ τις οἱ δύναται μένος ἀντιφερί-
 , ubi Nauckius commendavit οὐ τις οἱ et Ω 72: ἦ γάρ οἱ
 μήτηρ παρμέμβλωκεν, ubi eiusdem suspicio est εἶ γε οἱ αἰεί
 ζ 280: ἦ τις οἱ εὐξαμένη πολυάρητος Θεὸς ἦλθεν, pro quo
 ropoli placet ἦε τις εὐξ, Amstelodami autem ἦε οἱ εὐξ.
 Interdum γάρ et δέ confusa videntur, veluti Λ 339: οὐ γάρ
 ἵπποι ἐγγύς ἔσαν, ubi correctum fuit οὐδέ οἱ ἵπποι et Ψ 865:
 γηρε γάρ οἱ τόγ' Ἀπόλλων, ubi Heynius correxit: μέγηρε
 οἱ.

Accusativo casu I 141 facile est reponere τίσω δέ ἐ Ἴσον Ὀρέτη
) τίσω δέ μιν, cf. Qu. Hom. p. 97. Eadem correctione usus
 Nauckius δ 706: ὀψὲ δὲ δὴ μιν ἔπεσσιν pariterque η 322,
 58, 363 et κ 500.

Excidit pronomen ζ 146: λίσσεσθαι ἐπέεσσιν, ubi Nauckius
 jecit λίσσεσθαι ἐ ἐπέεσσιν idemque pronomen fere sine vesti-
) periit:

Π 545: μή F' ἀπὸ τεύχε' ἔλονται ἀεικίσσῳσι δὲ νεκρόν.

Ω 154: ὅς F' ἄξει ἠὸς κεν ἄγων Ἀχιλλῆι πελάσῃ.

337: ὡς ἄγαγ' ὡς μή τις Fe ἴδη μήτ' ἄρ τε νοήσῃ·

ε 204: ἔσσεται, οὐδ' εἰ πέρ Fe σιδήρεα δέσματ' ἔχουσιν,
 quibus locis luculenter dixit Cobetus in *Mnem.* XIII 203.
 cedit : 414, quem locum correxi Qu. Hom. p. 136: ὡς F'
 κ' ἐξαπάτησεν ἐμόν· deinde E 139:

τοῦ μέν τε σθένος ὄρσεν, ἔπειτα δέ τ' οὐ προσαμύνει,

Itō malim: ἔπειτα δέ F' οὐ προσαμύνει. Itidem ε 321:

εἴματα γάρ ῥ' ἐβάρυνε, τὰ οἱ πόρε δία Καλυψῶ;

icile est non suspicari veram scripturam esse: εἴματα γάρ F'
 ἔρυνε.

Multo incertius est quod pronuciari potest de noto loco M 204:

Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ σῆθος παρὰ δειρῆν,

frustra se torquent interpretes ut vulgatam scripturam
 antur; mihi placet quod facile intellectu est: κόψε δέ F' αὐτὸν
 ντα, quocum conferri poterit γ 400: ἔσσω ὃ κε συγέμσι ἰδὼν
 ῥωπος ἔχοντα. Sed plane nescio quid dicam de Ξ 162:

ἐλθέμεν εἰς Ἴδην ἐν ἐντύνασαν ἐ αὐτήν·

tantum video conferendos esse versus P 551 et ρ 387.

Supra jam dicebamus elidi posse diphthongos in dativis pronominum *μοι, σοι* et *Ῥοι* et emendavimus A 294 et Z 289. Operae pretium est nunc addere E 735: *ποικίλον, ὄν ῥ' αὐτὴ ποιήσῃ*, ubi malo *ὄν Ῥ'* αὐτὴ itidemque Θ 386. Etiam Ψ 313 fortasse praestat inserto pronomine *μητίν (μ')* ἐμβάλλεο θυμῷ.

Z 386:

ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη μέγαν Ἴλιου, οὐνεκ' ἄκουσεν
τεῖρεσθαι Τρῶας, μέγα δὲ κράτος εἶναι Ἀχαιῶν.

Facile est conjicere ἐπὶ τεῖχος ἔβη μέγα Ἴλιου. Et statim sequitur:

ἢ μὲν δὴ πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει.

Πύργος et τεῖχος itidem confusa sunt M 333.

Z 510:

ἄμοισ' αἰσσοῦνται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς.

Commendavi γεγηθώς *Mnem. XXI 266.*

Post verba gaudendi et dolendi satis nota est structura Orpica quae dicitur. Non tamen supervacaneum judico primum ex Atticis scriptoribus quaedam exempla afferre; veluti Euripides dixit Hippol. 1339: *τοὺς μὲν εὐσεβεῖς θεοί-θνήσκοντας οὐ χαίρουσιν.* Rhés. 391: *χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προσήμενον κήρῃσιν ἐχθρῶν* et ap. Suidam v. *χαίρω*.

χαίρω σέ τ' ὦ βέλτισον Ἀλκμήνης τέκος
σωθέντα τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Sophocles scripsit Aiac. 136: *σέ μὲν εὐπράσσοιτ' ἐπιχαίρω* et Philoct. 1314: *ἦσθην τε πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε αὐτὸν τ' ἐμὸν.* Denique Eupolidis fragmentum est: *ἤδη γὰρ Ἀρίσραρον σμερτογούντ' ἄχθομαι.*

Adscribam Homeri locos, ubi poeta eodem modo locutus est. Primus est H 308:

τοὶ δὲ χάρησαν.

Αἴαντος προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους

Sic enim scribendum est, expuncto vs. 309, quod ostendimus mihi videor in Qu. Hom. p. 154. Deinde Θ 378:

γηθήσει προφανέντε ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.

Tertius locus est I 77: *τίς ἂν τάδε γηθήσειεν*. quartus denique

352: ἤχθητο γὰρ βα Τρωσὶν δαμναμένους. Sunt autem quinque
i qui ad eandem normam corrigendi videntur. Legitur E 682:

χάρη δ' ἄρα οἱ προσιδντι

Σαρπηδῶν Διδος υἱός, ἔπος δ' ὀλοφυδνδὸν ξειπεν.

c Bentleius haud obscura de causa vocabula transposuit:

χάρη δ' ἄρα οἱ Διδος υἱός

Σαρπηδῶν προσιδντι.

iam correctionem nisi fallor sic perficies:

χάρη δ' ἄρα μιν Διδος υἱός

Σαρπηδῶν προσιδντα.

cundus est Ξ 504:

οὐδὲ γὰρ ἢ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγγοριδαο

ἀνδρὶ Φίλω ἐλθόντι γανύσσεται,

i quanto numerosius erit: ὃν Φίλον ἀνδρ' ἐλθόντα. Ter-
tis locus est Ω 705:

εἴποτε καὶ ζῶντι μάχης ἐκ νοσήσαντι

χαίρετ', ἐπεὶ μέγα χάρμα πόλει τ' ἦν παντί τε δήμῳ,

i malo: ζῶντα — νοσήσαντα, nec miror quod librarii
i potuerunt, hujus locutionis vestigia oblitteraverunt. Deinde
249: οὐ κέν οἱ κεχάροίτο γυνὴ μάλα περ χατέουσα

ἐλθόντ', ἀλλὰ κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ἐπίσκοι,

emendo: οὐ κέν μιν, ne praeterea in participio elisio dura

. Deinde τ 463 malo χαίρω νόσησαντα quam νοσήσαντι.

eri potest ut nonnullis hae suspiciones haud satis probabiles

leantur itaque de eodem genere aliam observationem statim

nectam, de qua uti spero facilius lectoribus persuadebo. La-

te apud Homerum ὑλάειν est, sed semel ὑλάεσθαι legitur π 162:

ἀλλ' Ὀδυσσεύς τε κύνες τε Ἴδον καὶ ῥ' οὐχ ὑλάοντο,

i quia activum invenio π 5: οὐδ' ὕλαον προσιδντα et υ 15:

ῥ' ἀγνοήσασ' ὑλάει, placet corrigere: καὶ ῥ' οὐχ ὕλαδν μιν.

Item π 9:

Εὔμαι', ἢ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος

ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος, ἐπεὶ κύνες οὐχ ὑλάουσι

ἀλλὰ περισσαινουσι,

a verbum vix poterit objecto carere, facilis est correctio:

ὡ κύνες οὐ F' ὑλάουσιν.

quam miror Nauckium qui H 72 pro librorum lectione δα-

μείετε reposuit *δαμήετε*, quae barbara forma est. Contra H 339:

ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας

ἄφρα δι' αὐτῶν ἰππηλασίη ὁδὸς εἶη,

recte Nauckius restituit conjunctivum εἶη. De ea forma dix-
ram Qu. Hom. p. 83. Itidem corrige I 245.

H 345:

Τρώων αὐτ' ἀγορὴ γένηετ' Ἴλιου ἐν πόλει ἄκρη.

Lege *πέλε*. Verbum non addam.

H 387:

ἠνώγει Πριάμῳ τε καὶ ἄλλοι Τρῳῆες ἀγαυοί

εἰπέμεν, αἶ κέ περ ὕμμι φίλον καὶ ἠδὺ γένοιτο.

Syntactica ratio nisi fallor postulat *γένηται*.

Mirum est quod legimus Θ 166:

ἔρρε, κακὴ γλήνη, ἐπεὶ οὐ εἶξαντος ἐμεῖο

πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι, οὐδὲ γυναῖκας

ἄξεις ἐν νήεσσι· πάρος τοι δαίμονα δώσω.

Verum id est sane quod Nauckius scribit, probabiliorem esse
Zenodoti lectionem *πότμον ἐφήσω*, sed quid tandem latere potest
sub illo absurdo *δαίμονα δώσω*? Hoc certe Aristarcho nequiquam
placere potuit, etiamsi hodie in omnibus libris sic legatur.
Scribamus uncialibus literis: *πάρος τοι ΔΑΙΜΟΝΑΔΩΣΩ*; quid
hoc est? Opinor: *πάρος τοι λαιμὸν ἀμήσω*. Similis corrup-
tela est Λ 841 et in verbo *ἀμᾶν* paenultima syllaba itidem
corripitur ι 247. Ceterum nemini auctor sum, ut hanc Aris-
tarchi lectionem recipiat et nunc quoque multum id praestet,
quod Zenodotus dedit.

Iridis verba sunt ad Junonem et Minervam Θ 413:

πῆ μέματον; τί σφῶιν ἐνὶ φρεσὶ μαίνεται αἴητορ;

Nimis rustice, ut mihi quidem videtur. Vix potuit satis decori
dea deas rogare *satin sanae* essent; deceat hoc Iridem in Avibus
Aristophanis, sed alienum est ab epici carminis gravitate. Quae
requiram, ostendent Minervae verba α 48: ἀλλὰ μοι ἀμφ' ὀλοῖται
δασύφρονι δαίεται αἴητορ. Minus etiam ferendum judico verbum
μαίνεσθαι Θ 360, ubi Minerva de ipso summo Jove:

ἀλλὰ πατὴρ οὐμὸς Φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθῆσιν.

Iediocris poeta fuit, cui octavum librum debemus idque olim stendisse mihi videor, sed hic quoque certi fines sunt, quos iemo sanus migrabit. Herculem *μαινόμενον* novimus, sed non *μαίνεται* is qui totum nutu suo tremefacit Olympum. Scripserim quidem *μάρναται*, quo sensu legimus A 257: *εἰ σφῶν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν*. Contra Mars recte dicitur *μαίνεσθαι* Z 717, cf. Nauck. *Bulletin* XXV, 415.

I 141:

εἰ δέ κεν Ἄργος ἰκοίμεθ' Ἀχαιοῖκον, οὐθαρ ἀρούρης.

Age: *ἰκώμεθ'*. Cf. Qu. Hom. p. 97. Itidem corrige vs. 283.

I 217:

Πάτροκλος μὲν σῆτον ἑλών ἐπένειμε τραπέξῃ

καλοῖσ' ἐν κανέοισιν, ἀτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς.

Ἰtiosum est epitheton *καλοῖσι*: recurrit quidem Ω 626, sed duo Oci unius instar sunt. Equidem aliquod adjectivum paulo significantius requiro et conferam Σ 568: *πλεκτοῖσ' ἐν ταλάροισι φέσον μελιθδέα καρπὸν*. Veram lectionem monstrabit nisi fallor, Ξ 630: *χάλλπειον κάνεον, ἐπὶ δὲ κρόμμον ποτῶ ὄψον* et commendo: *εκαλέοισ' ἐν κανέοισιν*.

Etiam Alexandriae dubitatum fuit de I 225:

χαῖρ', Ἀχιλεῦ· δαιτὸς μὲν εἴσης οὐκ ἐπιδευεῖς

ἤμεν ἐνὶ κλισίῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο

ἠδὲ καὶ ἐνθάδε νῦν.

Adnotavit Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι προστιθέασι τὸ σ, οὐκ ἐπιδευεῖς· αἰκῶς. οὗτοι δὲ καὶ τὸ ἐξῆς περισπῶσιν· (lege προπερισπῶσιν) ἤμεν ἐνὶ κλισίῃ· ἤμεν ἐτυγχάνομεν. Ἀρίσταρχος δὲ χωρὶς τοῦ σ. Itaque Aristarchus scripserat *ἐπιδεύει* vel *ἐπιδεύη*, quae lectio paene ridicula est ac certe summo critico indigna. Scribebant alii: *ἐπιδευεῖς ἤμεν*, quod etiam pejus est. Tandem probari coepit id quod hodie invenitur apud omnes. Verum quam est incommodum cogitando supplere quod omissum est *οιμῶς*. Nihil huc pertinet locus qui conferri solet N 622 ipseque Lehrsius in libro de Aristarcho p. 366 vix longa disputatione illud *ἐπιδευεῖς* quodammodo excusare potuit. Multos attulit locos, quibus ver-

bum substantivum omissum est, similem autem ne unum quidem. Equidem tres alios locos conferam. Primus erit Π 43:

αἶ κέ με σοὶ ἴσκοντες ἀπόσχονται πολέμοιο
 Τρῶες, ἀναπνεύσασσι δ' ἀρήιοι υἴες Ἀχαιῶν
 τειρόμενοι· ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευστις πολέμοιο.

Deinde ζ 208:

τὸν νῦν χρὴ κομέειν πρὸς γὰρ Διὸς εἰσιν ἄπαντες
 ξεῖνοι τε πτωχοὶ τε, δόσις δ' ὀλίγη τε Φίλη τε.

Denique ρ 451:

οἱ δὲ διδοῦσι
 μαψιδίως, ἐπεὶ οὐ τις ἐπίσχεσις οὐδ' ἐλεητός
 ἄλλοτρίων χαρίσασθαι.

Hinc mirum sane, ni scripsit poeta: δαιτὸς μὲν εἰσης οὐκ ἐτι-
 δευσις. Est hoc certe facile intellectu.

Ι 399:

ἔνθα δέ μοι μάλα πολλὸν ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγῆνωρ
 γήμαντι μνηστῆν ἄλοχον, εἰκυῖαν ἄκοιτιν
 κτήμασι τέρπεσθαι.

Hic cur unioe verum sit γήμαντα, vide in Qu. Hom. p. 87.

Multum dubitatum fuit de Ι 605:

οὐκέθ' ὄμως τιμῆς ἔσειαι, πόλεμόν περ ἀλαλκῶν

Hoc certe constat τιμῆς vel τιμῆς apud Homerum stare non posse pro τιμήεις itaque Nauckio suspecta verba sunt οὐκέθ' ὄμως et concedendum est corruptam lectionem esse, si quidem τιμῆς genetivo casu accipiendum est. Mihi autem non οὐκέθ' ὄμως corruptum esse videtur, sed ἔσειαι. Latet uti arbitror verbum ἔσαν quod κορενύνασι significat. Dixit de εἴωμεν, εἴωσι, ἔσω, nam hac solae formae inveniuntur, Cobetus in *Mnem.* XV 264. Sed anceps haereo quae forma futuri temporis et secundae personae fuerit: alii quaerant.

Κ 127:

ἀλλ' Ἴομεν· κείνους δὲ κίχησόμεθα πρὸ πυλάων
 ἐν Φυλάκεσσ', Ἴνα γὰρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέθεσθαι.

Quidni Ἴναπερ?

K 189:

πεδίονδε γὰρ αἰεὶ

τετράφαθ', ὅππότε' ἐπὶ Τρώων αἰοῖεν ἰόντων.

ic primum audiamus Aristonicum: ἡ διπλή, ὅτι οὐ λέγει πότε ἀκούοιεν τῶν Τρώων ἐπιόντων, τότε πρὸς τὸ πεδίον τετραμμένοι ἦσαν· οὐδὲ γὰρ ἐπεληλύθεισαν· ἀλλὰ φοβούμενοι μὴ ελευσονται οἱ Τρῶες, τετραμμένοι ἦσαν πρὸς τὸ πεδίον. De i sententia omnia concedo, sed potestne ὅποτε id significare quod contextus flagitat? Exspecto equidem: εἴποτε. Itidem 794:

δέγμενος ὅππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί,

alto convenientius est εἴποτε. Contra recte I 191:

δέγμενος Λιακίδην, ὅποτε λήξειεν αἶδων.

Non fero praesens tempus K 200:

ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος

πιπτόντων.

llato χ 384:

τοὺς δὲ ἴδεν μάλα πάντας ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι

πεπτεώτας,

alim rescribere πεπτεώτων. Cf. Schol. Ξ 5.

K 264:

ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες

ἀργιόδοντος ὕδς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα.

ποκίus θέον conjecit. Quidni τρέχον?

K 378:

ζωγρεῖτ', αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι· ἔσι γὰρ ἔνδον.

oecce sic scribitur, sed satis certam correctionem non invenio.

ista dedit: αὐτὰρ ἔπειτ' ἐμὲ λύσατον, vel simile quid.

: 511:

νόσου δὴ μνήσαι, μεγαθύμου Τυδέος υἱέ,

νήας ἐπὶ γλαφυράς, μὴ καὶ πεφοβημένος ἔλθης,

μή πού τις καὶ Τρῶας ἐγείρῃσιν θεὸς ἄλλος.

e: ἦν πού τις. Cf. Qu. Hom. p. 129.

Λ 15:

Ἄτρεΐδης δ' ἐβόησεν ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν.

Lege: ἐνόησεν. Cf. Qu. Hom. p. 129.

Λ 25:

δώδεκα δὲ χρυσοῦ καὶ εἴκοσι κασσιτέρου.

Lege: ἔνδεκα. Cf. Qu. Hom. p. 130.

Λ 166:

οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδα.

Scribam: οἱ παρὰ Ἴλου. Causam vides.

In tota Piade nihil stultius legitur quam Λ 621:

τοὶ δ' ἰδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων

γάντε ποτὶ πνοιῆν παρὰ θῖν' ἄλδος.

Emenda: μετώπων. Cf. Λ 812: κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἰδρῶς ἕμῃ
καὶ κεφαλῆς.

Λ 702:

τοὺς δ' αὖθι ἀναξ ἀνδρῶν Λύγεις

κάσχεθε, τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων.

Quatuor erant equi cum curribus, itaque duo fuerunt aurigae

Hinc scribam: τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων. Cf.

Qu. Hom. p. 130.

M 112:

ἀλλὰ σὺν αὐτοῖσιν πέλασεν νήεσσι θοῆσιν.

Lege: πελάσαι. Cf. Qu. Hom. p. 93.

M 411:

ἀργαλέον δέ μοι ἔστι, καὶ ἰφθίμῳ περ ἔόντι

μούνῳ ῥηξάμενον θέσθαι παρὰ νηυσὶ κέλευθον.

Cur malim μούνον ῥηξάμενον, dixi in Qu. Hom. p. 90.

Incuriam poetae miror, qui Aiace[m] Telamonium ita loquentem
induxit N 77:

οὕτω νῦν καὶ ἐμοὶ περὶ δούρατι χεῖρες ἄκποτι

μαιμῶσιν.

Pluralis numerus hic sensum non habet et praeter Astero-um, qui περιδέξιος ἦεν, nemo est in Iliade, cui illa verba s apte tribui potuerunt. Talia cum cura considerent in Ger- nia critici, qui semper crepant se apud Homerum ubique oscere nescio quam *bestimmte Anschauung*. Si Zoili liber eresset, numquam, opinor, ea superstitio nata fuisset; hic m uti coniiicio ejusmodi παροράματα notare solebat. Nunc a Zoilum non habemus, utile est aliquot locos adscribere, falsa opinio de ea *bestimmte Anschauung* latius serpat; difficile m est dicere quot errores hodie propterea in honore sint. uti K 527:

ἔνθ' Ὀδυσσεύς μὲν ἔρυξε δίφιλος ὤκέας ἵππους,
 Τυδείδης δὲ χαμᾶζε βορῶν ἔναρα βροτόντα
 ἐν χεῖρεσσ' Ὀδυσῆι τίθει, ἐπεβήσεται δ' ἵππων,

loquitur quasi simul cum equis etiam Rhesi currum extu- ent. M 50 Hector equos ad fossam adegit:

οὐδέ οἱ ἵπποι
 τόλμων ὠκύποδες, μάλα δ' ἐχρεμέτιζον ἐπ' ἄκρω
 χεῖλει ἐφεσάπτες· ἀπὸ γὰρ δεῖδίσσεται τάφρος
 εὐρεῖ', οὔτ' ἄρ' ὑπερθορέειν σχεδὸν οὔτε περῆσαι
 ῥηιδίη.

rum etiam angustam fossam equi curru juncti *transsilire* non sunt. Et quam mire fingitur E 665 Trojanos non animad- tisse hastam qua Sarpedon a Tlepolemo fuisset transfixus: τὸ οὔ τις ἐπεφράσατ' οὐδὲ νόησεν! De Merionis hasta jam dixi Qu. Hom. p. 47. Nempe ἐν καυλῷ ἐάγη δολιχὸν δόρυ N 162. que abit e pugna aliam hastam petitum, nam nemo ei suam, videtur, commodare aut poterat aut volebat. Prope tento- m obviam ei fit Idomeneus, qui se modo *duabus* hastis ar- verat, vs. 241. Unde et quo, Idomeneus interrogat. Respondet eriones id quod res erat. Quin etiam, Idomeneus inquit, in tentorio meo invenies hastas plus quam viginti, quas Trojanis emi. Et mihi quoque, sic gloriatur Meriones, multa sunt Ojanorum spolia, ἀλλ' οὐ σχεδὸν ἐσιν ἐλέσθαι. Sed quidni Idomeneus ex duabus hastis suis statim unam commodat Merioni, in illa trepidatione quantocius Trojanos adorianatur? Si putas nino ei opus fuisse hastis duabus, cur Meriones cum *una* sta redit ex Idomenei tentorio, vs. 290?

Sunt alia ejusdemmodi plurima. Cur Idomeneus N 241 de mum arma induit, quem jamdudum armatum esse oportebat! Quam multa sunt in octavo libro praepostere ficta, qua de re olim dixi quantum satis erat! Quam levi de causa Hector pugna excedit P 186, ut Achillis arma induat! Quam imprudenter in pugna corpora nudant Glaucus et Diomedes! Denique quam inepte Ξ 381:

τοὺς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἐκόσμεον οὐτάμενοι περ,
 Τυδείδης Ὀδυσσεύς τε καὶ Ἀτρεΐδης Ἀγαμέμνων·
 οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον.

Quomodo Automedon solus in curru relictus potuit μάχεσθαι? Audi poetam, P 459:

τοῖσι δ' ἐπ' Αὐτομέδων ΜΑΧΕΤ', ἀχνύμενός περ ἑταίρου,
 ἵπποισ' αἰσσων ὥς' αἰγυπιδὸς μετὰ χῆνας·
 βέα μὲν γὰρ Φεύγεσκεν ὑπὲρ Τρώων ὄρυμα γδοῦ,
 βεῖτα δ' ἐπαΐξασκε πολὺν καθ' ὄμιλον ὀπάζων.
 ἀλλ' οὐχ ἤρει Φῶτας, ὅτε σεύαιτο διώκειν·
 οὐ γὰρ πῶς ξεν οἶον ἐόνθ' ἱερῶ ἐνὶ δίφρῳ
 ἔγχει ἐφορμᾶσθαι καὶ ἐπισχέμεν ὠκέας ἵππους.

Denique, nam rei invidiam timeo, in paenultimo libro, cuius meditatio secundum Schillerum beatam vitam praestare poterit, quam incongrua pugna est Aiacis et Diomedis et quam inconsiderate vs. 857:

ὃς δὲ κε μηρίνοιο τύχη, ὄρνιθος ἀμαρτῶν,
 ἤσσαν γὰρ δὴ κείνος, ὃ δ' οἴσεται ἡμιπέλεκκα.

Sed Zoili personam depono.

N 90:

βεῖτα μετεισάμενος κρατερὰς ὤτρυνε Φάλαγγας.

Quidni hic et P 285 Nauckius edidit βέα μεταεισάμενος?

N 134:

ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο θρασειᾶων ἀπὸ χειρῶν
 σειόμενα.

Hic rideo interpretes, quorum verba animi causa adscribam: *die Speere wurden von den kampfbegierigen und ungeduldigen Kriegern mit solcher Macht geschwungen, dass sich die Schäfte bogen.* Lepide sane, sed aut fallor aut scribendum est ἐσσεύοντο.

Idem sensu P 662: θαμέες γὰρ ἄκοντες ἀντλιοὶ αἰσσοῦσι θρασειῶν ἰπὸ χειρῶν.

De saxo legimus quod in planitiem devolvitur, N 141: ὁ δ' ἰσφαλέως θέει ἔμπεδον, ἦος ἴκηται ἰσπέδον. Mire; melius atelligerem ἀσκελέως.

N 257:

ἔρχομαι, εἴ τί τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται,
οἰσόμενος· τό νυ γὰρ κατεάξαμεν, ὃ πρὶν ἔχεσκον.

Est haec sane vetusta Aristarchi lectio, quod e Scholio apparet, sed non video quomodo satis commode pluralis numerus cum singulari conjungi possit. Fortasse praestat: κατεάξ' ἐμόν.

N 318:

αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι
κείνων νικήσαντι μένος καὶ χειῖρας ἀάπτους
νῆας ἐνιπρῆσαι.

aege: νικήσαντα. Cf. Qu. Hom. p. 90.

N 374:

Ὅθρμονεῦ, περὶ δὴ σε βροτῶν αἰνίζομ' ἀπάντων
εἰ ἔτεδν δὴ πάντα τελευτήσεις ὄσ' ὑπέσῃς.

Requiro futurum αἰνίξομ', quod etiam Scholiasta offert.

Multum dubito fueritne umquam in usu aoristus θρέξαι. Le-
guntur tamen sine ulla cuiusquam suspicione N 409:

καρφαλέον δέ οἱ ἀσπίς ἐπιθρέξαντος ἄυσε
ἔγχεος.

De sententia constat, sed id quomodo Homerus dicere solet, quod hic dicere voluit? Aliter certe ἐπελθεῖν usurpatur H 262: κελήδην δ' αὐχέν' ἐπῆλθε, μέλαν δ' ἀνεκῆκίεν αἶμα. Contuli equidem Δ 139:

ἀκρότατον δ' ἄρ' διςὸς ἐπέγραψεν χροῶ Φωτός,

raeterea N 553:

οὐδὲ δύναντο

εἶσω ἐπιγράψαι τέρενα χροῶ νηλεῖ χαλκῷ.

Est denique adverbium ἐπιγράβδην Φ 166:

τῷ δ' ἑτέρῳ μιν πῆχυν ἐπιγράβδην βάλε χειρός.

Unde nascitur suspicio legendum esse: ἐπιγράψαντος ἄυσεν ἔγκλι.

Bis autem recurrit idem ille aoristus θρέξαι Σ 599:

οἱ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισαμένοισι πόδεσσι
 ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν
 ἐζόμενος κεραμεύς πειρήσεται, αἴκε θέσιν·

ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ σίχας ἀλλήλοισιν.

Sed quae est ista comparatio cum rota figuli? Respondet Scholiasta: διὰ τῆς τοῦ τροχοῦ παραβολῆς ἐγκύκλιον αὐτῶν τὴν περιείαν ὑφισᾶ, modo emendes τὴν χορείαν. Verum ut reliqua taceam quae incurrunt in oculos, non est celeritas in saltatore summa laus et prorsus ridicule choreutae cum currente rota comparantur. Quid lateat, ostendet in eodem libro vs. 571:

τοὶ δὲ ῥήσοντες ἀμαρτῆ
 μολπῆ τ' ἰυγμῶ τε ποσὶν σκαίροντες ἔποντο.

Itaque reponam ῥήξασκον. Nunc lux oboritur et comparationem intelligo. Duo sunt ἡμιχόρια puerorum credo et puellarum; primum utrique dum saltant, locum servant et pedem dum movent, non promovent; deinde utrimque stantes una longa serie alternis procedunt receduntque. Figulus ποδοκτυπῆ et saltantes ποδοκτυποῦσιν· hoc est comparationis tertium. Sic Gratiae decentes alterno terram *quatunt* pede et festis diebus libero pede *pulsanda* tellus est. Adde Livium XXVII. 37: per manus reste data virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Quodsi quaeris num figuli jam antiquitus rotam *pede* agitaverint, audi τὸν τεχνολόγον· *Den Alten wird wohl auch die heutige so einfache Einrichtung bekannt gewesen sein, wobei der Arbeiter mit dem Fuss die grosse Tretscheibe in Bewegung setzt, während er mit den Händen auf der oberen kleineren Scheibe die mit der unteren durch eine Welle in Verbindung steht, den Thon formt.* Addit etiam locum Iesu Sirach 38. 29: οὕτως κεραμεύς καθήμενος ἐν ἔργῳ αὐτοῦ καὶ συσρέφων ἐν ποσὶν αὐτοῦ τροχόν, ὃς ἐν μερίμῃ κεῖται διὰ παντὸς ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Dicitur hoc τροχὸν ἐλκύειν, unde adjectivum derivatur τροχήλατον. Nunc etiam apparet, cur apud Homerum figulus *sedeat*, quod otiosum fuisset addere, nisi rotam pede agitare. Commemorat etiam Blumnerus veterem gemmam, *welche einen Eros zeigt, der seine Pfeile an einem durch Treten in Bewegung gesetzten Schleifsteine schürft.*

N 579:

ἢ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα χαμαὶ πέλε, καὶ τις Ἀχαιῶν
μαρναμένων μετὰ ποσσὶ κυλινδομένην ἐκόμισσεν.
am languet illud μαρναμένων, cum omnes pugnarent. Quam
re poeta scribere potuit ἀρνούμενος!

N 625:

Ξινίου, ὃς τε ποτ' ὕμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.
in rare apud Homerum formae sunt quales ἐκέλαμεν, ὥρσε,
ἄερσε, θερσόμενος, aliae; sed quantum video, usurpantur
gente metri quadam necessitate, quum longa syllaba in arsi
solvi non possit. Itaque fortasse praestat διαφθερέει.

N 792:

Πάλλμυ τ' Ἀσκάνιδόν τε Μόρυν θ', υἱ' Ἴπποτίωνος.
ge: Μόρυν τε καὶ Ἴπποτίωνα. Cf. Qu. Hom. p. 179.

Ξ 102:

ἔνθα κε σὴ βουλή δηλήσεται, ὄρχαμε λαῶν.
res verba sic expediri debuerant: ἔνθα κέ σ' ἢ βουλή.

Ξ 165:

εἴ πως ἰμεῖραιτο παραδραθέειν Φιλότητι
ἢ χροῖῃ, τῷ δ' ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρὸν τε
χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμησιν.
ge: χεύαι. Cf. Qu. Hom. p. 94.

Ξ 215:

ἢ καὶ ἀπὸ σήθεσφιν ἐλύσατο κερδὸν ἰμάντα
ποικίλον, ἔνθα τέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο.
ge: τέτυκται. Cf. Qu. Hom. p. 109.

Ξ 512:

Αἴας ῥα πρῶτος Τελκμώνιος Ἔρτιον οὔτα
Γυρτιάδην, Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων.
rum ni Ἔρτιον poeta fecit Ἐρτιάδην.

O 18:

ἢ οὐ μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖν

ἄκμονας ἦκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
 χρύσειον ἄρρηκτον; σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
 ἐκρέμασ' ἡλάττειον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὀλυμπον.

Bis scribe: ἐκρέμασ', alterum pro ἐκρέμασα, alterum pro ἐκρέμασο. Cf. Qu. Hom. p. 131.

Ο 179:

ἠπείλει καὶ κείνος ἐναντίβιον πολεμίζων
 ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι.

Leges: πολεμίζων. Cf. Qu. Hom. p. 103.

Satis creditur interpolatos esse versiculos Ο 218 sqq.:

ἄλλο δέ τοι ἐρέω, καὶ ἀπειλήσω τόγχε θυμῶ·
 αἶψεν ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγγελίης
 Ἥρης θ' Ἑρμείω τε καὶ Ἥφαιστοιο ἄνακτος
 Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται, οὐδ' ἐβλήσει
 ἐκπέρσαι, δοῦναι δὲ μέγα κράτος Ἀργεΐοισιν,
 ἴσῳ τοῦθ', ὅτι νῶϊν ἀνήκετος χόλος ἔσαι.

Etiamsi hic locus interpolatus sit, quod nunc non disputo, vides tamen interpolationem interpolationi superinductam fuisse, nam pronomen νῶϊν in extremo versu luculenter arguit, spuria esse verba, quae diductis literis notavi.

Ο 401:

ἀλλὰ σὲ μὲν θεράπων ποτιτερπέτω, αὐτὰρ ἔγωγε.

Mirror hoc compositum, quum moris sit dicere ἐπιτερπέτω.

Ο 523:

αὐτὰρ ὃ γε Κροίσμου σῆθος μέσον οὔτασε δουρί.

Hic Nauckius non attendit Larochium jam bene correxisse Κροίσμον. Ad eam rem probandam putidum est locos adscribere. Sicuti accusativus cum accusativo, sic etiam dativus cum dativo comparatur: P 269:

ἄμφι δ' ἄρα σφιν

λαμπρῆσιν κορύθεσσι Κρονίων ἠέρα πολλὴν
 χεῦε.

Uti et Σ 375:

χρύσεια δὲ σφ' ὑπὸ κύκλα ἐκάσῳ πυθμένι θῆκεν.

De saxo legimus O 621:

ἤ τε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
κύματά τε τροφόντα, τὰ τε προσερεύγεται αὐτήν.

c de scriptura dubitatur. Aristarchus αὐτήν ediderat, aliis plauerat αὐτῆ, ἀκτῆ vel ἀκτὴν. Coniicio verum esse ἄντην.

Π 66:

εἰ δὴ κυάνεον Τρώων νέφος ἀμφιβέβηκεν
νηυσὶν ἐπικρατέως.

dicule νέφος dicitur ἀμφιβαίνειν. Apollo Χρύσην ἀμφιβέβηκε
λλαν τε ζαθέην. Scripserim ἀμφιδέδηε.

Π 103:

δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγαυοί.

ra forma est δάμνη. Cf. Qu. Hom. p. 84.

Π 160:

καὶ τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
λάψοντες γλώσσησι ἀραιῆσιν μέλαν ὕδωρ.

deo quidem hanc veterem esse scripturam, quae ipsi Aristarcho acuit, sed quam incommodum est ἀπὸ κρήνης coniungere cum ψοντες, disjungere a praecedenti verbo ἴασιν. Quidni Homerus poterit dixisse videri ἐπὶ κρήνης? Cf. Γ 5: κλαγγῆ ταίγε τονται ἐπ' Ὀκεανοῖο ῥοάων.

Π 642:

σαθμῶ ἐνὶ βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας
ᾧρη εἰαρινῆ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει.

ἔλλαι περιγλαγέες quatenam sint, non assequor et dixeris etiam im de hoc vocabulo dubitatum fuisse, legitur certe πολυγλαγέας apud Apollonium et ἐυγλαγέας apud Athenaeum XI p. 495 c. sed quid tandem latere potest sub illo περιγλαγέας? Dixerim quidem: ἐριγλαγέας. In adjectivo ἐριγλαγῆς servatur eadem analogia quae in aliis.

Π 668:

εἰ δ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, κελαινεφές αἶμα κάθηρον
ἐλθὼν ἐκ βελείων Σαρπηδόνα.

Non pudor est confiteri me haec non intelligere; facilius interpretari potero: ἔλκων ἐκ βελέων.

Π 691:

ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι ἀνήκεν

Leges: ἀνήκεν. Cf. Qu. Hom. p. 132.

Π 774:

πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐσυφέλιξαν

Leges: ἐσυφέλιζον. Cf. Qu. Hom. p. 132.

P 70:

ἔνθα κε ἴεῖται φέροι κλυτὰ τεύχεα Πανθοῖδαι
'Ατρείδης, εἰ μὴ οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος 'Απόλλων.

Nonne verius est φέρειν?

P 371:

εὐκῆλοι πολέμιζον ὑπ' αἰθέρι, πέπτατο δ' αὐγῆ.

Leges: αἰθήρη. Cf. Μπρετ. IV 205.

P 390:

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοδὸς μέγαλοιο βοείην
λαοῖσιν δῶν τανύειν, μεθύουσαν ἀλοιφῆ.

Melius intelligam: δουλοισιν. Idem vocabulum itidem mire positum est N 709:

ἀλλ' ἢ τοι Τελαμωνιάδῃ πολλοὶ τε καὶ ἐσθλοὶ
λαοὶ ἔπονθ' ἔταροι, οἳ οἱ σάκος ἐξεδέχοντο.

Quaerit Nauckius num hic αἰὲν forte verum sit; id certe constare arbitror λαῶν nomine necessario satis magnum hominum numerum intelligi, veluti Λ 676: λαοὶ δὲ περίτρεσαν ἀγριώται.

P 626:

οὐδ' ἔλαθ' Αἴαντα μεγαλήτορα καὶ Μενέλαον.

Leges: Αἴαντε μεγαλήτορε. Cf. Qu. Hom. p. 192.

Σ 308:

γήσομαι ἢ κε φέροίτο μέγα κράτος ἢ ἐφεροίμην.

Leges: φέρησι et φέρωμι. Cf. Qu. Hom. p. 93.

22:

ἔργ' ἔμεν ἀθκνάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.

e: ἀνδρί. Cf. Qu. Hom. p. 132.

83:

Πηλεΐδῃ μὲν ἐγὼν ἐνδείξομαι· αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
σύνθεσθ' Ἀργεῖοι, μῦθόν τ' εὖ γνῶτε ἕκαστος.

d hoc est ἐνδείξομαι? Credibile est jam multos incidisse in quod statim se offert, διαλέξομαι, sed reponere non fuisse os verbum conveniens quidem, sed quod pedestrem orationem pleret.

ante describitur T 93:

τῆς μὲν θ' ἀπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει
πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἤγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

rupta verba sunt ἄρα ἤγε secundum Nauckium. Concedo et imendo: ἀλλὰ ῥέ' ἤγε.

Displicet Nauckio T 102:

Ἰφρ' εἶπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι ἀνώγει.

hic et alibi ubi similiter legitur Ἰφρ' εἶπω, ne verbum aliqua litera careat, rogat in margine lectores, num forte placeat εἶπω. Respondeo me quidem malle Ἰφρ' ἐρέω. Verba Ἰφρα cum futuro verbi causa P 452:

Ἰφρα καὶ Αὐτομέδοντα σαώσεται ἐκ πολέμοιο.

T 208:

τεύξεσθαι μέγα δόρπον ἐπὴν τισαίμεθα λώβην.

non recte futurum τεύξεσθαι pendebit a verbo ἀνώγοιμι itaque colorari non potest; veluti qui syntacticum vitium ita excusare conatus est: τεύξεσθαι, auch von ἀνώγοιμι abhängig, weil die Verwirklichung der Ermahnung ausdrücklich erst auf den Abend, also in der Zukunft erfolgen, bis dahin aber noch hinausgezogen werden soll. Verum etiam τισαίμεθα vitium alit, quod Nauckius bene servavit et quam multa restant in hoc undevicesimo libro proprie dicta. Veluti illud πεσεῖν μετὰ ποσσὶ γυναικὸς quam liculum est.

De Briseide Agamemnon T 263:

ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίματος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῆσιν.

Nemo hucusque hoc explicare potuit. Ludere juvat: si Δι
memnon dicere voluit: οὐδὲ διελεγόμεν αὐτῆ, potuit hoc ep
dialecto sic enunciare: ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίβακτος.

T 62:

δείσας δ' ἐκ θρόνου ἄλτο καὶ Ἰαχε, μὴ οἱ ὕπερθε
γαίαν ἀναρρήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Non dicam cur verum esse suspicer ἔβραχε.

T 252:

ἀλλὰ τίη ἔριδας καὶ νείκεα νῶιν ἀνάγκη
νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὡς τε γυναῖκες.

Nominativus casus, ni fallor, requiritur: γυναῖκες. Res
K 558:

ρεῖτα θεός γ' ἐθέλων καὶ ἀμείνονας, ἠέπερ οἷδε
Ἴππους δωρήσαιο.

Φ 7:

πίτνα πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν· ἡμίσεες δέ.

Lego: πίτνη. Cf. Qu. Hom. p. 84.

Φ 123:

ἐνταυθοῖ νῦν κείσο μετ' ἰχθύσιν, οἷ σ' ὠτειλήν
αἶμ' ἀπολιχμήσονται.

Lego: αἶψ' ἀπολιχμήσονται. Cf. Qu. Hom. p. 132.

Φ 128:

Φθείρεσθ', εἰς ὅκε ἄστυ κιχέιομεν Ἰλίου ἱρῆς
ὕμεῖς μὲν Φεύγοντες, ἐγὼ δ' ὄπιθεν κεραΐζων.

Altero versu expuncto, scribi poterit: κιχέιω.

X 61:

δύσμορον, ὃν βα πατήρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῶ
αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ Φθίσει κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα.

Nauckius πολλά ἰδόντα corrigit. Praefero equidem: κακὰ πολλὰ
παθόντα.

X 86:

σχέτλιος· εἶπερ γάρ σε κατακτάνη, οὐ σ' ἔτ' ἔγωγε
κλαύσομαι ἐν λεχέεσσι.

hil hic significat *ἔτι*, quapropter Dindorfius scripsit: οὐ σέτ' ἔγωγε. Scribam equidem: οὐ σέγ' ἔγωγε. De his formis supra videmus.

Syntaxis laborat X 122:

ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
μή μιν ἐγὼ μὲν ἴκωμαι ἰών, ὃ δέ μ' οὐκ ἐλεήσει
οὐδέ τι μ' αἰδέσεται, κτενέει δέ με γυμνὸν ἔόντα.

omissio est: ἦν μιν ἐγὼ μὲν ἴκωμαι, deinde apodosis sequitur. nullus locus est φ 563:

ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
μή μ' ἀπαιρόμενον πόλιος πεδίονδε νόση
καί με μεταίξας μάρψη ταχέεσσι πύδεσσιν,
οὐκέτ' ἔπειτ' ἔσαι θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξαι.

hic quoque in morbo eodem utar eodem remedio. Neminem enim advertisse! Cf. supra ad K 511.

X 171:

*Ἴδης ἐν κορυφῆσι πολυπτύχου, ἄλλοτε δ' αὐτε.

omissio et hic et alibi in *Πιάδε* ducit potius ad genetivum *λύπτυχος*. Hoc argumentum supra attigi. Aliis scriptoribus adjectivum secundae declinationis non eripiam.

X 210:

οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθη ἐκάεργος Ἀπόλλων.

omissio: κάμη. Cf. *Μηστ.* IV 210.

X 266:

ὡς οὐκ ἔς' ἐμὲ καὶ σὲ Φιλήμεναι, οὐδέ τι νῶϊν
ἄρκια ἔσσουνται.

omissio hiatus est, quem Larochius vitiosis quibusdam versibus hinc frustra excusare conatus est. Nihil hucusque conjectum est, quod sufficere possit; quid enim attinet *ἄρκιά γ' ἔσσουνται* habere vel *ἄρκιον ἔσσειται*? Placet: οὐδέ τι νῶϊ ἄρκι' ἀρέσσουνται.

X 489: ἄλλοι γὰρ οἱ ἀπουρήσουσιν ἀρούρας, minime am-
quor quidni ἀπουρίσσουσιν Nauckius ediderit. Non est a
levis suspicio, sed optimorum codicum lectio.

Recte legitur Φ 533:

ἦ γὰρ Ἀχιλλεύς

ἔγγυς ὄδε κλονέων· νῦν οἶω λοίσθι' ἔσεσθαι.,

sed prorsus ridiculo Ψ 310:

οἶσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμα ἐλισσέμεν· ἀλλὰ τοι ἴππῳ

βάρδιςοι θέλειν· τῷ τ' οἶω λοίγι' ἔσεσθαι.,

nam nemini equorum tarditas *perniciosa* afferet; praemio excidet,
sed praeterea nihil patietur. Antilochus omnium postremus erit
itaque Nestoris verba fuerunt:

τῷ τ' οἶω λοίσθι' ἔσεσθαι,

vel simile quid. Cf. Ψ 751: λοισθήϊ' ἔθηκεν et vs. 785: λω-
θήιον ἔκφερ' ἄεθλον. Ceterum τ' = τοι, cf. Cobetus in *Mnem.*
XIV 363.

Mulum poeta memorat Ψ 655:

ἔξετε' ἀδμήτην, ἦ τ' ἀλύσιη δαμάσασθαι.

Post sex annos sero erat mulum domare velle. Lege: ἐξετίε
δμητήν. Utere eadem correctione vs. 266.

Ω 30:

τὴν δ' ἦνυσ' ἦ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν.

Melius intelligerem: ἐρατεινήν.

Ω 206:

εἰ γὰρ σ' αἰρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν.

Lege: ἀθήσει. Cf. *Mnem.* IV 211.

Secluserat Aristarchus ineptos versus B 76—83, qua de re
Cobetus dixit in *Mnem.* XV 258. Ibi legitur:

εἰ μὲν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπεν

ψευδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.,

ad quae verba grammaticus lepide: οὐ γὰρ κατὰ διαφέρον ἢ
δυνατώτεροι ἀληθεῖς ὄνειρους ὀρώσιν. Hujus observationis Aristar-

s memor fuit Ω 222, ubi ad eundem versiculum, qui ibi arrii, adnotatur: ὁ ἀπερίσκοσ ὅτι ἐνταῦθα ἀρμοζόντως λέγεται τίχος, ὑπὸ δὲ Νέστορος ἐν τῇ Β οὐκέτι. Locum inspiciamus. amus loquitur:

εἰ μὲν γὰρ τίς μ' ἄλλος ἐπιχθονίων ἐκέλευεν,
ἢ οἱ μάντιές εἰσι θουσκόοι ἢ ἱερῆες,
Ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον·
νῦν δ', αὐτὸς γὰρ ἄκουσα θεοῦ καὶ εἰσέδρακον ἄντην,
εἶμι, καὶ οὐχ ἄλιον ἔπος ἔσσειται.

ne ἀρμοζόντως? Imo absurde potius magisque etiam absurde in libro secundo. Quid enim attinet vates et augures et ruspices consulere, si adeo eos contemseris et fide indignos licaveris, ut quae jusserint fugere malis tutiusque videatur φίζεσθαι quam obtemperare. Impia Priami vox est et Troi talem impietatem vix potuerunt ferre; ipsi certe immorium deorum instar sacerdotes colere solebant, E 78. Sed conri jubeo Π 559:

ἀλλ' εἴ μιν ἀεικισαίμεθ' ἐλόντες
τεύχεα τ' ὄμοιοι ἀφελοίμεθα, καὶ τιν' ἐταίρων
αὐτοῦ ἀμυνομένων δαμασσίμεθα νηλεῖ χαλμῷ.

holion adscriptum est: ἡ διπλῆ ὅτι ἔξωθεν προσυπακουσέον τὸ λῶς ἂν ἔχοι· εἰ αὐτὸν ἀνελόντες ἀεικισαίμεθα, καλῶς ἂν ἔχοι. ἐν Ὀδυσσεΐα· ἀτὰρ πελέκεα αἰεὶ κείωμεν ἅπαντας. Laudatus us legitur Φ 260:

ἀτὰρ πελέκεάς γε καὶ εἴ κ' εἰῶμεν ἅπαντας
ἐσάμεν· οὐ μὲν γὰρ τιν' ἀναιρήσεσθαι ὄϊω.

c raro Homerus ita locutus est, veluti A 136:

